BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
1 G
3

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14-2.I.22

49.3.10.

49
e
50.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



DIALECTICÆ LIBRI XII.

AVTHORE F. DIONYSIO DE TVRRI *Minor. obs. Refor. Prou. D. Franciſci S.D.D.N. Pauli PP.V. Confeſſario.*

AD ILL.MVM ET EXC.MVM D. D. MARC. ANTONIV BVRGHESIV SVLMONÆ PRINCIPEM *eiusdem S.mi D.N. Nepotem præſtantiſſimum.*

Accedit ad calcem perutilis de x. Q Libellus.

Superior. permiſſu et Priuil. S.P. ad annos x.

M.D.C XIV.

ROMÆ
Apud Io: Paulũ Profiliũ. ſumptib. Angeli Putei. et Bernardini Calami

Mathaeus Greuter ſculpſit

Digitized by Google

ILLVSTRISS. ET EXCELL. D.

D. MARCOANTONIO

BVRGHESIO

SANCTISS. D. N. PAVLI PAPAE QVINTI NEPOTI CHARISSIMO.

SVLMONAE PRINCIPI, &c.

D. ſuo Colendiſs. Felicitatem.

DIALECTICEN, Illuſtriſs.& Excellentiſs.Princeps, agrum quendam eſſe non immeritò dixerim, in quo ſapientiæ Theſaurus eſt abſconditus; quem qui inuenit homo, vt Euangelicis vtar verbis, vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Hic Rationis, & intelligentiæ vomere ſubactus,& excultus, in latiſſimos Philoſophiæ campos excreſcit, & deriuatur. Hanc ab ineunte ætate, cæteris poſthabitis, illius amore incenſus, exquiſiui; eamq; iuxtà ſapientis monitum, præpoſui regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius,nec lapidem pretioſum illi comparandum putaui;cum omne aurum ad illam collatum arena ſit exigua, & tamquam lutum in conſpectu illius æſtimetur argentum. In iſtius agro, cum diù pro viribus laborauerim,

omnique cura, ſtudio, & diligentia mentem meam exercuerim, libellum hunc mole perexiguum, virtute non minimum, quaſi quendam agellum, Dialecticæ nomine inſignitum, varijs conſitum plantis, & arboribus, in duodecim partes, ſeu iugera diſcriminatum, mihi comparaui; ne talentum à Deo traditum, mihiq; ſua pietate commiſſum in ſudario ligatum grauiter puniendus retinerem. Nunc tibi Præſtantiſſimè, ac ſpectatæ virtutis Princeps, non vendendum, non locandum, non mutuandum, non commutandum, ſed liberaliter donandum decreui, vt grati animi ſit teſtimonium, ac meæ in te beneuolentiæ, & ſeruitutis indicium manifeſtum. Hùc accedit, quòd cum homines non meum, ſed tuum eſſe cognouerint, nullatenùs floccipendent, ſed tàm mirificè obſeruabunt, & tuebuntur, vt non eruca, non locuſta, non brucus, nec aliquod beſtiarum genus ſit eius plantulas demoliturum. Poſuit enim Deus hac noſtra tempeſtate, in firmamento cæli, Romana, videlicet, & vniuerſali Eccleſia, quæ eſt firmamentum, & columna veritatis, duo luminaria magna; luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas: luminare maius, PAVLVM V. Pontificem ad æternitatem natum, totius orbis fulgentiſſimum Solem; luminare minus, Scipionem Burgheſium, Cardinalem ampliſsimum, velut Lunam perfectam omnia colluſtrantem; Illum vt præſit diei, fidei ſcilicet iuſtitiæque in Eccleſia conſeruandæ, & amplificandæ; hunc verò, vt præſit nocti, ideſt erroribus extirpandis, & cæcutientibus ad veritatis lucem reuocandis: Stellas autem, Prælatorum videlicet varietatem, & multitudinem, vt illuminent terram, in regendis populis, ouibuſque paſcendis, partem miniſterij ſuſcipientes.

Quorum

Digitized by Google

Quorum luminarium feliciſsimi aſpectus, ac ſummæ efficacitatis influxus, totque Præſulum, quaſi cæleſtium ſyderum non infelices, nec non beneuolæ confluentiæ Te talem tantumque reddunt, vt omnes, & teipſum, & quæ tua ſunt, admirentur, diligant, obſeruent, & reuereantur. Suſcipe igitur obſecro, donum, quod Tibi à paupere quidem, liberali tamen manu, liberaliter datur. Nec doni materiam, ſed donum ipſum, aſpicias, velim. Doni namque materia, libellus, & ager eſt; donum autem ipſum, eſt largientis actio; beneuola, pura, atq; ab omni ſordido appetitu defæcata mentis intentio. Si doni materiam ſpectes, minima eſt; ſi donum conſideres, maximum eſt. Amplectere donum, nec tamen materiam, cui donum connexum eſt, abijcias. Quod, ſi Tua benignitate, & humanitate præſtiteris, donatorem ſumma lætitia afficies, & ad maiora in dies prouocabis, qui dies, noctéſq; Deũ Optimum Maximum deprecatur, vt Te, & opibus, & virtutibus florentem, diù incolumem, cunctis gratum, ſpectabilemq; conſeruet, paratamq; ab æterno mercedem præfinitis temporibus reddat, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Nec plura. Vale diù fœlix in terris, fœlicior victurus in cælis. Dat. Romæ in Conuentu D. Franciſci. Anno Domini 1614.

Tuæ Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominationis.

Humillimus, & obſeruantiſs. ſeruus

Fr. Dionyſius à Turre.

FACVL-

FACVLTAS REVERENDISS. PATRIS Commiſſarij Generalis.

CVm à te quoddam opus ſuper Logicam, cũ quoddam tractatu de X. quæſtionibus, diligẽter reuiſum, ac omni ſtudio examinatum, à R. P. Fr. Clemente à Placentia in noſtro Conuentu Sancti Franciſci Transtyberim Sacræ Theologiæ Lectore, cõpilatum fuerit, & cùm nihil alienum à fide, ac contra bonos mores, tàm in opere Logico, quàm in illis X. quæſtionibus repertum fuerit, imò maximè perutile veram ſcientiarum cognitionem callere cupientibus, ac in mentis eleuationem in Deum multum conducibile, propterea his noſtris obedientialibus litteris, quoad nos attinet, prædictum opus typis mandandi, facultatem facimus, ac peroptamus. Datum Neapoli, in noſtro Conuentu S. Crucis. Die 8. Maij. 1613.

Fr. Paulus Sulmonenſis Commiſſarius Generalis.

EX commiſsione Reuerendiſs. Patris Magiſtri Sacri Palatij inſpexi Librum, Admodum Reuerendi Patris Dionyſij à Turre, & mihi viſus eſt dignus qui Typis mandari poſſit. Romæ 4. Decembris 1613.

Blaſius Alorſius Societatis Ieſu.

Imprimatur. Si videbitur Reuerendiſsimo P. Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

Cæſar Fidelis Viceſger.

Imprimatur. F. Thomas Pallauicinus Bononien. Magiſter, & Reuerendiſs. P. F. Ludouici Yſtella, S. P. Apoſt. Mag. Socius Ord. Præd.

TOTIVS

Digitized by Google

Totius Operis Præfatio.

OMNE agens agit propter finem: at agens per intellectum, agit ex præcognitione finis. Finis vltimus humanæ creaturæ Deus eſt, ac ſumma beatitudo. Ad beatitudinis aſſecutionem praxis, & operatio pernecessaria eſt. Non poſſumus enim rectè, & vt oportet ad ſalutẽ operari, niſi notitiam ad rectam, & ſalutarem praxim eliciendam, nobis comparauerimus. Recta, ac ſalutaris praxis ex Sacra Scriptura, atq; diuina Theologia petenda eſt: Sacræ Scripturæ, Sacræque Theologiæ, Phiſica, Metaphiſica, ac cæteræ ſcientiæ humanitùs adinuentæ ſubſeruiunt, & ancillantur. Ad has omnes, & illam ſimul, Dialectica viam ſternit, & ſcalam erigit. A Dialectica igitur, vt ad cæteras, & poſtremò ad Theologiã aſcendamus, recto calle, & naturali tramite iter aggrediendum eſt; vt Deum, noſtrum vltimum finem viſione attingendum, fruitione deguſtandum, tentione in perpetuum poſsidendum in hac mortali vita pro virili noſtra cognoſcamus, ac toto corde diligamus.

A

B

In tradenda Dialectice conſilium fuit, vt non ſolum ſuperficiariam rerum Logicalium doctrinã texeremus, ſed etiam abſtruſiora, adeò dilucidè tractaremus, vt ſumma cum facilitate, & claritate coniuncta prodirẽt in apertum. Ita vt ſi diſcipulo non ſit ocium alios au-

C

ctores

ctores perlegendi, hæc ſolùm Iſagogica traditio ad præfatas ſcientias capeſſendas ſufficiat. Si verò illos perlegendi tempus detur, abſque labore maiorum monumenta percipiat.

Quoniam verò diſcipulorum mẽtes humanis rebus contemplandis nimium intentæ, vt plurimum à Dei contemplatione, & dilectione, ad quem cognoſcendum, & amandum ſcientiæ traduntur, retardari ſolent, vt nonnulli his nimium occupati, creatoris ſui penitùs obliuiſcantur: hanc ob cauſam operæ pretium eſſe iudicaui, vt rudi quadam Minerua ad calcem libelli cuiuſlibet, breuem dictorum ad Sacram Theologiam reductionem, Doctorẽ Seraphicum imitatus adiungerem; vt diſcipulus quaſi è graui ſomno excitatus, quicquid, & in ſcientijs, & in rebus delectamenti repererit, Diui Patris Franciſci veſtigia ſequens, redigat in laudem, & gloriam ſui Condtioris.

DE

DE OPERE

Reu. P. Fratris Dionyſij à Turre, Theologi Clariſsimi.

SANCTISS. D. N. CONFESSARII.

Thomæ Galletti I. C.

ALcidem memorat nudatis artubus eſſe,
Qui claua, & pellis tegmine tutus erat.
Cerne coronatum, multos quàm vicerit hoſtes,
Monſtraque quam tenui præſidioque terat.
Sic Franciſcanæ tu ductor in arte cohortis.
Aduerſas acies, falſaque cuncta fugas.
Quæ ſint arma rogas? te veſtis & aſpera munit,
Et cruce ſuffultus, tu quoque pergis iter.
Vincere cum doceas, ac per dilemmata turbas
Quid Logicæ liber hic? Quid niſi claua potens?

EIVSDEM ALIVD.

Magnns Ariſtoteles naturæ arcana recludens
Ingenio valuit, non minus eloquio.
Auctor at organici inuenti dùm creditur, acutum
nomine, & Imperio, porticus alta ſonat.
Te pater eximiū decus, haud peritura manet iàm
Gloria, quod renouas dogmata priſca virum.

** Te

Te duce, diſceptemq; libens, & acrior inſtem
Vt cito victus eat, qui mihi bella mouet.
Arte tua errorum fuſas iam cerno phalanges,
Subdola quæque patent, omne ſophiſma cadit.
Excelſam Turrim præclaris verſibus ornent
Pegaſidum comites, vnde tot arma micant.

Fratris Bonauenturæ Tarentini Ordinis Min. de Obſeru. Reformatorum Theol. Concionatoris, Lateran. Pœnitentiarij.

E ſilice excudi flammas, quis crederet vnquam;
Hoc niſi Pyrodas aggrederetur opus?
Et quis ſperaſſet Dialectica tela pharetris
Condi poſſe ſacris, & penetrare polos?
Codice ab exiguo nobis tot commoda manant;
Cui dat naſcenti fama perenne decus.
Auctorem decorat vera pietatis imago,
Ingenium viuax, religionis honos.
Quid niſi odoratæ ſpirent è floribus auræ?
Quid niſi conceptas euomat Aetna faces?

Aliud

Digitized by Google

ALIVD.

Nullus adhuc auctor ſic miſcuit vtile dulci:
Nullus ab arenti pumice legit aquas.
En pius ignotas penetrans Dionyſius artes,
Dogmata Ariſtotelis primus ad aſtra trahit.
Hic logices elementa docens, tranſcendit Olympũ;
Atque humilis calcans ſydera, ſerpit humi.

EIVSDEM ALIVD.

Egrediare liber tandem, totumque per orbem,
Quod ſacra parturiunt viſcera, prome decus:
Viſus Ariſtarchi ſpernas, Momique boatus,
Et quæ liuor edax mittere tela ſolet.
Te virtus inuicta fouet, te TVRRIS *Ahena;*
Romulidumque fauor, Pontificiſque nepos.

F. Clementis Placentini Ord. Min. de Obſer. Refor. in Conuentu S. Franciſci Romæ, Sac. Theol. Lect. in Auctoris laudem.

Magnus Olympiacum traxit Dionyſius ad nos
Cælum, dum claſſes prodidit Angelicas.

Te duce, diſceptemq; libens, & acrior inſtem
Vt cito victus eat, qui mihi bella mouet.
Arte tua errorum fuſas iam cerno phalanges,
Subdola quæque patent, omne ſophiſma cadit.
Excelſam Turrim præclaris verſibus ornent
Pegaſidum comites, vnde tot arma micant.

Fratris Bonauenturæ Tarentini Ordinis Min de Obſeru. Reformatorum Theol. Concionatoris, Lateran. Pœnitentiarij.

E ſilice excudi flammas, quis crederet vnquam;
Hoc niſi Pyrodas aggrederetur opus?
Et quis ſperaſſet Dialectica tela pharetris
Condi poſſe ſacris, & penetrare polos?
Codice ab exiguo nobis tot commoda manant;
Cui dat naſcenti fama perenne decus.
Auctorem decorat veræ pietatis imago,
Ingenium viuax, religionis honos.
Quid niſi odoratæ ſpirent è floribus auræ?
Quid niſi conceptas euomat Aetna faces?

Aliud

ALIVD.

Nullus adhuc auctor ſic miſcuit vtile dulci:
Nullus ab arenti pumice legit aquas.
En pius ignotas penetrans Dionyſius artes,
Dogmata Ariſtotelis primus ad aſtra trahit.
Hic logices elementa docens, tranſcendit Olympũ;
Atque humilis calcans ſydera, ſerpit humi.

EIVSDEM ALIVD.

Egrediare liber tandem, totumque per orbem,
Quod ſacra parturiunt viſcera, prome decus:
Viſus Ariſtarchi ſpernas, Momique boatus,
Et quæ liuor edax mittere tela ſolet.
Te virtus inuicta fouet, te TVRRIS Ahena;
Romolidumque fauor, Pontificiſque nepos.

F. Clementis Placentini Ord. Min. de Obſer. Refor. in Conuentu S. Franciſci Romæ, Sac. Theol. Lect. in Auctoris laudem.

Magnus Olympiacum traxit Dionyſius ad nos
Cælum, dum claſſes prodidit Angelicas.

Nunc leuat ad cælum terram Dionyſius alter,
Cum docet in ſtudijs ſemper amare deum.
Conuocat in rixas binam Dialectica linguam,
Tollit hic aduerſas cum pietate vias.
Diſcite nunc Iuuenes cælorum gaudia cordi,
Et mentem cælis iungere multiuagam.

Eiuſdem in operis laudem.

Robore ſublimes præſtant, ac lumine Turres,
Hæc te condecorant TVRRIS ahena duo.
Doctrinæ methodus lumen, BVRGHESIA robur
Dant Protectoris ſtemmata clara tui.
Auctor perfundet ſtudioſum luce nitenti.
Qui Pinnas diſcet ſcandere ritè tuas.
Et clypeo Princeps armabit, & enſe Quirinus
Fortia, qui pugnans ſumpſerit arma tua.
Dogmata Ariſtotelis cupiens callere, nec vlla,
Tela pauere volens, te legat ergo diù.

D. Ioannis de Hierro Hiſpalenſis.

ODE

QVanta tellurem premit hæc iacentem
TVRRIS, & ſedi propior micanti,
Siderum ſurgit radiante findens.
Vertice nubes?

Ipſa

Ipſa non Marti ſacra, non iniquas
Docta telorum iaculare turmas
Impetu; ſed paciferæ miniſtrat
Arma Mineruæ.

Arma cordatæ ſabricata menti,
Quæ dolus, quæ per metuat fugandus
Error, & ſerpentigenis recurſans
Artibus aſtus.

Ingeni horrentem pharetram ſagittis
Alleuat; cuius tremefacta ſolo
Cedat obtutu fugiens inertis
Dedecus oris.

Quin & humanis ſuperum remiſcet
Viribus vim, ſyderei coronans
Luminis gemmis opus, è caduca
Morte ſuperſtes:

TVRRIS æquat celebrando cælo,
TVRRIS abiectis veneranda terris;
Nulla te ferruginei reſoluet.
Temporis ætas.

D. Ioannis de Hierro Hiſpalenſis.

In laudem eiuſdem. Elegia.

O Quæ ſydereos Phœbo gratiſsima Pubes
Fers Aganippæo non procul amne choros.

Flecte

Flecte gradum noſtras non indignata per oras,
Qualis in Aonio diceris eſſe iugo.
Non tibi Apollineo fluet hic de culmine lympha,
Quam celer arguto Pegaſus vngue tulit.
Sed qui de Logicæ ſcopulis, ſaxoque rigenti
Diuina ambroſios traxerit arte lacus.
Ingenio quid non dederit natura? fauillas
Si vomit attrito frigidus, ære lapis.
Quid ſi de ſterili moles Parnaſsia rupe
Protulit alato nobile flumen equo.
Has tamen altiſoni ſitiat Permeſsidos vndas
Quiſquis Mæoniæ Phocidos arua tenet.
Me iuuet hic ſimul æternos captare liquores,
Et DIONYSIACO pellere fonte ſitim.

Aliud in eundem Authorem.

D. IOANNIS DE HIERRO.

QVid iuuat in ſterili tantum conſumere ſaxo
Ingenium? Logicæ quis labor in ſcopulo?
Scilicet haud aliter rigidi ſub rupe Lauernæ
Dulcia Dedaleæ munera fertis Apes.

Digitized by Google

DI

THEODORO GIVNTA

ROMANO,

Dottor dell'vna, e l'altra legge.

SONETTO.

FEriſti vn tempo già nobil Guerriera
Ne i campi di Liceo la mente, e'l core
Del grande inuentor tuo ſuprema, altera
Logica del ver figlia, e non d'errore.

Ma che trofeo al fin ſe non d'horrore
Da lo ſtuolo pagan tua man ſeuera
Puote ritrarne? e non fù troppo honore
Portar nome d'oſtruſa, horrida, auſtera.

Sarà dunque tua gloria hauer del Cielo
Secretaria fedel, che ti ſia ſcorte,
Vincer vn cor, che cieco il vero aborre:

Onde non ſia chi ſpreggi il Santo zelo
Di Logica gentil, fatta più forte,
Col fauellar de Dio in alta TORRE.

DIA-

Digitized by Google

DIALECTICAE LIBER PRIMVS.

In quo ſcientiarum, & artium communis Doctorum diuiſio præmittitur.

CAP. PRIMVM.

NON inutile erit Tyronibus, antequàm ad Logicam admittantur, artium, ac ſcientiarum diuiſionem percipere, vt quid earum quæque cõſideret, & ad quod genus pertineat, ob oculos habeant.

Ars quid ſit?

Ars eſt quicquam faciendi, aut cognoſcendi, præceptione, vſu, ac imitatione acquiſita promptitudo. A

Dicitur (promptitudo) quoniam quælibet ars, habitus eſt. habitus autem promptum, & expeditum reddit habentem.

Dicitur (acquiſita) ad differentiam habitus infuſi, vt eſt Fides, Spes, & Charitas, &c.

Dicitur (cognoſcendi) ad artes doctrinales inſinuandas, vt ſunt Phyſica, Mathematica, Metaphyſica, &c.

Regula.

Omnis ars tribus tribus potiſſimum acquiritur, præceptione, vſu, & imitatione.

Præceptio eſt certa lex, ſiuè regula, aliquid recte agere docens: vt contraria contrarijs curantur B

Vſus eſt frequens, & aſſidua vnius, eiuſdemq. rei operatio: Vt meditatio in lege Domini die ac nocte.

Digitized by Google

Imitatio eſt aliorum ad aliquid ſimiliter agendum, æmulatio: Vt ſi quis quemadmodum Ieſus Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis, ita ipſe in omnibus propter Ieſum Chriſtum fiat obediens.

Artis Diuiſio. Cap. II.

C Ars 2 { Mechanica. / Doctrinalis.

Definitio artis Mechanicæ.

ARs Mechanica eſt ars operandi ea, quæ corpori humano ſunt neceſſaria, vt lanificium ad indumentum corporis. Ars mechanica ars ſeruilis, idē ſunt.

Mechanica quaſi adulterina dicta eſt, quod relicto dignioris animi cultu, ad corpus, quod indignius eſt, degeneret, & accedat.

Definitio artis Doctrinalis.

D Ars Doctrinalis eſt ars cognoſcendi, quæ animum perficiunt, ac ſcientem rĕddūt. Vt Logica, Phyſica, Mathematica, &c.

Ars ſeruilis ſe habet ad Doctrinalem, vt corpus ad animam, & ſeruus ad Dominum.

Regula.

Ars Doctrinalis, maiori diligentia eſt comparanda, quam Mechanica.

Regula.

Artes Mechanicæ ſuam quæque materiam habent & finem, quibus à ſe inuicem

E diſtinguuntur. Materia artis eſt, circa quam eius operatio verſatur.

Finis artis eſt id, ad quod ipſa ordinatur, vt lanificij materia eſt lana: Finis verò eſt indumentum corporis.

Regula.

Artium Doctrinalium, quælibet ſuum habet ſubiectum, quo vna ab alia diſtinguitur, cuius ſubiecti cognitio eſt finis artis Doctrinalis.

Subiectum ſcientiæ eſt, quod præcipuè in ſcientia determinatur, in cuius gratiam cætera in ſcientia conſiderata pertractantur.

Subiectum, genus ſubalternum, ſubiectum attributionis, materia circa quam, idem ſunt.

Finis artium 2. { Proximus, Immediatus, Intrinſecus, Specialis. / Remotus, Mediatus, Extrinſecus, Generalis.

F Exemplo iſtorum declaratur. In lanificio finis proximus eſt indumentum corporis propter quem ab alijs artibus diſtinguitur. In Phyſica finis proximus immediatus, atque intrinſecus eſt cognitio rerum naturalium. ſed finis remotus, & generalis omnium ſcientiarum, & artium, Deus eſt, in quem omnia vltimatè reducuntur, vt ſcilicet ei melius commodiuſque ſeruiatur, cognoſcaturq. melius, & ametur.

Regula.

Omnis ars, omniſq. ſcientia ad Deum, tamquam ad vltimum finem redigendæ ſunt, niſi quiſpiam ſatis peruerſo, & iniquo ſit animo, qui ad alium finem referat.

Artis

Digitized by Google

Artis Mechanicæ Diuiſio.

Ars Mechanica 7.	Lanificium Nemoraria Militaris Nautica Agricultura Chirurgia Fabrilis	Vnde verſus	Lana nemus miles & nautica rus, medicina. His ars Fabrilis commemoranda venit. G

Lanificij definitio, materia, & finis.

Lanificium eſt ars mechanica, lanam ad humani corporis vſum præparans. H
Lanificij materia eſt lana: finis verò indumentum corporis.

Nemorariæ definitio, materia, & finis.

Nemoraria eſt qua circa arborum culturam, & circa lignorum ad humanam neceſſitatem apparamenta verſatur. I
Huius materia ſunt arbores, & ligna: finis autem eſt vſus ignis.

Militaris definitio, materia, & finis.

Militaris eſt ars mechanica, quæ militiam, & bella gerenda pertractat. K
Huius materia ſunt arma, & bella: finis verò rerum ſuarum defenſio.

Nauticæ, definitio, materia, & finis.

Nautica eſt ars mechanica, quæ nauigationes peragendas docet. L
Huius materia ſunt naues, & vela: finis alimentum & mercatura.

Agriculturæ definitio, materia, & finis.

Agricultura eſt ars mechanica, quæ ad agros colendos, & fructus afferendos induſtriam parat. M
Huius ſubiectum ſunt agri: finis fructuum perceptio.

Chirurgiæ definitio, materia, & finis.

Chirurgia eſt ars Mechanica vulnerum curationem peragens. N
Huius materia ſunt vulnera: finis hominum ſanatio.

Fabrilis definitio, materia & finis.

Fabrilis eſt ars mechanica, quæ ferrum in hominum vſum excudit, aut ligna ad ædificiorum conſtructionem diſponit: eſt enim duplex, ferraria, & lignaria. O
Huius materia ſunt ferrum, & ligna: finis verò commoda habitatio hominum.

De Doctrinali arte.

Doctrinalis 2.	Liberalis. Non Liberalis, ſiuè Nobilis. P

Definitio vtriuſque.

Ars liberalis eſt ars doctrinalis, quæ circa ſermonem, aut quantitatem verſatur.
Dicitur liberalis, quia liberum requirit animum, liberoſq. & ingenuos decet homines.

A 2 Ars

Digitized by Google

Ars non liberalis eſt ars doctrinalis, aliud quicquam à ſermone, & quantitate conſiderans.

Dicitur non liberalis, non quod non ſit liberalis, aut non requirat animum liberum, & ingenuum; ſed quia non eſt aliqua earum, quæ vulgo liberales nuncupantur.

Ars etiam non liberalis, aut æquè perfecta eſt, ac liberalis, vt phyſica, aut etiam perfectior, vt metaphyſica.

Diuiſio artis liberalis.

Q Ars liberalis 2. { Sermocinalis. | Mathematica.

Definitio vtriuſque.

Ars ſermocinalis eſt ars liberalis de ſermone principaliter tractans.

Mathematica eſt ars liberalis, quæ circa quantitatem verſatur.

Diuiſio Sermocinalis.

R Sermocinalis 3. { Grammatica. | Logica. | Rethorica.

Definitio illarum.

Grammatica eſt ars ſermocinalis congrui ſermonis compoſitionem tradens. Huius ſubiectum eſt oratio congrua: finis verò eſt, eius cognitio.

Logica eſt ars ſermocinalis de ſyllogiſmo, aut argumentatione pertractans, verum à falſo dijudicans.

Subiectum Logicæ eſt ſyllogiſmus, aut argumentatio: finis, eiuſdem cognitio, ſiuè veri, & falſi diſcretio.

Logica, Dialectica idem ſunt.

Sine his duabus, aliæ ſcientiæ minimè acquiri poſſunt.

Rethorica eſt ars ſermocinalis, aliquid venuſta oratione perſuadens.

Perſuadere eſt, dicendo, aliquem in ſuam ſententiam inducere.

Hæ tres triuium dicuntur, quaſi tribus vijs in vnum tendentes, vtpotè in cognitionem ſermonis.

Rethoricæ ſubiectum eſt oratio perſuadens: finis eius cognitio, & perſuaſio.

Mathematica diuiſio.

S Mathematica 4. { Arithmetica. | Muſica. | Geometria. | Aſtronomia.

Definitio Arithmetica.

Arithmetica eſt ars liberalis, numeros, & earum proprietates contemplans. Huius ſubiectum eſt numerus: finis eius cognitio.

Definitio Muſica.

Muſica eſt ars liberalis ſonorum harmonias, proportioneſq. conſiderans. Huius ſubiectum eſt numerus ſonorus: finis verò eius cognitio.

Definitio Geometria.

T Geometria eſt ars liberalis, magnitudines conſiderans.

Huius

Huius ſubiectum eſt magnitudo : finis eiuſdem, cognitio .
Sub Geometria proſpectiua continetur, quæ ſic definiri poteſt .
Proſpectiua eſt ars liberalis ſub Geometria contenta, lineã viſualem conſiderans.

Definitio Aſtronomiæ.

Aſtronomia eſt ars liberalis, quæ corpora cœleſtia, & eorum motus ſpeculatur. V
Huius ſubiectum eſt magnitudo cœleſtis : finis eius cognitio .
Hæ quatuor ſimul ſumptæ vocantur quadriuium , quod quatuor vijs in vnum finem, & terminum, ſcilicet in notitiam quantitatis progrediantur .

Diuiſio artis non liberalis .

Ars non liberalis, ſiue nobilis { Moralis / Naturalis / Supernaturalis X

Definitio Moralis.

Moralis eſt ars, hominum mores, quò benè, beateq. viuant, rectè inſtituens.
Huius ſubiectum eſt bonum hominis, & virtutes, ſiuè homo ſecundum animã : finis autem operari ſecundum virtutem .

Diuiſio Moralis.

Moralis 3. { Ethica / Oeconomica / Politica Y

Definitio Ethicæ.

Ethica eſt ars moralis, homines honeſtè, & ſecundum virtutem viuere docens.
Huius ſubiectum eſt bonum honeſtum , ſiue virtutes : finis operari ſecundum virtutem, & ſecundum bonum honeſtum .

Definitio Oeconomicæ.

Oeconomica eſt ars moralis, domum, familiamque gubernandam inſtituens.
Huius ſubiectum eſt bonum domus : finis rei familiaris adminiſtratio .

Definitio Politicæ.

Politica eſt ars moralis, quæ Rempublicam gubernandam curat . Z
Huius ſubiectum eſt bonum Reipublicæ: finis pax & concordia ciuium
Sub Politica ius Canonicum, & ius Ciuile continentur .

Definitio Iuris Canonici, & Ciuilis.

Ius Canonicum eſt quod ordinem Eccleſiaſticum dirigit .
Ius Ciuile eſt, quod Ciuile genus moderatur.

Definitio artis naturalis.

Ars naturalis eſt , quæ rerum naturalium , ac humani temperamenti naturas determinat .

Diuiſio artis naturalis.

Ars naturalis 2. { Phyſica / Medicina Aa

Definitio Phyſicæ.

Phyſica eſt ars naturalis, res naturales, & earum motus conſiderans .
Huius ſubiectum eſt res naturalis: finis rerum naturalium cognitio .

Deſi-

Digitized by Google

Definitio Medicinæ.

Medicina eſt ars naturalis,hominis ſanitatem eiuſq; temperamentum conſiderãs. Huius ſubiectum eſt homo ſecũdum corpus: finis eſt ſanitas,& eius cognitio.

Definitio artis ſupernaturalis.

Ab Ars ſupernaturalis eſt,quæ diuina,& ſupra mundana ſpeculatur.

Diuiſio artis ſupernaturalis.

Supernaturalis 2. { Metaphyſica
Theologia

Definitio Metaphyſicæ.

Metaphyſica eſt ars ſupernaturalis,quæ homines ex principijs notis via ſenſus,ad Dei,& intelligentiarum cognitionem ſubſtollit.

Huius ſubiectum eſt primum ens,ſiue Deus, & intelligentiæ: finis eiuſdem contemplatio.

Definitio Theologiæ.

Theologia eſt ars ſupernaturalis ſupernaturaliter habita,infuſa, & reuelata.Deũ, & arcana diuina conſiderans.

Huius ſubiectum Deus eſt: finis eius cognitio, & amor.

Omnes artes doctrinales ſuo ambitu philoſophia amplectitur.

Definitio Philoſophiæ.

Philoſophia eſt perfecta humanarum,diuinarumque rerum cognitio.

Philoſophus dicitur,qui conſummatam humanarum, diuinarumque ſcientiam aſſecutus eſt.

Altera Artis diuiſio. Cap. III.

Ac Poteſt autem aliter Ars diuidi.

Ars ſiue Philoſophia 2. { Practica
Theorica ſiuè Speculatiua.

Definitio Practicæ.

Ars Practica eſt,cuius finis eſt operari: Vt lanificium,Chirurgia, &c.

Definitio Speculatiuæ.

Ars Theorica,ſiuè Speculatiua eſt,cuius finis eſt ſcire, & contemplari,qualis eſt Phyſica Metaphyſica, &c.

Diuiſio Practicæ.

Ad Ars practica. { Factiua
Actiua } ſecundum quod operatio eſt 2. { Factio.
Actio.

Definitio Factionis.

Factio eſt operatio,poſt quam remanet opus per ipſam productum ſiuè factum. Qualis eſt ædificatio, calefactio, generatio, & ſimilia: nam poſt has operationes remanent ædificatum,ſiuè domus,calor,& res genita.

Definitio Actionis.

Actio eſt operatio, poſt quam nõ remanet opus,ſed cum ipſa actione tranſit,vt eſt cantatio,ſaltatio,ſonatio,quibus definentibus,nullum opus extra remanet.

Diuiſio

Digitized by Google

Diuiſio operis.

Opus 2.
- Factibile
- Agibile

Definitio vtriuſque:
- Factibile eſt opus quod poſt factionem remanet extra. A e
- Agibile eſt quod poſt actionem extra non remanet.

Definitio Artis Factiuæ.

Ars factiua eſt recta ratio rerum à nobis factibilium: Vt eſt ædificatiua.
Ars Actiua eſt recta ratio rerum à nobis agibilium: Vt eſt Ethica.

Diuiſio Artis Factiuæ.

Ars Factiua 2.
- Doctrinalis: Vt eſt Medicina
- Mœchanica 7.
  - Lanificium
  - Nemoraria
  - Militaris
  - Nautica
  - Agricultura
  - Chirurgia
  - Fabrilis

  Ad quas omnes aliæ Mechanicæ poſſunt reduci.

Diuiſio Artis Actiuæ.

Ars Actiua 3.
- Ethica
- Politica; ſub qua ius Canonicum, & Ciuile continentur. A f
- Oeconomica

Diuiſio Theorica.

Ars Theorica ſpeculatiua 2.
- Realis
- Rationalis

Definitio rationalis.

Rationalis eſt illa, cuius ſubiectum eſt ens rationis, ratione, & conſideratione intellectus fabricatum: Vt eſt Genus, Species, Nomen, Verbum, &c.

Definitio Realis.

Realis eſt illa, cuius ſubiectum eſt ens reale, non conſideratione intellectus fabricatum: Vt eſt Terra, Aqua, Aer, Ignis, Cœlum, Plantæ, &c.

Diuiſio realis artis.

Realis 3. A g
- Mathematica, quæ eſt 4.
  - Arithmetica
  - Muſica
  - Geometria, ſub qua proſpectiua cōtinetur
  - Aſtrologia
- Naturalis 2.
  - Phyſica
  - Medicina, ſed hæc potius ē practica, quā ſpeculatiua.
- Supnaturalis
  - Diuinitus inſpirata: quæ eſt Theologia.
  - Humanitus acquiſita, quæ eſt Metaphyſica.

Diuiſio rationalis.

Rationalis 3.
- Grammatica
- Logica
- Rethorica

De quibus ſupra dictum fuit.

De

De partibus principalibus Artis doctrinalis. Cap. IV.

Ah OMNIS ars doctrinalis duos habitus intellectuales continet tamquam ſuas partes præcipuas quorum alter propriè intellectus, altera, ſcientia ſtrictè ſumpta nuncupatur.

Definitio Intellectus.

Intellectus eſt cognitio, ſiue habitus principiorum: qualis eſt cognitio iſtius propoſitionis: Omne totum eſt maius ſua parte, dicitur intellectus; & illa propoſitio vocatur propriè principium ſciendi, & cognoſcendi: nam per iſtud principium cognoſco, quod manus alicuius hominis eſt minor illo.

Definitio habitus.

Habitus eſt ex aſſiduo vſu acquiſita, quicquam operandi aut ſpeculandi conſuetudo.

Principia quid ſint?

Principia ſunt propoſitiones manifeſtæ verè, quibus auditis ſtatim homo aſſentitur: vt omne totum eſt maius ſua parte: omne bonum eſt appetendum: omne malum eſt fugiendum.

Definitio Scientiæ.

Scientia eſt habitus, ſiue cognitio concluſionis per demonſtrationem acquiſitus.

Definitio Concluſionis.

Concluſio eſt propoſitio ex principijs deducta, aut quæ deduci poteſt.

Definitio Demonſtrationis.

Ai Demonſtratio eſt argumentatio ex principijs concluſionem manifeſtans. exemplum. Omne ſummum bonum eſt ſuper omnia diligendum.

Deus eſt ſummum bonum, ergo
Deus eſt ſuper omnia diligendus.

Tota iſta oratio, quæ habet tres partes, ſiuè tres propoſitiones eſt argumentatio, quæ propriè appellatur Demonſtratio. Duæ primæ propoſitiones dicuntur principia, & eorum cognitio dicitur intellectus. Tertia propoſitio eſt concluſio, cuius cognitio appellatur ſcientia.

Tota ars eſt, vt tota argumentatio; nam quemadmodum argumentatio continet antecedens, & conſequens, ſiuè præmiſsas, & concluſionem; ita tota ars continet principia cognoſcendi, & concluſiones plurimas, quæ ex illis principijs deducuntur.

Ad hunc modum quælibet ars doctrinalis continet duas partes principales Intellectum, ſcilicet cognitionem principiorum; & ſcientiam, ſcilicet cognitionem concluſionum.

Diuiſio Intellectus, & Scientiæ.

Diuiditur tàm Intellectus, quàm Scientia, ſicut & ars: nam Intellectus alius liberalis, alius non liberalis, &c. Alius Grammaticus, alius Logicus &c.Ità dicendum de Scientia.

Exemplum: Cognitio iſtius propoſitionis: omne bonum eſt appetendum, dicitur intellectus naturalis, & concluſio deducta ex illo ſiuè eius cognitio, dicitur

tur

tur Scientia moralis;vt putà iſta,ergo virtus eſt appetenda.

Principia Scientiarum vera eſſe ſupponenda ſunt, neque quoquo pacto requirenda eſt cauſa veritatis illorum;cum notiſſima ſint,& certiſſima.

Concluſiones ſcientiarum antequam ex principijs ſuam cognitionem acceperint, dubitabiles ſunt : vbi tamen demonſtratæ fuerint, ità veræ credendæ ſunt, vt nullo modo a veritatis certitudine,ac firmitate decidere poſſint.

Breuis eorum, quæ dicta ſunt ad Sacram Theologiam reductio. Cap. V.

NVNC autem ſtudioſè iuuenis, antequam vlterius progrediaris, ſiſte paulisper gradum,& conſidera, quòd Sacra Scriptura, ac diuina Theologia,Deum Optimum Maximum cótemplatur, rerum primum principium,Vnitrinum. Eſt enim Deus trinus, & vnus, ſiuè vt vno verbo dicam,Vnitrinus, vel triunus, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Patri potentia, Filio ſapientia, Spiritui ſancto bonitas attribuitur,licèt iſta tria ſint tribus perſonis communia : Ita etiam Patri cauſa efficiens ; Filio exemplaris, & idealis;Spiritui ſancto finalis accommodatur : quamuis vnaquæque iſtarum perſonarum ſit efficiens exemplar,vel Idæa,& omnium rerum finis.Vnde & D.Paulus ait ex quo omnia,per quem omnia,in quo omnia. Ex quo omnia tamquam à cauſa efficiente; Per quem omnia, tamquam per exemplar & Ideam : In quo omnia, tamquam in vltimo fine,in quo vniuerſa requieſcunt.

A K Ex D. Bona. lib de Reductione artiū ad Th.

Contemplare primò,quòd vnigenitus primogenituſque Dei, & Beatæ Virginis Filius iuxtà D.Aug. doctrinam eſt ars omnipotentis Patris plena omnium rationum viuentium, ideſt Idearum, ſeu exemplarium rerum omnium ad extra producibilium,quæ in Deo rationes viuentes nuncupantur: Vnde Ioan. 1.Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil : quod factum eſt, in ipſo vita erat.

In Mœchanicis autem attende potentiam,ſapientiam, & bonitatem artificis, qui poteſt,ſcit, & vult opus exterius producere. In his tribus agnoſce potentiam Dei Patris,& ſapientiam Filij,bonitatem Spiritus ſancti : In Patre cauſam efficientem,in Filio exemplarem,in Spiritu ſancto finalem intuere; quarum prima Patri,ſecunda Filio, tertia Spiritui ſancto appropriatur, licet hæc tria ſingulis perſonis diuinis omninò conueniant,ac communia ſint.

Aduerte tertiò,quod omnis ars doctrinalis manuducit ad ſpeculationē, quā habet anima de ſuo Vnitrino principio per Trinitatem potentiarum, memoriæ ſcilicet,intelligentiæ,& voluntatis : quandoquidem ſcientiarum lumina,quæ ipſam perficiunt,& informant beatiſſimam Trinitatem tripliciter repræſentant.

D. Bonauēt. in Itinerario mētis in Deum c.1.

Omnis enim ſcientia aut eſt { Naturalis / Rationalis / Moralis } Sumitur hinc ſcientia naturalis pro omni ſcientia naturaliter acquiſita,quomodo etiam Metaphiſica : naturalis nuncupatur.

Prima,agit de cauſa eſſendi,ideò ducit in potentiam Dei Patris.

Secunda,de ratione intelligendi,ideò ducit in ſapientiam Filij.

Tertia,de ordine viuendi,ideò ducit in bonitatem Spiritus ſancti.

Naturalis 3. { Metaphiſica } Prima eſt de rerum eſſentijs.
{ Mathematica } Secunda de numeris,& figuris.
{ Phiſica } Tertia de naturis, virtutibus, & operationibus diffuſiuis.

Ideò { Prima in primum principium,Patrem.
Secunda in eius imaginem Filium.
Tertia ducit in Spiritum ſanctum. }

Rationalis 3. { Grammatica,quæ facit potentes ad exprimendum.
Logica,quæ facit perſpicaces ad arguendum.
Rethorica,quæ facit habiles ad perſuadendum, & mouendum.

Hæc ſimiliter Beatiſſimæ Trinitatis myſterium inſinuant.

Moralis 3. { Monaſtica,ſiuè Ethica
Oeconomica
Polytica } Quarum { Prima, Primi principij innaſcibilitatem.
Secunda,filij familiaritatem.
Tertia, Spiritus ſancti liberalitatem eloquitur.

Pater enim cum ſit à ſe,& à nullo,innaſcibilis eſt,ſiuè improducibilis:Filius prouidentiam,& familiaritatem ſibi vendicat; ſicut Spiritus ſanctus liberalitatem.

Omnes iſtæ ſcientiæ habent regulas certas,& infallibiles, tamquam lumina, & radios deſcendentes à lege æterna in mentem noſtram.

Idcircò mens noſtra,vt ait Doctor Seraphicus tantis fulgoribus irradiata, & ſuperfuſa, niſi cæca ſit, poteſt per ſe ipſam manuduci ad illam lucem æternam contemplandam.

Huius lucis irradiatio ſapientes ſuſpendit in admirationem: è contra inſipientes, qui non credunt, vt intelligant ducit in perturbationem, vt illud propheticum adimpleatur.Pſ.75.Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, turbati ſunt omnes inſipientes corde.

Concluſio,& Oratio ad Dominum Ieſum Chriſtum.

Domine Ieſu Chriſte Redemptor, ac Saluator noſter, qui es ars artium, & ſcientia ſcientiarum,ars (inquam) omnipotentis Dei Patris plena omnium rationum viuentium candor, & figura ſubſtantiæ eius, doce nos rerum ignorantia laborantes, Logicam,ac cæteras artes,& ſcientias,ad Te cognoſcendum, & myſteria diuina percipienda neceſſarias, vt cognoſcentes te diligamus, diligendo poſſideamus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Finis Libri Primi.

DIALE-

DIALECTICAE
LIBER SECVNDVS.

Terminorum diuiſionem complectens.

PRÆFATIO.

CONSIDERATIO Dialectica huc tendit, vt inſtrumentum ad cæteras ſcientias cōparandas, nempe vt Argumentationem, ac ſyllogiſmum præſertim adinueniat: Argumentatio verò, ac ſyllogiſmus ex pluribus conſtant propoſitionibus: propoſitiones in ſimplices terminos, ex quibus conficiuntur reſoluuntur: Idcircò à cognitione terminorum, tamquam à prioribus, & ſimplicioribus inchoandum. A

De terminorum diuiſione. Cap. I.

Terminus 2.
- Rei
- Propoſitionis

Terminus rei eſt id, quod aliquam rem claudit, & terminat: Vt puncta, quæ lineam terminant: lineæ ſuperficiem, ſuperficies corpus, &c. B

Terminus propoſitionis eſt propoſitionis extremum.

Propoſitio eſt oratio indicatiua verum, vel falſum ſignificans.

Oratio indicatiua eſt quæ ex verbo indicatiuo conſtruitur: Vt homo eſt animal, Petrus currit, Deus ſaluabit nos, &c.

Extremum propoſitionis 2.
- Subiectum
- Prædicatum

Poteſt etiam largo modo, copula, terminus appellari.

Subiectum eſt propoſitionis extremum copulam verbalem præcedens: Vt homo eſt animal: illa dictio, eſt, dicitur verbalis copula, (homo) præcedens illam, eſt ſubiectum, (animal) quod ſubſequitur, eſt prædicatum. C

Prædicatum eſt propoſitionis extremum copulam verbalem ſequens.
Copula verbalis eſt verbum ſubſtantiuum copulans extrema propoſitionis.

Terminus propoſitionis 3. { Vocalis / Scriptus / Mentalis

D Terminus vocalis eſt qui ore profertur.
Terminus ſcriptus eſt terminus, qui ſcribitur.
Terminus mentalis eſt terminus qui mente concipitur.

Terminus vocalis 2. { Vniuocus / Aequiuocus } Hac diuiſione diuiditur etiã terminus ſcriptus, ſed non mentalis: quia terminus mentalis non eſt æquiuocus, ſed ſolùm vniuocus.

E Terminus vniuocus eſt, qui vnica ratione, & vnica ſignificatione ſua ſignificata ſignificat: Vt homo ſignificat omnes homines, & animal omnia animalia, & Angelus omnes Angelos.
Terminus æquiuocus eſt, qui diuerſis rationibus, diuerſiſque ſignificationibus ſua ſignificata ſignificat. Vt canis, animal latrabile, piſcem marinum, ſydus cæleſte.
Ratio, vt hic ſumitur, & conceptus eſſentialis, idem ſunt.
Terminus æquiuocus, terminus homonimus, idem ſunt.

Terminus Vniuocus 3. { Cathegorematicus, ideſt ſignificatiuus. / Syncathegorematicus, conſignificatiuus. / Mixtus.

Hac diuiſione diuiditur etiam terminus æquiuocus.

F Terminus Cathegorematicus, ſiue ſignificatiuus, eſt qui aliquid ſignificat, & Syncathegorema non includit.
Illud ſignificare dicitur, quod per ſeipſum intellectui quicquam repræſentat: Vt homo qui ſignificat omnes homines.
Terminus Cathegorematicus, terminus ſignificatiuus, cathegorema, idem ſunt.
Terminus mixtus eſt, qui terminum cathegorematicum ſimul & ſyncathegorema includit: vt nemo, ideſt, nullus homo: nihil, nulla res: numquam, nullo tempore: vbicumque, in omni loco.

G Syncathegorema eſt, quod per ſe nihil ſignificat, alijs tamen dictionibus in oratione adiungitur: vt omnis, nullus, aliquis.
Syncathegorema non eſt propriè terminus, cùm non poſſit eſſe totum propoſitionis extremum: vt aliquis, niſi aliud addatur, vel ſubintelligatur. Vt aliquis currit: ideſt aliquis homo.
Syncathegorema, & conſignificatiuum idem ſunt: Hoc eſt cum alijs ſignificatiuum.
Si tamen nec ſignificatiuè, nec conſignificatiuè capiatur poteſt eſſe totale propoſitionis extremum: Vt nullus, eſt dictio biſyllaba.

Terminus Cathegorematicus 2. { Materialis / Perſonalis

H Terminus materialis eſt qui pro ſola voce, non pro re, quam ſignificat accipitur: Vt iſtà propoſitione: homo eſt biſyllabus, homo eſt nomen: amo eſt verbum. Ille terminus homo, eſt terminus materialis, ſic etiam ille terminus amo.
Hac diuiſione diuiditur etiam terminus æquiuocus.

Ter-

Downloaded by Google

Terminus perſonalis eſt, qui pro re ipſa quam ſignificat ex impoſitione, accipitur. Vt Chriſtus crucifigitur: Petrus luget: Magdalena diligit.

Terminus perſonalis, terminus perſonaliter acceptus, terminus ſignificatiuè ſumptus, idem ſunt.

Terminus perſonalis 2. { Incomplexus / Complexus } Hac diuiſione diuiditur, etiam terminus materialis.

Terminus incomplexus eſt terminus ſimplex ex pluribus dictionibus minimè conſtitutus: vt Leo, lapis, lignum, cœlum. I

Terminus complexus eſt qui ex pluribus conſtruitur dictionibus: vt homo albus, Pyrum dulce, homo Deus, Deus eſt conditor.

Terminus incõplexus 2. { Abſolutus / Connotatiuus.

Terminus abſolutus eſt, qui vltrà rem, quàm ſignificat, aliam rem non importat: vt Deus, Angelus, homo. Maria, Franciſcus. K

Terminus connotatiuus eſt, qui vltrà rem, quàm ſignificat aliam rem ſecundario importat: vt album, quod ſignificat albedinem, & importat ſubiectum, vt lignum, cignum, parietem.

Terminus connotatiuus, concretum accidentale, & denominatiuum, idem ſunt.

Subſtantiuum termino connotatiuo voce, & ſignificatione correſpondens, dicitur eius abſtractum, & determinans: vt albedo, nigredo, quæ denominant ſubiectum album, vel nigrum.

Terminus abſolutus 2. { Communis / Singularis } Hac diuiſione diuiditur etiam terminus connotatiuus.

Terminus communis eſt, qui natus eſt prædicari de pluribus: vt Angelus, homo; animal, planta, equus. L

Prædicari eſt verè, & affirmatiuè de aliquo enunciari: vt Petrus eſt homo.

Terminus communis, vniuerſale, prædicabile, idem ſunt.

Terminus ſingularis eſt, qui de pluribus, prædicari non poteſt: vt Petrus, Franciſcus, qui tantum de ſeipſis dicuntur.

Terminus ſingularis, terminus diſcretus, ſingulare, indiuiduum, idem ſunt.

De pluribus prædicari, eſt de diuerſis, aut diſtinctis prædicari.

Terminus communis 2. { Primæ intentionis / Secundæ intentionis.

Terminus primæ intentionis eſt qui ſignificat res, quæ non ſunt ſigna doctrinalia: vt homo, lapis, Deus, Trinitas. M

Signum eſt quod præter ſeipſum alicuius eſt ſignificatiuum: vt Iris, quæ pluuiam ſignificat: Imago Crucifixi, quæ Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum repræſentat;

Ita vox (lapis) quæ petram ſignificat.

Signum 2. { Reale / Doctrinale

Signum reale eſt quod eſt res, & non vox, nec ſcriptura, neque conceptus: vt Iris, quæ

quæ pluuiæ ſignum eſt: Rubedo veſpertina, ſerenitatis: circulus ante Tabernam, vini, quod ibi venditur: Statua, Sixti, &c.

Signum doctrinale eſt ſignum quod eſt terminus, aut ex terminis compoſitum, & ad doctrinam accommodatum. Vt ſunt iſti termini, lapis, homo, homo albus, Ieſus Chriſtus, & ſimiliter omnes orationes, vt eſt iſta. Deus creauit Cœlum, & Terram, Filium ſuum vnigenitum dedit.

Signum doctrinale 3.	Vox Scriptura Conceptus	ſiuè	Vocale Scriptum Mentale

O Terminus primæ intentionis, primæ impoſitionis primo intentionaliter captus, idem ſunt.

Terminus ſecundæ intentionis, qui ſolum ſigna doctrinalia ſignificat: vt Genus, Species, vniuerſale, nomen, verbum, participium.

Terminus ſecundæ intentionis, ſecundæ impoſitionis, ſecundo intentionaliter captus, idem ſunt.

Terminus ſecundæ intentionis 2.	Logicus Non logicus.

Terminus logicus eſt terminus ſecundæ intentionis, qui eſt logicæ determinationis, ſeu conſiderationis; vt Genus, Species, indiuiduum, ſubiectum, prædicatum, propoſitio, argumentatio, ſyllogiſmus, &c.

Terminus ſecundæ intentionis non logicus eſt, qui ad alterius diſciplinæ rationalis conſiderationis, ſpectat: Vt nomen, verbum, participium, qui ſunt termini grammatici, & grammaticæ conſiderationis, &c.

Diſciplina rationalis 3.	Logica Rethorica Grammatica	de quibus etiam in primo Tractatu.

P Intentio eſt conceptus in anima, quæ eſt ſignum naturaliter ſignificans aliquid, pro quo poteſt ſupponere, vel quod poteſt eſſe pars propoſitionis mentalis.

Intentio, intellectio, notitia, cogitatus, conceptus in anima exiſtentes idem ſunt: qui paſſiones animæ dicuntur.

Intentio 2.	Prima Secunda

Intentio prima eſt animi conceptus, qui naturale ſignum rei eſt, quæ non eſt intentio: vt conceptus lapidis: conceptus hominis: conceptus Angeli: conceptus Dei: conceptus Trinitatis, &c.

Intentio ſecunda eſt animæ conceptus, qui eſt naturale ſignum primæ intentionis: vt conceptus generis, conceptus ſpeciei: conceptus nominis: conceptus verbi: conceptus participij, &c.

Alij verò de primis, & ſecundis intentionibus aliter, ſed inutiliter loquuntur, intellectum diſcipulorum per deuia deducentes, & potius tenebris inuoluentes, quam veritatis luce illuſtrantes.

Hæc pauca, quæ de primis, & ſecundis intentionibus, diximus, facilia, ac clara ſunt, minimè diſcipulum retardantia, quin citius ad vlteriora, & vtiliora progrediatur.

Breuis

Digitized by Google

Breuis reductio ad Sacram Theologiam. Cap. II.

Contemplare hic optime iuuenis, Deum eſſe realem rerum omnium terminum omnia in ſeipſò terminâtem, ac finientem, qui rebus omnibus terminos conſtituit, qui præteriri non poterunt. Q

Contemplare ſecundo loco Verbum diuinum eſſe realem terminum, naturam humanam, quam aſſumpſit terminantem, ac ſubſtentantem: ob quam aſſumptionem factum eſt, vt homo Deus ſit, & Deus homo, ac ei ob tantum in te collatum beneficium, gratias age, ac noctu diuque Deum Redemptorem tuum lauda.

Contemplare tertio triplicem reperiri librum. Præſcientiæ videlicet diuinę, Sacræ Scripturæ, & naturæ. Primus Liber continet omnium Idęas, exemplaria, & ſimilitudines, velut terminos mentales: Secundus Liber velut terminos vocales in ſe complectitur, quaſi voce diuina, & Spiritu ſancto proferente, atque dictante prolatos, & reuelatos: At Liber tertius, nempè hæc machina mundialis, creaturas ad extrà productas, quaſi terminos digito Dei ſcriptos in ſe claudit iuxta illud Pſ. opera digitorum tuorum, Lunam, & Stellas, quæ tu fundaſti. R

A quibus omnibus excitatus, mentem extollere aſſueſcas ad potentiam, ſapientiam, bonitatem, cæteraſque perfectiones diuinas contemplandas, quarum non eſt numerus. Quælibet enim creatura eſt velut dictio, & quot ſunt creaturæ in vniuerſo, tot ſunt dictiones, inuiſibilia Dei enunciantes, prout te iſta ſobriè inueſtigantem docebit Spiritus ſanctus.

In his omnibus veſtigium Sanctæ Trinitatis impreſſum intueberis: cum quælibet creatura ſit vna, vera, & bona, Vnitas autem Patri, Vnitas Filio, bonitas Spiritui ſancto appropriatur. S

In creatura verò rationali non modo veſtigium, verum etiam Indiuiduæ Trinitatis imaginem reperies, cùm illa facta ſit ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, quæ in tribus potentijs memoria, intelligentia, & voluntate conſiſtit: ſiue in mente, notitia, & amore, quibus Deum capimus, cognoſcimus, & diligimus. Mens, & memoria Patrem. Notitia, & intelligentia Filium. Amor, & voluntas Spiritum ſanctum repræſentant.

ORATIO.

TV autem Domine Ieſu Chriſte, qui es Alpha, & Omega, principium, & finis, terminus rerum omnium, omniumq. ſcientiarum, & artium; illumina intellectus noſtri tenebras, vt gratia tua luce perfuſi, mandata tua diligentiſſimè perficientes, quàm citius, & expeditè optatum nobis tua cognitionis, ac dilectionis terminum pertingamus.

Finis Libri Secundi.

LOGI-

Digitized by Google

LOGICAE LIBER TERTIVS.

Omnes Diuiſiones enucleans.

PRÆFATIO.

A CVM diuiſio ſit proprietas quædam terminis competens, poſt cognitionem terminorum de diuiſione agendum eſt: præſertim cum rerum diffinitiones diuiſione inueſtigentur.

De diuiſionibus. Cap. I.

Diuiſio eſt vnius rei in plures partes partitio.

Diuiſio 2. { Realis / Rationalis.

B Diuiſio realis eſt diuiſio vnius rei in eas partes, ex quibus conſtruitur. Vt ligni diuiſio in fruſta.

Diuiſio rationalis eſt termini communis in terminos minùs communes diſtributio. Vt animalium, aliud Brutum, aliud homo: orationum alia vera, alia falſa.

Differunt inter ſe { Diuiſio. / Superdiuiſio. / Subdiuiſio. / Condiuiſio.

C Diuiſio eſt prima rei ſectio ſecundum Damaſcenum cap. 6. Dialectices.

Superdiuiſio eſt eiuſdem rei iàm ſemel diuiſæ alia diuiſio. Vt Propoſitionum alia vera, alia falſa. Item Propoſitionum, alia affirmatiua, alia negatiua. Aliud exemplum. Homo diuiditur in animam, & corpus. Item homo diuiditur in maſculum, & fœminam. Prima iſtarum diuiſio eſt, ſecunda verò ſuperdiuiſio.

Tunc fit ſuperdiuiſio, quando non omnia in prima diuiſione compræhenduntur.

Subdiuiſio eſt vnius partis duarum ſectionū ſectio, vel diuiſio. Vt ſi dicam ſubie-

cta

ſtantia alia corporea, alia incorporea ; diuiſio eſt: ſi poſtea ſubiſſgã corporea, alia animata, alia inanimata ; ſubdiuiſio eſt, nempè vnius partis duarum ſectionem ſectio.

Condiuiſio eſt membrorum, diuiſum diuidẽtium ab inuicem ſeparatio, quę membra condiuidentia, & condiuiſa dicuntur : dicuntur condiuidentia quatenus ipſum commune ſimul diuidunt: dicuntur condiuiſa, quatenus alterum ab altero ſimul ſeparata ſunt

Diuiſio rationalis 2. { Per ſe / Per accidens.

Diuiſio per ſe eſt diuiſio, in qua, nec diuidens, nec diuiſum alterum alteri eſt accidens: accipitur hic accidens; pro illo quod eſt verè accidens, & dicitur accidens commune : Vt eſt albedo, nigredo, calor, frigus, &c. B

Diuiſio per ſe 3. { Vniuoci in vniuocata / Aequiuocaui in æquiuocata / Totius in partes.

Diuiſio vniuoci in ſua vniuocata eſt diuiſio, cuius diuiſum, vniuocum eſt, & membra diuidentia, ſunt eius vniuocata, de quibus diuiſum vniuocè prædicatur : ideſt eadem ratione, & ſignificatione : Vt animalium aliud Brutum, aliud homo.

Diuiſio vniuoci 3. { Generis in differentias / Generis in ſpecies / Speciei in indiuidua.

Diuiſio generis in differentias eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt genus, & membra diuidentia ſunt eſſentiales differentiæ. Vt animalium aliud rationale, aliud irrationale. F

Diuiſio generis in ſpecies eſt diuiſio; cuius diuiſum eſt genus, & membra diuidentia ſunt eius ſpecies. Vt animalium aliud homo, aliud Brutum.

Diuiſio ſpeciei in indiuidua eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt ſpecies, & membra diuidentia ſunt eius indiuidua. Vt hominum alius eſt Petrus, alius Dominicus, alius Franciſcus, &c.

Diuiſio ſpeciei à diſciplinis eſt reiecta . Diſciplinæ enim ſingularia non conſiderant.

Diuiſio æquiuoci in æquiuocata eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt æquiuocũ, & membra diuidentia ſunt ſua æquiuocata, de quibus diuiſum prædicatur æquiuocè, ideſt diuerſis conceptibus, ac ſignificationibus. Vt canum alius domeſticus, alius piſcis marinus, alius ſydus Cœleſte. G

Diuiſió æquiuoci 2. { A Caſu. / A Conſilio. H

Aequiuocum à caſu eſt æquiuocum æquè primò, & principaliter plura ſignificãs, quorum vnum non importatur per ſimilitudinem ad alterum : Vt canis æquè primò deſignat canem domeſticum, marinum, & cœleſtem. Vel magis ad propoſitum, iſta dictio populus, quæ ſignificat multitudinem hominum, & arborem quandam ſic dictam, non per ſimilitudinem huius ad illum, nec è contrà.

Diuiſio ęquiuoci à caſu eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt ęquiuocum à caſu, & membra diuiddentia ſunt ſua æquiuocata æquè primo, & principaliaer importata.

Aequiuocũ à Cõſilio eſt æquiuocũ plura ſignificãs vnũ principbliter, aliud ſecũdariò, & per ſimilitudinem ad primum. Vt hominum, alius vnius, alius pictus. I

C Aequi-

Aequiuocum à conſilio, æquiuocum analogum idem ſunt.

Diuiſio æquiuoci à conſilio eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt æquiuocum à conſilio, & membra diuidentia ſua ſunt æquiuocata, quorum vnum primo, & principaliter importatur, aliud ſecundariò, ac per ſimilitudinem ad aliud primum.

K Diuiſio totius eſt diuiſio totius conſtituti in ſuas partes conſtituentes.

Diuiſio totius 2. { Totius eſſentiales in partes eſſentiales. / Totius integralis in partes integrales.

Diuiſio totius eſſentialis eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt totum eſſentiale, & membra diuidentia ſunt materia, & forma, eius eſſentiam conſtituentes. Vt homo, qui diuiditur in animam, & corpus.

L Diuiſio totius integralis eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt totum integrale, & membra diuidentia ſunt partes integrales, & extenſæ, ſiue quantitatiuæ. Vt diuiſio hominis in caput, manus, pedes, pectus, &c. per intellectum facta, quia ſi homo diuidatur in iſtas partes à Carnifice, vel Tyranno erit diuiſio realis, non rationalis.

Diuiſio per accidens eſt diuiſio, in qua aut diuidens, aut diuiſum, aut vtrumque eſt accidens.

M Diuiſio per accidens 4. { Subiecti in accidentia / Accidentis in ſubiecta / Accidentis in accidentia / Totius in modo in ſuas partes.

Diuiſio ſubiecti in accidentia eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt ſubiectum, & membra diuidentia ſunt eius accidentia: Vt animalium aliud ſanum, aliud ægrum.

N Diuiſio accidentis in ſubiecta eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt accidens, & membra diuidentia ſunt, eius ſubiecta. Vt ſanorum aliud Brutum, aliud homo. Alborum

O aliud eſt lac, aliud nix, aliud Cignus, &c.

Diuiſio accidentis in accidentia eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt accidens, & membra diuidentia ſunt eius accidentia Vt Alborum aliud dulce, aliud amarum, aliud medium.

Diuiſio totius in modo, in ſuas partes, eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt totum in modo, & membra diuidentia ſunt eius partes. Vt hominum; alius eſt homo albus, alius homo niger, alius medio colore coloratus.

Totum in modo vocatur terminus ſumptus ſine aliqua determinatione in comparatione ad ſeipſum ſumptum cùm determinatione non diminuente.

P Pars in modo vocatur terminus ſumptus cum determinatione non diminuente in comparatione ad ſe ipſum ſinè tali determinatione. Vt homo eſt totum in modo: homo albus, homo niger, homo medio colore coloratus ſunt partes in modo.

Determinatio non diminuens eſt quando nomen totius de nomine partis vniuerſaliter non verificatur. Vt omnis homo albus eſt homo, omnis homo niger eſt homo, omnis homo medio colore coloratus, eſt homo.

Q Determinatio diminuens eſt quando totum de nomine partis vniuerſaliter non verificatur: Vnde iſta eſt falſa: omnis homo pictus eſt homo: omne album ſecundum dentes eſt album, eſt ſimiliter prpoſitio falſa; nàm Aethiops eſt albus ſecundum dentes, & tamen Aethiops eſt niger non albus.

Rega-

Digitized by Google

Regulæ, & Propoſitiones diuiſionmu. Cap. II.

1 DIuiſum intelligitur in membris diuidentibus, & eo addito ad membra diuidentia ipſa perficiuntur. Vt in hac diuiſione. Vocum alia ſignificatiua, alia non ſignificatiua: diuiſum quod eſt (vox) intelligitear in mmbris diuidentibus reſumendum, ſcilicet. Vocum alia eſt vox ſignificatiua, alia eſt vox non ſignificatiua. Alias membra tranſcenderent diuiſum. Significatiuum enim, & non ſignificatiuum tranſcendunt ipſam vocem, ſed ſi illis addatur vox, dicendo, vox ſignificatiua, vox non ſignificatiua, tunc iſta duo membra ſimul ſumpta æquiparantur.

Diuiſum eſt diuiſionis terminus communis. Membra diuidentia ſunt termini diuiſionis minùs communes, quæ ſimul ſumpta æquiualent diuiſio.

Membra diuiſionis ſunt imperfecta quando eis explicitè non additur diuiſum: perfecta verò quando additur.

2 Membra diuidentia debent euacuare diuiſum. Vt animalium, aliud rationale, aliud irrationale Quicquid enim animal eſt rationale eſt, aut irrationale.

3 Membra diuidentia ſimul ſumpta, & ipſum diuiſum adæquantur.

4 Quando diuidentia definiuntur, ſemper diuiſum intelligitur genus definiti: quod ſi non exprimitur, quicquid ponitur pro genere definiti, per ipſum intelligitur diuiſum Exemplum primæ partis: quantitas diuiditur in continuã, & diſcretam, ſi definiatur continua, in eius definitione ponetur diuiſum, ſic: Quantitas continua eſt quãtitas, cuius partes ad communem terminum copulantur: Si verò dicatur: quantitas continua eſt, cujus partes ad communem terminum copulantur: in illa particula (cuius) quæ ponitur loco generis intelligitur quantitas.

5 Vt plurimum in diuiſionibus apud auctores in diuidentibus, breuitatis, & venuſtatis gratia, ſubijcetur diuiſum, & in definitionibus genus definiti.

6 Diuiſiones ſecundum materiam ſubiectam ſunt intelligendæ, ſubiectam ſcilicet conſiderationi, quæ tunc habetur, videlicet, Logicæ logicè; & Phyſicæ phyſicè accipiendæ ſunt.

7 Omnis bona diuiſio debet ſaltem habere duo membra, in quæ diuiſum diuiditur: poteſt tamen habere plura quàm duo. Vt prædicabilia ſunt quinque. Prædicamenta ſunt decem.

8 Omnis bona diuiſio debet eſſe bimembris, vel reducibilis ad bimembrem, eſt propoſitio famoſa, ſed tamen falſa: Non minus enim hoc difficile eſt, quàm vitrum fractum in plurimas particulas, in duas velle reducere.

9 Diuiſiones pertinent ad principia cognitionis: ſunt enim ſicut fores, & ianuæ in domibus, in quibus ſummoperè laborandum eſt, nè erremus.

Reductio ad Sacram Theologiam. Cap. III.

QVoties cumque frater chariſſime, de diuiſionibus occurrit ſermo, mẽtis aciem ad Deum factorem tuum, vniuerſorum opificẽ conuertere non graueris, qui vnus exiſtens in eſſentia, trinus in perſonis, ſex diebus diſtinctis vniuerſa produxit: cuius ſucceſſionis formationis, & diſtinctionis ratio quatruplex à Diuo Bonauentura aſſignatur, literalis, moralis, allegorica, & anagogica, Lite-

ralis in hoc,quod Deus non tantùm intendit facere quantum poteſt , tantùm etiam communicare creaturæ,quantum poteſt illa recipere. Vnde cùm poſſit dare beatitudinem abſq;meritis,vult tamen,quod mereamur,ſic cum ſtatim poſſit perficere materiam,malus tamen ipſam ſub quadam informitate,& imperfectione producere,vt ex ſua imperfectione materia,ad Deũ quaſi clamaret,vt ipſam perficeret: & hæc ratio in præſenti ſufficiat, Nos igitur per ſenarium vitæ noſtræ totis viribus laboremus , vt ſeptima die mercedem recipientes in perpetuum quieſcamus. Agnoſcentes autem imperfectionem noſtram, clamemus iugiter ad Deum , vt ſua nos gratia perficiat,ſine qua ſalutem noſtram aſſequi minimè valemus.

Conſidera II. quod Deus cum à principio creaſſet Cœlum,& terram,lucem diuiſit à tenebris,diem à nocte,Angelos bonos à malis Tu quoque ad eius imaginem , & ſimilitudinem factus diuide inter lucem,& tenebras , amplectendo virtutes,quæ lux ſunt,expellendo peccatorum tenebras,ne à bonis, & beatis Angelis ſegregatus,& diuiſus,cum Dæmonibus detrudaris in infernum.

Conſidera III.quod Deus iuſtus,& rectus Iudex poſt vniuerſalem omnium hominum reſurrectionem,vt habetur Matth.29 ſeparabit oues ab hœdis , quorum hos ad ſiniſtram, illos ad dexteram collocabit,his in ignem æternũ mittendis,ac in eo perpetuum arſuris maledicet;illas verò benedictione ſua munitas in Cœlũ empyreum aſportabit, ibi ſine ſine,perenni felicitate victuras.

Conſidera IIII. Deum dona ſua hominibus diuiſiſſe,nec omnia vni tribuiſſe ; Nam vt dicitur 1.Cor.12 Diuiſiones gratiarũ ſunt, idem autem Spiritus: Et diuiſiones miniſtrationum ſunt,idem autẽ Dominus: Et diuiſiones operationum ſunt, idem verò Deus,qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem:Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ: alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum : alteri fides in eodem ſpiritu:alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu : alij operatio virtutum , alij prophetia : alij diſcretio ſpirituum : alij genera linguarum : alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus diuidẽs ſingulis prout vult. Tu igitur amantiſſime Iuuenis,tuis donis cõtentus eſto,quæ tamen non tua,ſed Dei ſunt,qui dedit illa:cui gratias age,& ſic operare , vt ſuperlucreris . Hæc & alia plurima cum de diuiſionibus agitur,meditari vtiliter poteris,omnia in Creatorem tuum reducendo.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte qui tua ſumma ſapientia diuiſiones gratiarum efficis,vt alij detur ſermo ſapientiæ,alij ſermo ſcientiæ , alij genera linguarum & cætera, qui tenebras à luce ſeparaſti, ac Dæmones ab Angelis , ac beatis ſpiritibus ſeiunxiſti ; diuide nos miſeros peccatores à peccatorum tenebris,ab hœdis ſepara, ac demum ad dexteram tuam in die Iudicij collocatos, à terrenis ſeiunctos ad regna cæleſtia in perpetuum tecum regnaturos reducas. Amen.

Finis Libri Tertij.

DIALE.

DIALECTICAE LIBER QVARTVS.

De Suppoſitionibus pertractans.

PRÆFATIO.

SVPPOSITIO quoque cùm terminorum ſit paſſio, ſeu proprietas, de ſuppoſitione perſtringendum: quàmquam de ſuppoſitione poſt propoſitiones tractari poteſt, cùm termini extra propoſitiones non ſupponant. A

Quid ſit ſuppoſitio ac de eius ſpeciebus. Cap. I.

Suppoſitio eſt acceptio termini incomplexi, aut complexi in propoſitione pro aliquo, vel pro aliquibus, de quo, vel de quibus hu uſmodi terminu verificatur mediante copula ſuæ propoſitionis, ſi ſaltẽ ſignificatiuè accipiantur. B

Suppoſitio dicitur pro alio poſitio, vel ſaltem pro ſeipſo.

Terminorum ſupponentium quidam ſupponunt {
- Pro vno, vt Socrates, Franciſcus.
- Pro pluribus, vt gens, populus, exercitus.

Termini ſupponentes pro aliquo, vel pro aliquibus, ſignificatiue accepti verificantur de illo, vel de illis mediante copula ſuæ propoſitionis. C

Verificatio eſt prædicati de ſubiecto vera & affirmatiua enunciatio. Exemplum in iſta propoſitione: omnis homo eſt animal: homo ſupponit pro Petro, Franciſco, & alijs hominibus, de quibus verè, & affirmatiuè enuuciatur mediante copula ſuæ propoſitionis: dicendo, Petrus eſt homo, Franciſcus eſt homo, &c.

Terminus complexus poteſt ſupponere ſaltem in ſuppoſitione mater.ali, vt infra videbitur.

Termi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Termini ſupponentes non ſignificatiuè accepti non verificantur de aliquo, ſiue de aliquibus mediante copula ſuæ propoſitionis, niſi tantum de ſeipſis.

Exemplum in his propoſitionibus: Animal eſt triſyllabum: homo albus eſt terminus complexus: Deus creat, eſt oratio affirmatiua, &c. In quibus ſubiecta tantummodo de ſeipſis verificantur.

Suppoſitio 2 { Impropria.
Propria.

B Suppoſitio Impropria eſt acceptio termini non ſecundum propriã ſignificationem, quam habet ex impoſitione, ſed figuratiuam, aut metaphoricam. Vt Chriſtus eſt Leo, Petra lapis angularis, Agnus tollens peccata mundi: Vicit Leo de Tribu Iuda, &c. In quibus Leo, Petra, lapis angularis, agnus habẽt ſuppoſitionem impropriam. Sic etiam cum dicitur, Puppis ſcindit mare: Aurea tecta colunt Reges: Vbi Puppis & tectum ſupponunt impropriè, pro ipſo toto, Puppis enim eſt pars nauis, & tectum eſt pars palatij Regalis.

Suppoſitio propria eſt acceptio termini ſecundum propriam ſignificationem, non figuratiuam, aut metaphoricam: Vt omnis homo currit: Omne animal eſt ſenſitiuum: Nullus Propheta eſt acceptus in patria ſua.

Suppoſitio propria 3. { Simplex
Materialis
Perſonalis } Hac diuiſione poteſt diuidi, etiam ſuppoſitio impropria.

F Suppoſitio ſimplex eſt acceptio termini in propoſitione pro ſuo tantum primario, & adæquato ſignificato reſpectu prædicati ponentis differentiam inter ſuperius, & inferius. Vt homo eſt ſpecies: animal eſt genus: Petrus eſt indiuiduum: ſpecies, genus, indiuiduum ponunt differentiam inter ſuperius, & inferius: quare animal, homo, Petrus reſpectu iſtorum prædicatorum ſupponunt ſimpliciter.

Primarium, & adæquatum ſignatum eſt, quod nec excedit terminum, nec exceditur à termino. Vt iſte terminus (homo) & natura humana per ipſum ſignificata: Socrates, aut Plato ſunt ſignificata hominis ſecundaria, & inadæquata.

Suppoſitio materialis eſt acceptio termini pro ſuo ſignificato non vltimato.

G Significatum non vltimatum eſt vox, ſcriptura, conceptus, quem non ex impoſitione, nec naturaliter propriè ſignificat terminus: Vt ſunt ſubiecta in iſtis propoſitionibus, ſcilicet: homo eſt terminus ſcriptus, homo eſt vox prolata: homo eſt terminus mentalis, &c.

Significare naturaliter propriè eſt eſſe naturalem alicuius ſimilitudinem: Vt homo in mente eſt naturalis ſimilitudo hominis extrà; ſicut imago in ſpeculo eſt naturalis ſimilitudo eius, quod repræſentat.

Significatum vltimatum eſt, quod ex impoſitione, aut naturaliter propriè terminus ſignificat.

H Suppoſitio perſonalis eſt acceptio termini pro ſuo vltimato ſignificato reſpectu prædicati non ponentis differentiam inter ſuperius, & inferius. Vt omnis homo currit, omnis homo eſt animal.

Suppoſitio perſonalis 2. { Reſpectiua
Abſoluta } Hac diuiſione poteſt diuidi etiam ſuppoſitio ſimplex, & materialis.

Suppoſitio reſpectiua eſt ſuppoſitio relatiui grammaticalis.

Relati-

Digitized by Google

Relatiua Grammaticalia ſunt,qui,quæ,quod,ille,ipſe,is,idem,ſuus,& ſui.Vt Petrus currit,qui mouetur,Ioannes ſtudet,& idem eſt doctus. I

Relatiua Logicalia ſupponunt abſolutè.

Relatiua Logicalia ſunt,quæ in prædicamento Relatiuorum collocantur.Vt Pater,filius:Dominus,& ſeruus:duplum,& dimidium:ſimile,& diſſimile.

Suppoſitio abſoluta eſt acceptio termini non relatiui grammaticalis. Vt homo eſt animal:Pater diuinus genuit filium;ambo ſpirant Spiritum ſanctum. K

Suppoſitio abſoluta 2. { Naturalis / Accidentalis } Hac diuiſione poteſt diuidi, & ſuppoſitio reſpectiua.

Suppoſitio naturalis eſt ſuppoſitio termini in propoſitione,cuius copula abſtrahitur,& abſoluitur à tempore: Vt homo eſt animal;Aſinus eſt rudibilis: cœlum eſt mobile.

Abſoluitur copula à tempore,cùm nullam temporis differentiam importat, neq; præteritum, neque futurum, ſed ſolum vnionem prædicati cum ſubiecto. Vt cùm dico, homo eſt animal, illa dictio(eſt)nullum tempus importat:vera enim eſt illa propoſitio etiamſi nullum ſit tempus,nullus ſit homo,nec vllum animal.

Suppoſitio accidentalis eſt ſuppoſitio termini ſecundum exigentiam copulæ tẽpus importantis. Vt homo eſt currens:ideſt in tempore præſenti eſt currens: homo curret;ideſt in tempore futuro curret. L

Suppoſitio naturalis 2. { Communis / Diſcreta } Hac diuiſione poteſt diuidi etiam ſuppoſitio accidentalis.

Suppoſitio diſcreta eſt illa, in qua ſupponit nomen proprium alicuius,vel pronomen demonſtratiuum ſumptum ſignificatiue. Vt Chriſtus ſaluat: iſte puer creauit ſtellas.

Suppoſitio communis eſt ſuppoſitio termini communis ſignificatiuè ſumpti. Vt homo eſt animal:tam homo,quàm animal communiter ſupponunt.

Suppoſitio communis 2. { Determinata / Confuſa }

Suppoſitio determinata eſt ſuppoſitio termini communis, ſub quo per aliquam propoſitionem diſiunctiuam ad ſua ſingularia deſcendere contingit,ſeu licet. Vt homo currit,ergo ille currit,vel ille homo currit,& ſic de ſingulis. M

Dicitur ſuppoſitio determinata,quia per talem propoſitionem donatur,quòd ipſa ſit vera, pro aliquo ſingulari determinatè.

Suppoſitio confuſa eſt ſuppoſitio termini communis pro ſuis ſignificatis copulatiuè,vel diſiunctim. N

Supponit terminus communis pro ſuis ſignificatis copulatiuè,ſub quo ad ſua ſingularia per hypotheticam copulatiuam deſcendere contingit. Vt omnis Propheta eſt bonus. Ergo ille Propheta eſt bonus, & ille Propheta eſt bonus, & ſic de ſingulis.

Supponit terminus communis diſiunctim, ſub quo per propoſitionem de diſiuncto extremo deſcendere contingit. Vt omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt hoc animal,vel illud animal,& ſic de ſingulis.

Deſcẽſus eſt à termino cõmuni ad eius ſuppoſita,vel inferiora bona cõſequẽtia. O

Deſcen-

Digitized by Google

Deſcenſus 3. { Diſiunctiuus
Diſiunctus
Copulatiuus }

Deſcenſus diſiunctiuus eſt qui fit per hypotheticam diſiunctiuam. Vt Martyr eſt patiens,ergo Stephanus eſt patiens : vel Damaſcenus eſt patiens : vel Geruaſius eſt patiens,& ſic de ſingulis.

Deſcenſus diſiunctiuus declarat ſuppoſitionem determinatam.

Deſcenſus diſiunctus eſt deſcenſus, qui fit per cathegoricam de diſiuncto extremo. Vt omnis homo eſt Animal,ergo omnis homo eſt hoc animal, vel alliud animal.

Deſcenſus diſiunctus ſuppoſitioni illi, quæ tantum confuſa eſt, accommodatur, & deſeruit.

Deſcenſus copulatiuus eſt qui fit per hypotheticam copulatiuam : Vt omnis homo currit,ergo hic homo currit,& ille homo currit,& ſic de ſingulis.

Deſcenſus copulatiuus deſeruit ſuppoſitioni confuſæ diſtributiuæ.

Hoc genus argumentandi eſt à diſciplinis reiectum, tamen ad ſuppoſitiones dignoſcendas conducit.

P **Suppoſitio confuſa 2** { Confuſa tantùm.
Confuſa diſtributiua. }

Suppoſitio confuſa tantum eſt ſuppoſitio pro ſuis ſignificatis diſiunctim.Vt omnis homo eſt animal:animal ſtat confusè tantum.

Suppoſitio cõfuſa diſtributiua eſt ſuppoſitio termini cõmunis pro ſuis ſignificatis copulatiuè:Vt omnis homo eſt animal,homo,ſtat confusè diſtributiuè.

Suppoſitio confuſa diſtributiua 2. { Pro ſingulis generum
Pro generibus ſingulorum. }

Q Suppoſitio confuſa diſtributiua pro ſingulis generum eſt ſuppoſitio termini cõmunis pro ſuis indiuiduis copulatiuè.Vt omne animal eſt ſenſitiuum.

Terminus communis dicitur ſupponere pro ſingulis generum,quando pro indiuiduis ſpecierum accipitur:Vt omne animal eſt ſenſibile,vel ſenſitiuum, ſenſus eſt : omnis homo eſt ſenſitiuus: omnis aſinus eſt ſenſitiuus: omnis leo eſt ſenſitiuus,& ſic de ſingulis ſpecierum indiuiduis.

Suppoſitio confuſa diſtributiua pro generibus ſingulorum eſt ſuppoſitio termini communis ſolum pro ſuis ſpeciebus copulatiuè: Vt omne animal fuit in Arca Noè:ergo homo fuit in Arca Noè : & aſinus fuit in Arca Noè. Equus fuit in Arca Noè : Hoc eſt de quálibet ſpecie perfectorum animalium aliqui vel aliqua indiuidua fuerunt in Arca Noè ; & ſic de ſingulis alijs animalium ſpeciebus perfectis.

Regulæ ſuppoſitionum. Cap. II.

R 1 TErmini in propoſitionibus ad ſcientiam pertinentibus habent ſuppoſitionem naturalem.

Propoſitiones ad ſcientiam pertinentes ſunt definitiones, diuiſiones,Regulæ,Principia;& concluſiones ſcientiarum, & omnes propoſitiones neceſſariæ.

Terminus in propoſitionibus ad ſcientiam non pertinéti-

bus habent ſuppoſitionem accidentalem. Vt homo currit, homo ſcribit.

3 Terminus ſingularis ſingulariter acceptus ſemper ſupponit diſcretè: Vt Petrus eſt homo, iſte homo currit.

Accipitur terminus ſingularis ſingulariter, cum pro vno ſolo tenetur. Vt Petrus negauit Chriſtum: Andreas fuit crucifixus.

4 Si terminus ſingularis ſupponens pro pluribus accipitur, ſupponit communiter: Vt Petrus eſt nomen: In qua propoſitione, Petrus pro omnibus dictionibus, quæ ſunt (Petrus) dicitur ſupponere.

Dicitur ſupponens, quia ſi non ſupponit, nec etiam diſcretè ſupponit. Vt Cicero eſt ambulans: Cicero pro nullo ſupponit, cùm Cicero non ſit, nec ambulare poſſit.

5 Terminus communis ſupponens, ſemper ſupponit determinatè, quandò ei non præponitur ſignum confuſiuum. Vt homo eſt animal: tàm homo, quàm an mal ſupponit determinatè.

6 Si termino communi ſupponenti præponatur ſignum confuſiuum, cadens cadens ſuper ipſum ſupponit confusè. Vt omnis homo eſt animal: tam homo, quam animal ſupponit confusè.

7 Si ſignum confuſiuum præcedens non cadit ſuper terminum ſequentem, determinatè ſupponit ille terminus ſequens, ac ſi nullum ei ſignum præponeretur. Vt homo videns omnem Aſinum, eſt animal. in iſta propoſitione animal ſupponit determinatè: licet enim ſignũ præcedat, tamen non cadit ſuper ipſũ. S

Signa confuſiua ſunt vniuerſalia, vel ipſa includentia, aut eis æquiualentia.

Signa vniuerſalia ſunt, omnis, nullus, quilibet vterque, neuter, &c.

Includentia ſigna vniuerſalia ſunt; nihil nemo, numquam, nuſquam: Nihil, i. nulla res; nemo, nullus homo; numquam, nullo tempore; nuſquam, nullo loco.

Similiter aduerbia numeralia, vt bis, ter, quater, &c. Vt bis, bibi vinum; ideſt in vtroque duorum interuallorum temporis bibi vinum: Ter bibi vinum, ideſt in quolibet trium interuallorum temporis bibi vinum.

8 Coniunctio copulatiua diuiſiuè ſumpta in termino plurali implicitè incluſa ſigno vniuerſali æquipollet: Vt iſti homines currunt: ideſt quilibet iſtorum currit.

9 Coniũctio copulatiua collectiuè ſumpta ſiue explicitè, ſiue implicitè incluſa, ſigno vniuerſali non æquipollet. exemplum primi modi: Petrus, & Franciſcus trahunt nauim: Exemplum ſecundi modi; Apoſtoli ſunt duodecim.

Nec etiam ſunt vniuerſalis propoſitio, iſta: omnes Apoſtoli ſunt duodecim, licet apponatur ſignificatum vniuerſale: quia non ſtat diſtributiuè, ſed collectiuè tantum.

10 Virtus ſignorum, & negationum, quando ſunt partes ſubiecti, aut prædicati, non cadit extrà ſubiectum, aut prædicatum: Vt homo videns omnẽ equum eſt animal: homo nullum habens equum, eſt animal: homo non habens equum, eſt animal. T

In prima iſtarum propoſitionum ſignum vniuerſale affirmatiuum: In ſecũda ſignum vniuerſale negatiuum: In tertia negatio negans eſt pars ſubiecti: ideò iſtarum virtus non cadit extra ſubiectum, nec quicquam agit in copulam, aut prædicatum.

11 Quando ſigna, & negationes non fuerint partes ſubiecti, aut prædicati, virtus eorum cadit extra ſubiectum, aut prædicatum: Vt omnis homo eſt

Digitized by Google

animal, nullus homo eſt planta: homo non eſt lapis.

12 Signa vniuerſalia, & particularia, & negationes, quæ ponuntur ante copulam, non ſunt partes ſubiecti, aut prædicati, niſi includantur inter partes ſubiecti, aut prædicati, determinabili præcedente ſuam determinationem.

Exemplum primæ partis: omnis homo eſt ſubſtantia.

Nullus homo eſt lapis: homo non eſt Aſinus:

In quibus propoſitionibus: omnis, nullus, & illa negatio non, non ſunt partes ſubiecti.

Exemplum ſecundæ partis: homo videns omnem equum, eſt animal: homo videns aliquem equum, eſt animal: homo, qui non eſt æger, eſt ſanus: In quibus propoſitionibus, omnem, aliquem, & illa negatio, nó, ſunt partes ſubiecti.

13 Si determinatio præcedat determinabile, tunc ſignum vniuerſale, particulare, & negatio, licet includantur partibus extremi, non ſunt tamen partes extremi.

Exemplum: Cuiuſlibet hominis omnis aſinus currit: cuiuslibet hominis aliquis oculus eſt dexter: cuiuſlibet hominis non omnis oculus eſt ſiniſter: ille genitiuus (cuiuslibet hominis) eſt determinatio aſini; nam aſinus indifferens eſt: poſſunt enim eſſe aſini in rerum natura, qui nullius ſint hominis, vt putà in montibus, & deſertis; ſunt etiam aſini, qui ſunt ſub poſſeſſione hominum. Quare ille genitiuus cuiuslibet hominis determinat, & reſtringit ipſum aſinum ad ſtandum ſolum pro aſino ab homine poſſeſſo.

V 14 Duo diſtribuentia ſuper eundem terminum cadentia ſe mutuò impediunt, vt non omnis homo eſt animal: non nullus homo currit. In quibus propoſitionibus illa negatio (non) quæ eſt vnum diſtribuens vniuerſaliter, impedit illa duo ſigna vniuerſalia, ſcilicet, omnis, & nullus, vt non accipiantur vniuerſaliter, & ſimiliter iſta duo impediunt negationem, ne ipſa accipiatur vniuerſaliter: ſed tàm ipſa, quàm illa duo ſigna ſtant particulariter: Vnde illæ propoſitiones ſunt particulares: nam prima, non omnis homo eſt animal, æquiualet iſti, aliquis homo non eſt animal: & ſecunda non nullus homo currit, æquiualet iſti, aliquis homo currit.

X 15 Negatio negans diſtribuit omnes terminos communes ſequentes ſe, quos non inuenit diſtributos: Vt nullus homo eſt planta: nullus Dæmon eſt bonus: Angelus non eſt corporeus.

16 Negatio infinitás diſtribuit ſolum terminum communem, quem infinitat: Vt non homo eſt immortale: non equus eſt currens.

17 Negatio infinitans eſt, quæ termini finiti ſignificatum ſimpliciter negans, vnà cùm eo dictionem conſtituit: Vt non homo.

18 Signum vniuerſale affirmatiuum diſtribuit terminum communem, cuius eſt adiectiuum, & omnes alios terminos communes ſequentes ſe confundit confusè tantum: Vt omnis homo eſt animal; homo, diſtribuitur; animal, ſtat confusè tantum.

19 Quando eſt aggregatum ex recto, & obliquo, qui eſt eius determinatio, & illi toti aggregato præponitur ſignum vniuerſale affirmatiuum, & eiuſdem caſus cum recto, tunc diſtribuit totum aggregatum ſimul: & ſi ſit eiuſdem caſus cum obliquo, diſtribuit ſolum obliquum.

Exemplum primæ partis, quilibet aſinus hominis eſt currens: ly, aſinus hominis, totum ſimul diſtribuitur, hoc pacto: quilibet aſinus hominis eſt currens,

Digitized by Google

currens, ergo ille aſinus hominis eſt currens, & hic aſinus hominis eſt currens, & ſic de ſingulis.

Exemplum ſecundæ partis: cuiuslibet hominis aſinus eſt currens: hominis ſtat diſtributiuè: aſinus, verò confusè tantum. hoc pacto: cuiuslibet hominis aſinus eſt currens, ergo huius hominis aſinus eſt currens, & illius hominis aſinus eſt currens, &c.

Dictio recta, id eſt, quæ regitur, & dictionis regentis determinatio: Vt pallium Socratis, ly Socratis, eſt determinatio illius nominatiui, pallium, à quo regitur. Y

10 Importantia alietatem, comparationem, diuerſitatem, aut priuationem, & quamcumque negationem, diſtribuunt ſuos terminos communes ſequentes ſe: Sui termini ſunt, qui conſtruuntur de propria eorum natura à parte poſt cum ipſis: Exemplum, Dauid eſt fortior Leone, id eſt, quolibet Leone: Aſinus eſt alius ab homine, id eſt à quolibet homine: Iuſtus eſt diuerſus à peccatore, id eſt ab omni peccatore: Franciſcus non eſt cæcus oculis, id eſt, neutro priuatus eſt oculo: Ioannes non eſt ſurdus auditu: id eſt, nullius auris priuatur auditu: Paulus non eſt ignarus ſcientiarum, id eſt, nullam ſcientiam ignorat: Ioannes caret pecunia: id eſt, nullas habet pecunias: Diſcipulus ignorat lectionem, id eſt nullius lectionis habet cognitionem.

11 Si propoſitio antecedentis eſt falſa, eius relatiuum non ſupponit: Vt homo eſt lapis, & ille eſt animal: Adam dormit, qui beatus eſt: homo enim, qui ſit lapis, non reperitur, nec eſſe poteſt, ideò ille homo qui eſt lapis, nec etiam animal erit. Similiter Adam non eſt, ſed ſolum eius anima, quæ beata quidem eſt, ſed Adam nempè totum conſtans ex anima, & corpore non eſt, cùm Adam mortuus ſit, nec per conſequens Adam hoc pacto acceptus, beatus eſt. Z

12 Relatiuum accipit ſuam ſignificationem, & ſuppoſitionem à ſuo antecedente, ideò ſupponit ſicut ſuum antecedens, & ſolum pro his, pro quibus redditur propoſitio animantis vera. Vt animal rationale eſt, & illud eſt homo. A

Iſta regula intelligitur de relatiuis vere grammaticalibus eandē ſubſtantiā referentibus, ac pro illa ſupponentibus. Vt Prophetæ prænuntiarunt aduentum Meſsiæ, & illi ſunt accepti Deo. Vbi vides quod illud relatiuum (illi) refert eandem ſubſtantiam, quam ſignificat ſuum antecedēs, ſcilicet Prophetæ, ac pro eadem ſupponit, & verificatur: Non autem iſta regula eſt de relatiuis diuerſitatis aliam ſubſtantiā ab antecedēte referentibus, ac pro alia ſupponentibus: qualia ſunt, alter, alius, diuerſus: iſta enim faciunt ſuppoſitionem abſolutam: Vt homo iuſtus laudat Deum, ſed diuerſus ab eo, ſcilicet iniuſtus blaſphemat illum.

Relatiua grammaticalia ſumpta antecedenter, interrogatiuè, infinitè, non ſupponunt reſpectiuè, ſed abſolutè. Exemplum primi. Qui incumbunt virtuti, laudantur, vel laude digni ſunt: Illud relatiuum (qui) ſupponit abſolutè, quia ſumitur antecedenter, cum nihil ſibi præponatur: & eſt ſenſus: Virtuoſi, ſeu dantes operam virtuti, ſunt digni laude. Exemplum ſecundi, qui ſunt homines laude digni? Ly (qui) abſolutè ſupponit, non enim ad aliquod antecedēs refertur. Exemplum tertij, Neſcio quid faciam. Ly (quid) ſimiliter abſolutè, non relatiuè ſupponit.

Digitized by Google

De ampliatione. Cap. III.

A a AMpliatio & reſtrictio ad ſuppoſitiones pertinent: ideò hic breuiter reſecatis ſuperfluis, de ampliatione, & reſtrictione agendum eſt.

Suppoſitio accidentalis 2. { Ampliatio / Reſtrictio } { Hæc eſt ſuperdiuiuiſio ſuppoſitionis accidentalis.

Ampliatio, eſt ſuppoſitio termini pro aliquo, vel pro aliquibus reſpectu diuerſorum temporum: Vt Chriſtus fuit pro nobis Crucifixus: Multi Sancti viri pro Chriſto occidentur.

Regula ampliationum.

1 Subiectum propoſitionis ſupponens reſpectu copulæ præteriti temporis, ampliatur ad ea, quæ ſunt vel fuerunt. Vt omnes electi ſunt prædeſtinati, ampliatur illud ſubiectum (electi) non ſolum ad eos homines, qui iam in hac vita perſiſtunt: Vt piè credimus eſſe per multos, ſed etiam ad omnes electos præteritos, qualis eſt Adam, & Eua, Abraham, Iſaac, & Iacob: Dominicus, Franciſcus, & alij.

A b 2 Subiectum propoſitionis ſupponens reſpectu copulæ futuræ temporis, ampliatur ad ea, quæ ſunt, vel erunt: Vt omnis verè Martyr coronabitur: Illud ſubiectum (verè Martyr) non ſolùm accipitur pro Martyribus, qui modò tempeſtate noſtra pro fide Ieſu Chriſti, ſanguinem fundunt, ſed etiam extenditur ad omnes alios, qui nondum nati ſunt, ſed diſpoſitione diuina naſcentur, ac Martyrium ſubituri ſunt.

3 Subiectum propoſitionis ſupponens reſpectu copulæ præſentis temporis tenetur pro præſentibus tantum. Vt verus Religioſus ad perfectionem tendit.

4 Prædicatum ſupponens poſt copulam, ſemper ſupponit ſecundum exigentiam copulæ de præſenti, præterito, vel futuro: Vt dictum eſt de ſubiecto.

5 Subiectum, & prædicatum ſupponentia reſpectu copulæ de poſſibili, contingenti, impoſſibili, & neceſſariò, ampliatur ad ea, quæ ſunt, fuerunt, vel poſſunt eſſe: Vt homo poſſibiliter ſaluatur, contingenter peccat: Impoſſibiliter eſt Aſinus. neceſſariò eſt animal rationale: vel ſic: Hominem poſſibile eſt ſaluari, contingens eſt peccare, impoſſibile eſt eſſe aſinum, neceſſarium eſt eſſe animal rationale.

A c 6 Quæcumque dicuntur de prædicato materiali, intelliguntur de prædicato formali. Prædicatum materiale eſt propoſitionis extremum, quod dicitur de altero: Prædicatum formale eſt copula prædicatum ſubiecto connectens. Vt ſi dicatur: Homo eſt legens, legens eſt prædicatum materiale, copula verò (eſt) dicitur prædicatum formale connectens prædicatum materiale (animal) ipſi ſubiecto, quod in præſenti eſt (homo.)

7 Subiectum reſpectu prædicati nominis verbalis in bile, aut in iuum ampliatur ad ea, quæ ſunt, fuerunt, erunt, vel poſſunt eſſe.

Nomina verbalia terminata in bile ſunt illa, quæ per verbum poteſt, & infinitum paſſiuum explicantur: vt viſibile quod poteſt videri, Audibile, quod poteſt audiri, mobile, quod poteſt moueri.

Nomi-

Digitized by Google

Nomina verbalia terminata in iuum,ſunt quæ per verbum poteſt, & infinitiuum, actiuum explicantur: Vt motiuum quod poteſt mouere: calefactiuũ, quod poteſt calefacere: declaratiuum,quod poteſt declarare. A d

Exempla iſtorum duorum: Homo eſt prædicabilis: Amor Dei eſt transformatiuus: calor eſt actiuus, &c.

8 Verba actum interiorem animæ importantia ampliant ſuos terminos ad ea, quæ ſunt,fuerunt,vel poſſunt eſſe.

Verba actum interiorem animæ importantia ſunt, quæ actum cognoſcendi, & intelligendi deſignant,vt cognoſco,intelligo,contemplor.

Sui termini ſunt,qui ab ipſis reguntur,vt intelligo roſam, roſa intelligitur à me: quæ omnes veræ ſunt, tàm de roſa præterita, quàm de præſenti: tàm de futura,quàm de poſsibili eſſe,licet numquam futura ſit.

9 Prius ampliat terminum præcedentem ad ea,quæ ſunt vel fuerunt,& terminum ſequentem ad ea, quæ ſunt,vel erunt. Vt Magiſter eſt prius Diſcipulo. A e

Magiſter poteſt intelligi non ſolum de præſenti, ſed etiam de præterito: Diſcipulus verò tam de præſenti,quam de futuro.

10 Poſterius,ampliat terminum præcedentem ad ea,quæ ſunt,vel erunt, & terminum ſequentem ad ea,quæ ſunt, vel fuerunt. Vt Diſcipulus eſt poſterior Magiſtro.

Diſcipulus intelligitur tàm de præſenti,quàm de futuro.

Magiſter verò tàm de præſenti, quàm de præterito.

Hæ duæ regulæ,de priori,& poſteriori tempore intelliguntur.

11 Implicatio poteſt omnẽ terminũ ampliatum impedire, pariter & explicare.

Implicatio eſt aggregatio ex relatiuo,qui,quæ,quod, & ex verbo de ſecundo adiacenti: Vt qui eſt,quæ eſt,quod eſt. A f

Exemplum in hac propoſitione: Homo fuit currens: (homo) ampliatur ad ea,quæ ſunt,vel fuerunt: ſed ſi dicam(homo)qui eſt, fuit currens, impeditur ampliatio: ſtat enim tantùm pro præſentibus hominibus: ſic etiam ſi dicatur: Homo,qui fuit, fuit currens, illa implicatio impedit ampliationem: Stat enim pro præteritis hominibus tantùm.

Implicatio verò terminum ampliatum explicabit, quandò tot implicationes ſimul iunctæ ampliato adduntur, ad quot tempora ampliatur.

Exemplum: homo fuit ſedens (homo)ampliatur ad homines præſentes, & præteritos,quæ ampliatio, per ampliationes æquiualentes ſimul iunctas explicatur: Hoc pacto: homo qui eſt,vel fuit,fuit ſedens.

De Reſtrictione. Cap. IV.

Reſtrictio eſt ſuppoſitio termini non ampliati.

Regula.

1 Terminus,qui non ampliatur reſtringitur. A g

2 Determinatio contrahens reſtringit ſuum determinabile, & verbum reſtrictum ſua extrema.

Exemplum primæ partis: homo albus fuit currens: illa determinatio, albus,reſtringit homines ad homines albos tantum.

Exemplum ſecundæ partis: Homo fuit heri ſedens: illud aduerbium, heri, reſtrin-

Digitized by Google

reſtringit illud verbum, fuit, & verbum ſic reſtrictum, reſtringit ſua extrema : ſcilicet hominem, & ſedentem ad homines tantum ſedentes in externa die.

Dictio reſtringens 2.
- Quod tempora, vt velociter circulariter, &c.
- Quoad ſuppoſita : Vt homo albus eſt ſedens.

Dictio reſtricta 3.
- Quoad ſuppoſita : Vt homo albus fuit ſedens.
- Quoad tempora : Vt homo eſt ſedens.
- Quoad vtraque ſimul : Vt homo albus eſt ſedens.

De appellatione. Cap. V.

A h APpellatio eſt acceptio termini connotatiui in propoſitione pro ſuo ſignificato formali, quòd principaliter importat :

Terminus connotatiuus, concretum accidentale, denominatiuum idem ſunt : Vt album, nigrum, calidum, frigidum, &c.

Significatum 2.
- Formale
- Materiale.

Significatum materiale termini connotatiui eſt illud, pro quo ſupponit, principaliter importat, quodque ex impoſitione ſignificat.

Exemplum eſt de albo : Album enim habet ſignificatum materiale, & eſt ſubiectum quodcumque ſit illud : habet etiam formale : & eſt ipſa albedo, quam ſignificat ex impoſitione.

Regula.

A i 1 Terminus appellatiuus ſupponens, eodem modo, quo ſupponit, appellat: hoc eſt, ſi ſupponit amplè, appellat amplè : ſi diſtrictè, appellat diſtrictè :

2 Dictiones importantes actum interiorem animæ faciunt ſuos terminos ſequentes ſe ſuam propriam rationem appellare.

Propria ratio eſt proprius conceptus, mediante quo dicitur terminus ſignificare.

Vt ſi dicam : Videò venientem, ideſt ſub illa ratione qua venit : poſſum enim videre ſub ratione Petri, vel hominis, vel alterius, ſed dicendo video Petrum venientem, ideſt ſub illa ratione, vel ſub conceptu venientis.

Termini propoſitionum exponibilium eodem modo ſupponunt, ampliantur, reſtringuntur, aut appellant, quomodo in ſuis exponentibus de quibus ſuo loco dicetur.

Reductio ad Sacram Theologiam. Cap. VI.

A k CVM ſuppoſitiones præ manibus habes, cariſsime Frater, plurima ad Theologiā, & Sacrā Scripturā ſpectantia (ſi diligēs fueris) poteris vtiliter contemplari. Nunc verò illud Apoſtoli tibi ob oculos proponas, Deus ſcilicet, vult omnes homines ſaluos fieri, & ad eius agnitionem venire : quod non ſolùm verum eſſe conſideres in ſuppoſitione confuſa tantùm,

tùm,ſed etiam confuſa diſtributiua, non ſolùm pro generibus ſingulorum,ſed etiam pro ſingulis generum. Proinde neminem deſpicias, quantumcumque malum,& peccatis obnoxium, occulta enim ſunt Dei iudicia: Imò humiliare ſub potenti manu Dei, teipſum nihili ducens, ſed omninò contemnens,ſciens ſolius Dei eſſe honorem,& gloriam,tibi verò ſolùm vilitatem, ac nihileitatem conuenire: quod ſi ſenſeris, verè humilis eris, nec maiori, nec minori,nec æquali te comparabis,imò nullum inferiorem te poteris exiſtimare.

2 Quoad ampliationes, præceptum charitatis in mente habeto: quod non ſolùm ad affines, & conſanguineos, ſed etiam ad alienos, & externos extenditur: non modo ad amicos,verum etiam ad inimicos, iuxta illud; diligite inimicos veſtros,orate pro perſequentibus,& calumniantibus vos, benefacite his, qui oderunt vos. Etenim mandatum charitatis, nimis latum eſt, cum ad omnes amplietur,& extendatur. A l

3 Quando materia Reſtrictionum occurrit: memento, vt lumbi tui præcincti ſint,voluptates terrenas,& concupiſcentias carnis reſtringens, cilicijs, ieiunijs, ac diſciplinis carnem edomans, & in ſeruitutem ſpiritus redigens, vt vt placeas in conſpectu Domini Dei creatoris tui. A m

In appellationibus,illud potiſsimum enitaris, vt vnumquodque ſub propria ratione,ac ſub proprio germanoq; conceptu conſideres, ab extraneis rationibus, & phantaſmatibus denudans. Vt ſi Prælati nomen in mentem veniat, non ſub ratione docti, vel ignari; non nobilis, vel ignobilis, non boni, vel diſcoli, ſed ſub ratione,& conceptu, quidditateq; Prælati conſideres. Sic enim faciendo, non errabis; ſed Prælatum tuum, vt Prælatum honorabis, illique propter Deum,cuius vicem gerit,obedies,penituſq; te ſubijcies.Ad hunc modum,& in alijs theologandum putes. A N

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte fac me miſerum peccatorum omnibus tuis Creaturis etiam viliſſimis per humilitatem ſupponi, ac ſubijci: in voluptatibus terrenis reſtringi,ad ſuperna, & cæleſtia ampliari, ac te ſolum Deum agnoſcere, & appellare, qui es vnum ſuppoſitum in duabus naturis ſubſiſtens, omnia ſubſtentans,ac portans virtute tua diuina, ac vltimus noſtrorum deſideriorum finis, & operationum vltima, & optata merces.

Finis Libri Quarti.

DIALE-

DIALECTICAE LIBER QVINTVS.

Omnes ferè prædicationes perſtringens.

PRÆFATIO.

VT facilius ea quæ de prædicabilibus tractanda ſunt, intelligantur, non erit ab re, prædicationum genera examinare.

De multiplici prædicationum genere. Cap. I.

A Prædicatio 3. { Concio
Publicatio, ſeu diuulgatio
Alicuius de aliquo enuntiatio, vel aſſertio. }

Prædicatio primo modo, eſt concio ad populum ab Eccleſiaſte facta annunciante vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam cum breuitate ſermonis.

Prædicatio ſecundo modo, eſt diuulgatio, ſeu publicatio, aut diffamatio alicuius boni, vel mali facti, & perpetrati.

His duobus modis non accipitur prędicatio apud Logicum, ſed ſolũ tertio modo.

Prædicatio tertio modo, eſt alicuius de aliquo, vel eiuſdem de ſe ipſo annunciatio, ſeu aſſertio per intellectum facta. Vt puta ſi dicamus, Deus eſt ſummum bonum; ſummum bonum prædicamus, annunciamus, enunciamus de Deo, ſeu aſſerimus, vel illi ſummum bonum aſcribimus, & attribuimus per intellectum noſtrum, idque oratione mentali, aut vocali, aut ſcripta. ſimil ter cum idem de ſeipſo eloquimur, ſeu aſſerimus dicẽtes: Deus eſt Deus: Homo eſt Homo.

Quando aliquid ab aliquo remouemus; vel negamus, dicendo Lucifer non eſt Deus: Homo non eſt lapis, &c. non eſt ibi aliqua prædicatio propriè loquendo, ſed

do, ſed

do,ſed eſt propriè negatio: Impropriè verò dicatur prædicatio, ſeu prædicatio negatiua,ſicut homo pictus,vel mortuus dicitur homo.

Vel negatio, qua aliquid ab aliquo negatur,vel remouetur, dicitur prædicatio præſuppoſitiuè,quia ſemper negatio affirmationem, & prædicationem præſupponit, ſi vera eſſe debeat: etenim quia aliquid verè prædicatur de homine,& ei conuenit, vt putà rationale; quod repugnat aſino: ideò iſta eſt vera: Homo non eſt aſinus.

De hac Logicali prædicatione in præſenti eſt ſermo, quam diuidendo pertractamus.

De Prædicatione propriè dicta. Cap. II.

Prædicatio 2. { Propria. / Impropria. B

Prædicatio propria eſt alicuius prædicabilis de ſuo ſubijcibili prædicatio: Quod quatuor cõtingit modis, ſcilicet.

1 Prædicabile in propoſito eſt omne ſuperius de ſuo inferiori,& magis commune de minus communi. Vt genera de ſpeciebus,ſpecies de indiuiduis: Adeo quod prædicabile dicitur ſuperius,& communius; ſubijcibile,inferiùs,ac minùs commune.

2 Differentia de ſpecie,& de indiuiduis ſpeciei eſt prædicabile, ſpecies verò, & indiuidua ſunt ſubijcibilia eius.

3 Proprium eſt prædicabile,& ſpecies eius,cum qua cõuertitur, eſt ſubijcibile, & indiuidua illius ſpeciei.

Regula communis.

Quandocumque ſuperius de inferiori,differentia de eo,cuius eſt differentia; Proprium de eo,cuius eſt proprium: Accidens de ſubiecto, & magis commune de minùs communi prædicatur: illa prædicatio eſt propria, econuerſo verò impropria eſt. C

Exemplũ primi. Petrus eſt homo, homo eſt animal: animal eſt corpus: corpus eſt ſubſtantia: ſubſtantia eſt ens.

Exemplum ſecundi: Homo eſt rationalis: Petrus eſt rationalis: Animal eſt ſenſitiuum. Aſinus eſt ſenſitiuus,&c.

Exemplum tertij: Homo eſt viſibilis: Franciſcus eſt viſibilis.

Exemplum quarti. Vt cignus eſt albus: Ignis eſt calidus: Aqua eſt frigida.

Prædicatio propria 3. { Superioris de inferiori: Vt Bos eſt animal: Planta eſt ſubſtantia. / Connotatiui de abſoluto: Vt homo eſt albus. / Magis connotatiui de minùs connotatiuo. Vt bicubitum eſt æquale. D

Quid ſit terminus abſolutus connotatiuus; magis, aut minùs connotatiuus; videas in 2. libro in quo agitur de terminis.

Prædicatio impropria eſt ſubijcibilis de ſuo prædicabili prædicatio: Vt homo eſt Petrus: viſibile eſt homo, vel Franciſcus: rationale eſt homo, irrationale eſt Brutum: album eſt Cignus,&c.

E Prædi-

E Prædicatio impropria 3.
- Inferioris de ſuperiori. Vt albũ eſt homo: ſubſtantia eſt Planta.
- Abſoluti de connotatiuo: vt album eſt lignum.
- Minus connotatiui de magis connotatiuo: Vt æquale eſt bicubitum.

Prædicatio propria directa, naturalis, idem ſunt: Impropria: Indirecta, Innaturalis, idem ſunt.

Superdiuiſio prædicationis propriæ. *Cap. III.*

F Prædicatio propria 2.
- Eſſentialis.
- Accidentalis.

Prædicatio eſſentialis eſt cuius neutrum extremum, ſubiectum, ſcilicet vel prædicatum deſignat aliquod extrinſecè ſupra reliquum. Vt homo eſt animal, homo eſt rationalis.

Deſignare extrinſecè eſt vltra id, pro quo terminus ſupponit quãtitatem, relationem, qualitatem, aut aliud accidens importare.

Prædicatio eſſentialis 2.
- Differentia de ſpecie, ac de indiuiduis ſpeciei.
- Superioris de inferiori. 3.
  - Speciei de indiuiduo
  - Generis de ſpecie.
  - Tranſcendẽtis de inferiori, & limitato.

Tranſcendens dicitur illud, quod prædicamento non clauditur. Vt ens, quod de ſuis per ſe inferioribus eſſentialiter prædicatur: Vt de ſubſtantia, qualitate, quantitate, ac cæteris decem prædicamentis, ſuiſque inferioribus, de quibus ſuo loco dicetur.

G Prædicatio accidentalis eſt, cuius aliquod extremum non nihil denotat extrinſecè, ſupra reliquum. Vt lignum eſt album: Ignis eſt calidus.

Denotat extrinſecè aliquando
- Prædicatum ſupra ſubſtantiam; Vt homo eſt bicubitus, albus, doctus.
- Subſtantiam ſuprà prædicatum: Vt calidum eſt ignis: Album eſt Cignus.
- Vtrumque ſupra reliquum. Vt album eſt dulce: calidum eſt leue.

Dicitur extrinſecum in propoſito, quod foriníecus circumſtat aliud, & forinſecus aduenit illi: ideò accidens dicitur extrinſecum ſubiecto ſuo: ſubiectum verò non accidit accidenti, nec illi ſuperuenit: non tamen eſt illi intrinſecum.

Accidens verò dicitur ſubiectum accidentis, quando ſimul in eodem concurrunt ſubiecto: Vt album, & dulce in lacte: quorum vnum eſt alterius ſubiectum, & è contra ratione lactis, quod eſt vtriuſque ſubiectum.

Accidens enim non dicitur de accidente, niſi quia accidunt ei de ſubiecto, à quo ſi intelligantur ſeparata, vnum de alio non prædicabitur verè.

Secunda

Digitized by Google

Secunda Superdiuiſio propriæ prædicationis.

Prædicatio propria 2. { In quid.
In quale.

Prædicatio in quid eſt prædicatio ſuperioris cuiuſcumquè de ſuo per ſe quolibet inferiori, quæ ad interrogationẽ factam per quid, reſpondetur. Vt, ſi quæratur, quid eſt homo? & reſponderur eſt animal, eſt corpus, eſt ſubſtantia, eſt ens prædicatio iſtorum de homine, eſt prædicatio in quid. H

Prædicatio in quale eſt prædicatio alicuius de aliquo, quod ad interrogationem factam per quale, reſpondetur conuenienter. Vt interrogantibus nobis. Qualis eſt homo? ſi reſpondeatr eſt rationalis, eſt viſibilis, eſt ſanus; prædicatio iſtorum, ſcilicet rationalis, viſibilis, ſani, de homine, erit prædicatio in quale.

rædicatio in quale 2. { In quale eſſentiale.
In quale accidentale.

Prædicatio in quale eſſentiale, eſt prædicatio differentiæ eſſentialis de ſpecie, ac de indiuiduis illius ſpeciei. Vt interrogantibus nobis qualis eſt homo? ſi reſpondeatur rationalis, animatus, corporeus; prædicatio iſtorum de homine, erit prædicatio in quale eſſentiale. Ita ſimiliter ſi iſta prædicentur de indiuiduis hominis, ſiue eius inferioribus. I

Prædicatio in quale accidentale, eſt prædicatio alicuius accidentis de ſuo ſubiecto, quod ad interrogationem factam per quale, conuenienter reſpondetur. Vt quærentibus nobis qualis eſt Cignus, ſi reſpondeatur, albus, canorus, &c. erit prædicatio in quale accidentale.

Prædicatio in quale accidentale 2. { Accidentis conuertibilis, ſiue proprij.
Accidentis non conuertibilis, ſiue cõmunis. K

Prædicatio in quale accidentis conuertibilis, eſt prædicatio accidentis proprij de ſua ſpecie, quod ad interrogationem factam per quale conuenienter reſpondetur. Vt qualis eſt homo? reſpondetur, viſibilis, flebilis, diſciplinabilis: qualis eſt Aequus? Hinnibilis.

Prædicatio in quale accidentis non conuertibilis cum ſubiecto, eſt prædicatio accidentis communis, quod ad interrogationem factam per quale, non incongruè reſpondetur: Vt qualis eſt homo? reſpondetur, ſanus, infirmus, doctus, pauper, muſicus, frigidus, &c.

Tertia ſuperdiuiſio propriæ Prædicationis.

Prædicatio propria 3. { Vniuoca.
Aequiuoca.
Analoga.

Prædicatio vniuoca eſt illa, qua aliquod commune ſecundũ eundem conceptum prædicatur: Vt homo de Dominico, & Franciſco: Animal de Aequo, & Aſino. L

Prædicatio Aequiuoca eſt prædicatio alicuius vocis, vel nominis ſecundum diuerſos conceptus: Vt homo de homine vero, & picto: alius enim eſt conceptus hominis veri,& viui,alius hominis depicti: ſic canis dicitur de animali latrabili,ſidere cœleſti,& cane marino æquiuocè: ſic pes de pede animalis, & de pede ſcamni, vel lecti.

Prædicatio analoga eſt prædicatio alicuius communis de pluribus ſecundum prius, & poſterius: vt ſanum de animali,cibo,vrina, ſed per prius ſanum dicitur de animali; ſecundo de cibo: tertio de vrina: Animal enim ſuſcipit in ſe ſanitatem,cibus efficit,vrina indicat.Sic ens de ſubſtantia, & accidente.

Sed iſta Analogia potius eſt ex parte rerum, quam ex parte vocum, vt in antepredicamentis videbimus.

Quarta ſuperdiuiſio propriæ Prædicationis.

Prædicatio propria 2. { Quidditatiua / Denominatiua.

M Prædicatio quidditatiua eſt illa in qua definitio,aut pars definitionis, de definito prædicatur, aut tranſcendens de ſuo per ſe inferiori. Vt homo eſt animal rationale: homo eſt animal: homo eſt rationalis, homo eſt ens.

Prædicatio denominatiua eſt prædicatio,qua accidens commune,aut proprium de ſuo ſubiecto prædicatur. Vt homo eſt albus,homo eſt riſibilis.

Quinta ſuperdiuiſio propriæ Prædicationis.

Prædicatio propria 4. {
Primi modi dicendi per ſe
Secundi modi dicendi per ſe.
Tertij modi per ſe,qui eſt quidam modus eſſendi.
Quarti modi dicendi per ſe,qui eſt modus cauſandi.

N Prædicatio primi modi dicendi per ſe eſt,cum definitio, vel pars definitionis de definito prædicatur: aut tranſcendens de ſuo per ſe inferiori. Vt homo eſt animal rationale: homo eſt animal: homo eſt rationalis: homo eſt ens.

Prædicatio ſecundi modi dicendi per ſe,eſt eum paſſio propria, ſiue proprietas de ſubiecto ſuo prædicatur: Vt homo eſt riſibilis, eſt diſciplinæ capax, eſt flebilis, eſt beatificabilis.

Prædicatio tertij modi per ſe, eſt prædicatio exiſtentiæ, illius quod per ſe exiſtit: Vt Franciſcus eſt,vel exiſtit; & conuenit ſolum indiuiduis prædicamentis ſubſtantiæ,ſiue ſubſtantijs particularibus,vt ſuo loco dicetur.

Prædicatio quarti modi per ſe dicendi, eſt cum ſubiectum eſt cauſa, vel includit cauſam,aut rationem,quare prædicatum dicatur de ipſo. Vt intellectus intelligit: Voluntas vult: Auditus audit: Florens floret: dormiens dormit, &c.

Prædi-

Digitized by Google

Vel ſic

Prædicatio 2.
- Per ſe 4.
  - Primi modi dicendi per ſe
  - Secundi modi dicendi per ſe
  - Tertij modi per ſe eſſendi
  - Quarti modi per ſe cauſandi

  } vt dictum eſt.
- Peraccidẽs 3.
  - Accidens de ſubiecto.
  - Subiectum de accidente
  - Accidens de accidente.

Prima ſuperdiuiſio prædicationis in communi. Cap. IV.

PRædicatio 3.
- Concreti de concreto. Vt Deus, eſt bonus: homo eſt malus.
- Concreti de abſtracto: Vt Deitas, eſt bona: humanitas eſt ens.
- Abſtracti de abſtracto: Vt Deitas, eſt bonitas: humanitas, eſt entitas.

Prædicatio abſtracti de abſtracto fit, cum vtrumque extremum ſubiectum, & prædicatum ſunt infinita formaliter, ſiue ſimplicisſima: Vt Deitas eſt bonitas. In diuinis enim tam Deitas, quam bonitas, ſunt formaliter infinita: aut alterum extremum eſt formaliter infinitum: vt Deitas eſt paternitas. Vbi Deitas eſt formaliter infinita: paternitas verò in diuinis non eſt de ſe ſiue formaliter infinita, neque finita: aut tertio cum alterum extremum eſt permiſsiue infinitum: vt humanitas eſt entitas: humanitas eſt formaliter de ſe finita, ſed entitas eſt permiſsiue finita, & infinita: poteſt.n. prædicari tam de finito, quã de infinito: Vt homo eſt ens, Deus eſt ens.

Prædicatio abſtracti de abſtracto dicitur prædicatio identica, quę vera eſt per ſolam identitatem ratione infinitatis. De qua alibi.

Secunda ſuperdiuiſio Prædicationis. Cap. V.

PRædicatio 2.
- Formalis.
- Cauſalis.

Prædicatio formalis eſt, in qua formaliter prædicatur aliquid, quod eſſentialiter, vel accidentaliter ſubiecto ineſt: vt homo eſt animal, homo eſt albus, &c.

Prædicatio cauſalis eſt, in qua ſubiectum, vel prædicatum eſt cauſa ſubiecti, vel prædicati: Vt cum dicimus; Deus eſt patientia mea, denotatur, quod Deus eſt cauſa patientiæ meæ, cauſa ſcilicet efficiens in me patientiam. Item cum dicimus: Arca eſt lignum, denotatur, quod lignum eſt cauſa materialis arcæ, &c.

Hæc prædicatio quandoq; appellatur cauſalis, nomine cõmuni ad omnes cauſas: quandoq. dicitur materialis: vt Arca eſt lignũ: quandoq. fundamentalis præſertim cũ de reſpectiuis fundaméta prædicatur: vt genus eſt aĩal, ſpecies hõ, &c.

Tertia

Tertia ſuperdiuiſio Prædicationis. Cap. VI.

Q Prædicatio 3. { Ordinata / Inordinata } de quibus ſupra. / Nec ordinata, nec inordinata.

Prædicatio nec ordinata, nec inordinata eſt prædicatio præter naturam, in qua nec prædicabile de ſuo ſubijcibili, nec ſubijcibile de ſuo prædicabili prædicatur.

Prædicatio præter naturam 2. { Identica / Per accidens.

R Prædicatio identica eſt, in qua idem de ſe ipſo prædicatur; Vt Petrus eſt Petrus: Deus eſt Deus: animal eſt animal: ſubſtantia eſt ſubſtantia. de qua talis datur regula.

Nulla verior prædicatio, quam ea, in qua idem de ſeipſo prædicatur.

Datur alia prædicatio identica, in qua vltimatè abſtractum de vltimatè abſtracto prædicatur, quæ non eſt vera, niſi ob perfectam identitatem vnius ad alterum, de qua ſupra diximus: Vt Deitas eſt paternitas, filiatio eſt eſſentia, &c. Dummodo abſtractio non ſit facta per nomina ſecundarum intentionum: Vt paternitas in quantum paternitas, & huiuſmodi.

Prædicatio per accidens præter naturam ea eſt, in qua alterum de altero prædicatur, quorum neutrum natum eſt eſſe alterius ſubiectum. De qua infraſcriptæ annotantur regulæ.

Quandò accidens de accidẽte prædicatur, quorum vnum non eſt aptum eſſe ſubiectum alteri us eſt prædicatio præter naturam per accidens. Vt album eſt dulce, muſicum eſt ambulans.

Quando differentia, de differentia prædicatur, aut proprium de proprio eſt prædicatio per accidens præter naturam. Vt rationale eſt ſenſitiuum: viſibile eſt diſciplinabile.

Quarta ſuperdiuiſio Prædicationis. Cap. VII.

Prędicatio 2. { Intrinſeca / Extrinſeca.

S Prædicatio intrinſeca eſt quando res ſignificata per prædicatum eſt in re ſignificata per ſubiectũ: Vt homo eſt albus: Petrus eſt calidus: lignũ eſt ſubſtantia.

Prædicatio extrinſeca eſt quando res ſignificata per prædicatum, non eſt in re ſignificata per ſubſtantiam. Vt color videtur: ſonus auditur: cœlum conſideratur. Non enim viſio eſt, in colore: ſed in oculo: auditio nõ eſt in ſono, ſed in aure; conſideratio non eſt in Cœlo, ſed in intellectu.

Tenendo, quod prima, & ſecunda intentio non ſint, niſi animæ conceptus, quoties ſecunda intentio de prima prædicatur, eſt prædicatio extrinſeca: Vt animal eſt genus: homo eſt ſpecies, &c. Non enim genus eſt in re ſignificata per animal, ſed in intellectu. res verò ſignificata per animal eſt res ad extra.

Quinta ſuperdiuiſio Prædicationis. Cap. VIII.

PRædicatio 2. { Signata. / Exercita.

Prædicatio ſignata eſt,quæ ſignificat aliquid de aliquo per hoc verbum (eſt)prædicari poſſe. Vt animal prædicatur de homine,quæ prædicatio ſignificat,quod alias poteſt dici de homine per hoc verbum(eſt)dicendo:Homo eſt animal. T

Prædicatio exercita eſt illa,in qua aliquid de aliquo per hoc verbum (eſt) enunciatur,vt homo eſt animal.

Prædicatio ſignata dicitur,quia prædicationis exercitæ ſignum eſt.

Prædicatio ſignata obſcura eſt,& adumbrata : exercita,manifeſta eſt, & clara.

Prædicatio ſignata in primis intentionibus in eiſdem primis exercetur : Vt Animal prædicatur de homine,ſic exercetur : Homo eſt animal.

Prædicatio ſignata in ſecundis intentionibus, exercetur in primis, quas ſecundæ concernunt, & pro quibus ſupponunt. Vt genus prædicatur de ſpecie, ſic exercetur. Homo eſt animal : Planta eſt corpus : Platanus eſt arbor : Valeriana herba : & ſic de conſimilibus.

Prædicatio ſignata in ſecundis intentionibus, exercetur etiam in ſecundis intentionibus, ſi ſecundas intentiones, & non primas concernant. Exemplum:vniuerſale prædicatur de ſuis ſpeciebus : ſic exercetur : Genus eſt vniuerſale : Species eſt vniuerſale.Differentia eſt vniuerſale,& ita de alijs.

Prædicationis quæſitiua.

PRædicationis quæſitiua 3. { Quæ?Eſſentialis,an accidentalis. / Qualis?Propria,vel Impropria. / Cuius?an Generis,an Speciei, an differentiæ, an proprij,an accidentis. V

Reductio ad Sacram Theologiam. Cap. IX.

1 NVNC autẽ ſolertiſsime Iuuenis,ne ſis ingratus Domino Deo tuo,ſed ſiue bene tibi ſit,ſiue male tibi ſit, benedic Dominum in omni tempore;lauda illum in vita tua, eius excellentias, perfectiones,nobilitates, dignitates,quæ illi conueniunt,eidem attribuendo,vbiq; locorum annunciando,& prædicando. X

2 Deus profectò ſecundum perfectam expreſsionem,ſicut ſibi ſoli eſt intelligibilis, ſic ſibi ſoli eſt effabilis, ſibi ſoli eſt nominabilis non alio nomine,quam ipſe ſit,non alio verbo,quam ipſe ſit : & ſicut nobis eſt incompræhenſibilis,ita ineffabilis, ita etiam & innominabilis : Verumtamen per quandam ſemiplenam narrationem, quemadmodum Deus eſt nobis

Digitized by Google

nobis cognoſcibilis,ita,& effabilis, & nominabilis; & qui melius cognoſcit, melius effatur,melius nominat,& expreſſius: Proinde expreſſius nominat fidelis,& ſacra Scriptura,quàm ratio,vel Philoſophia,vt ait Doctor Seraphicus.

Y 3 Quemadmodum autem Deum ex creaturis cognoſcimus,ita ex creaturis nominamus, transferendo ad eum perfectiones in creaturis repertas,ſemotis imperfectionibus omnibus.Cuius translationis duplex eſt finis: alter eſt laus Dei, alter verò inſtructio,& manuductio intellectus noſtri. Primo propter laudem Dei fit nominum translatio ex Creaturis, vt ipſum laudare poſſimus. Quoniã verò Deus multum eſt laudabilis, ne propter inopiam vocabulorum contingeret à laude Dei ceſſare; Sacra Scriptura docuit, nomina creaturarum ad Deum transferre, idque in numero indefinito: vt ſicut omnis creatura laudat Deum, ſic Deus laudetur ex omni nomine creaturæ, vt qui non poſſit vno nomine tantum laudari, quia omne nomen ſuperexcedit, & eſt maior omni laude, ex omni nomine laudetur.

Z 4 Secundò fit horum nominum ad Deum translatio,ad intellectus noſtri manuductionem: quia cùm per creaturas ad Deum cognoſcendum extollimur; vt plurimum ferè omnes creaturæ,habent proprietates nobiles,quæ ſunt ratio intelligendi Deum, vt leo fortitudinem, Agnus manſuetudinem, Petra ſtabilitatem,Serpens prudẽtiam,& cætera.id genus ſimilia.Idcirco omnes iſtæ proprietates nobiles,quæ de ſe nullam habent imperfectionem annexam, Deo attribuuntur: ac eas de illo enunciamus,dicentes Deum eſſe ſapientem,fortem, magnum,prudentem,& huiuſmodi.

Aa 5 Quoniam verò finis imponit neceſſitatem his,quæ ſunt ad finem ordinata, cũ translatio ſit ad laudem Dei,hac de cauſa nomina deformitatem deſignantia transferenda minimè ſunt,vt Diabolus,Bufo,Vulpes,Simia: iſta enim magis ad vituperium,& dedecus,quàm ad laudem,& honorem transferuntur. Præterea cum trãslatio propter noſtram inſtructionem ſit adinuenta, & ſimilitudo à notiori incipiens ſit via cognoſcendi: ideò à creaturis,tamquam nobis notioribus ad Creatorem cognoſcendum procedimus,non contrà: quia verò magna ſimilitudo mater eſt falſitatis; ideò nomina multum ſimilia, non transferuntur, vt ſunt Angelorũ nomina, ne fortè Angelus credatur eſſe Deus.

Ab Poſſunt autem in Diuinis eſſe diuerſæ prædicationes: quædam ſunt quidditatiuæ,vt Deus eſt ſubſtantia,vita intellectualis,ſummum ens,id quo maius cogitari non poteſt;quædam denominatiuæ,vt Deus eſt vnus,bonus, ſapiens,pulcher magnus,ſtabilis,ſimplex, æternus, vbique &c. Quædam ſunt identicæ, vt Deus eſt paternitas,filiatio,ſpiratio,bonitas, ſapientia, &c. Quædam per inhærentiam,vt Pater generat,filius generatur,Spiritus ſanctus ſpiratur, & ſimiles. Ne igitur torpeſcas in laudibus diuinis cum qualibet vniuerſi creatura, te ad Deum factorem tuum laudandum impellat.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte fac me tuas perfectiones,quarum non eſt finis,nec numerus, aſſiduè contemplari,laudare,& vbique locorum prædicare, ac pro omnibus collatis beneficijs gratias agere,vt tandem facie ad faciem in æterna vita ſummis, ac dignis laudibus te extollam in ſæcula. Amen.

Finis Libri Quinti.

DIA-

Digitized by Google

DIALECTICAE
LIBER SEXTVS.

Vniuerſalia, ſiue prædicabilia continens:

PRÆFATIO.

De prædicationibus ad introductionem, & præcognitionem vniuerſalium, ac prædicabilium, Deo inſpirante pro virili noſtra tractauimus: nunc de vniuerſalibus, & prædicabilibus Porphirij ad introductionem, & præcognitionem prædicamentorum Ariſtotelis, ope diuina tractandum eſt.

De varia vniuerſalis ſignificatione. Cap. I.

Vniuerſale duplex { In cauſando. / In ſignificando. } A

Vniuerſale in cauſando eſt illud, quod eſt cauſa multorum effectuum ſpecie diuerſorum. Vt Deus, Sol, Cœlum.

Vniuerſale in ſignificando duplex { Per voluntariam inſtitutionem. / Naturaliter ſignificans. }

Vniuerſale per voluntariam inſtitutionem, eſt dictio plura ad placitum ſignificãs: Vt iſta dictio, homo, ſignificat omnes homines; animal, omnia animalia.

Vniuerſale naturaliter ſignificans duplex { In repræſentando / In prædicando. }

Vniuerſale in repræſentando eſt ſpecies intelligibilis, naturam ac quidditatem à conditionibus particularibus abſtractam repræſentans, eamque naturaliter ſignificans. Vt ſpecies intelligibilis hominis eſt quædam naturalis imago hominis exiſtens in intellectu, tamquam imago in ſpeculo, repræſentans ipſum nudè, non album, non nigrum, non ſanum, non infirmum; non in aliquo tempore, vel loco, ſed tantum ipſum.

B Vniuerſale in prædicando duplex { Primæ intentionis. / Secundæ intentionis.

Vniuerſale primæ intentionis eſt prima animi intentio, ſiue conceptus, plura ad extrà naturaliter ſignificans, de quibus prædicatione dicente, hoc eſt hoc, vniuocè prædicatur. vt Petrus eſt homo, Franciſcus eſt homo.

Vniuocè prædicari dupliciter { Propriè / Communiter.

Prædicari vniuocè propriè eſt ſecundum idem nomen, & eandem rationem eſſentialiter prædicari: Vt homo de hominibus, animal de animalibus.

Prædicari vniuocè communiter eſt ſecundum idem nomen, & eandem rationem eſſentialiter, vel accidentaliter prædicari. Vt album de homine, Cigno, lacte, pariete, & ligno. Sicut enim omnia iſta dicuntur alba, ita etiam dicuntur colorata, viſus diſgregatiua.

Sumitur in propoſito prædicari vniuocè communiter, non ſolum propriè.

Dixi vniuerſale eſſe animi conceptũ, quia cum vniuerſalis ſit prædicari de pluribus, res, & obiecta non prædicantur, nec in propoſitione ſubiiciuntur: ſed voces, & conceptus ſunt, qui prædicantur, vel ſubijciuntur, licet non pro ſe ipſis, ſed pro rebus ſignificatis.

Scotiſtæ tamen naturas communes ſignificatas tenent eſſe vniuerſalia; ſed hæc via facilior eſt, & clarior, ſicut etiam de intentionibus diximus. Differunt autem hæ opiniones, ſicut ſignum, & ſignatum, repræſentans, & repræſentatum.

Dicitur (de quibus vniuocè prædicatur) hoc eſt de eorum conceptibus. Vt in iſta propoſitione; Petrus eſt homo; conceptus hominis, de conceptu Petri prædicatur, non pro ſe ipſis, quia conceptus Petri, non eſt conceptus hominis, ſed pro ipſis rebus ſignificatis, Petro ſcilicet, & homine.

C Vniuerſale ſecundæ intentionis eſt ſecunda animi intentio, ſiue conceptus plures primas intentiones naturaliter ſignificans de quibus vniuocè accidẽtariè prædicatur: Vt conceptus generis, & ſpeciei, qui de pluribus primis intentionibus prædicantur: nempè, planta eſt genus; animal eſt genus; Homo eſt ſpecies; quæ prædicationes vniuocè ſunt, communiter accipiendo, vniuocè ac accidentariè; quia ſecunda intentio, numquam de prima eſſentialiter prædicatur.

De ſingulari. Cap. II.

D QVilibet vniuerſali correſpondet ſingulare, quod ſub vniuerſali continetur. Singulare, Indiuiduum, particulare, ſuppoſitum apud Logicum cõuertuntur, apud Theologos diuerſa ſunt.

Suppoſitum apud Theologos eſt ſolum indiuiduum de genere ſubſtãtiæ: Vt Petrus, & Brunellus: cætera verò in omnibus prædicamentis reperiuntur: Vt, hæc albedo, hæc quantitas, hæc relatio, hæc paternitas, &c.

Indiuiduum ſiue ſingulare tripliciter { Quod eſt vna res numero non plures. / Res extra animum vna non plures, quæ non eſt ſignum doctrinale. / Signũ propriũ vni, vel terminus diſcretus.

Omne

Digitized by Google

Omne vniuerſale,tàm primæ,quam ſecundæ intentionis eſt ſingulare.primo modo: omnis enim prima,vel ſecunda intentio eſt vna res ſingularis in anima exiſtens.

Quodlibet ens extra animam eſt ſingulare ſecundo modo.

Singulare,vt ſignum eſt,quod de vno ſolo prædicatur,vt Petrus,Franciſcus,&c.

Singulare ſiue indiuiduum,vt ſignum triplex { Determinatum. / Demonſtratum, ſiue ex demonſtratione. / Ex hypotheſi, ſiue ex ſuppoſitione. } E

Singulare determinatum eſt,quod proprio nomine exprimitur: vt Petrus: Roma: Tyberis: Aſſiſium.

Indiuiduum ex demonſtratione eſt nomen demonſtratiuum cùm termino communi ſumptum: vt hic homo:hoc lignum:ille lapis.

Indiuiduum ex ſuppoſitione eſt,quod ex ſignificationis ſuæ natura eſt vniuerſale,& commune: facta tamen ſuppoſitione, quod vni ſoli conueniat, de vno ſolo prædicatur: vt filius Mariæ,ideſt Chriſtus:filius Bethſabeæ,i.Salomon. F

Singulare,vel indiuiduum vagum non eſt ſingulare,ſed vniuerſale,vt aliquis homo,aliquis æquus:quicquid enim de pluribus prædicatur, eſt vniuerſale.

Singulare vagum eſt,quod cum determinatum indeterminatè ſignificet, de pluribus prædicatur:vt (aliquis homo)de Petro, & Franciſco.

Singularia,& indiuidua ſecundum logicum ſuppoſita vniuerſalium dicuntur.

Suppoſitum dicitur omne inferius reſpectu ſui ſuperioris, & minus commune, reſpectu magis communis.

Suppoſitum duplex. { Per ſe / Per Accidens. }

Suppoſitum per accidens eſt ſuppoſitum alterius naturæ à ſuo communi: vt homo,equus,paries,reſpectu albi. G

Suppoſitum per ſe,eſt ſuppoſitum eiuſdem naturæ cum ſuo communi, ſiue ſuperiori:vt Petrus,& Ioannes reſpectu hominis;Equus,& Aſinus reſpectu aīalis.

Suppoſitum per ſe duplex { Eiuſdem denominationis. / Alterius denominationis. }

Suppoſitum eiuſdem denominationis eſt quod addito pronomine demonſtratiuo,eodem nomine cum ſuo ſuperiori exprimitur: vt hoc animal, & illud animal ſunt ſuppoſita propriæ naturæ, & eiuſdem denominationis cū animali.

Suppoſitum alterius denominationis eſt, quod non nomine ſuperioris, ſed ſuo proprio nomine exprimitur: vt homo, Aſinus, Equus, ſunt ſuppoſita animalis,& alterius denominationis ab animali.

De Vniuerſali. Cap. III.

Vniuerſale duplex { Prędicabile mixtum,vt definitio / Prædicabile ſimplex: vt genus, ſpecies, differentia, proprium, & accidens. }

Prædicabile ſimplex eſt,quod habet vnicum, ac ſimplicem prædicandi modum.

Digitized by Google

H Prædicabile ſimplex duplex { In quid / In quale

Illud prædicatur in quid, quod conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quid. Vt quid eſt homo? eſt animal: Quid eſt Petrus? eſt homo.

Illud prædicatur in quale, quod conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quale: vt qualis eſt homo? ſapiens, riſibilis: rationalis.

Prædicari in quid, eſt prædicare eſſentiam rei per modum ſubſiſtentis, hoc eſt nõ per modũ alterũ denominantis, neq; per modũ alteri inhærentis: vt hõ eſt aĩal.

Prædicari in quale, eſt prædicare eſſentiam rei, vel accidens eius per modum alterum denominantis: vt homo eſt rationalis, eſt riſibilis, & albus.

Prædicari in quid duplex { Prædicans partem eſſentię: vt Genus. / Prædicans totam eſſentiam: vt Species.

De Genere. Cap. IIII.

I Genus 3. { Collectio multorum ſe habentium ad inuicem, & ad vnum primum à quo deſcenderunt: vt Romanorũ Genus: Hebræorũ Genus, &c. / Principium generatiuum, vel conſeruatiuum, vt Pater, vel Patria. / Illud cui ſupponitur ſpecies: vt animal eſt Genus hominis, vel equi.

Genus primo modo eſt hominum multitudo aggregata, habentium inter ſe cognationem, & affinitatem, ſiue conſanguinitatem, & ordinem ad vnũ primũ.

Genus ſecũdo modo eſt illud primum ſiue principium à quo ordinata hominum multitudo deſcendit, vniuocũ cũ multitudine genita, productiuũ, vel cõſeruatiuũ. Sic Adam dicitur Genus omniũ hominũ. Heber dicitur Genus Hebræorũ.

Locus autem vel Patria cum conferant ad generationem dicuntur, genus, & principium generationis: non per ſe, ſed per accidens, quatenus includunt influentias cæleſtes, ac qualitates rei genitæ conſeruatiuas.

Quare primo modo multitudo Romanorum dicitur genus, ſecũdo modo Romulus ipſe dicitur genus Romanorum: Sic locus, vel Patria: vt genere Thebanus: Aſſiſinus, &c.

Genus tertio modo eſt genus logicum, conueniens cũ genere, primo modo, quia ſicut genus primo modo eſt collectio multorũ: ità genus logicũ eſt collectio multarum ſpecierum: conueniens etiam cum genere, ſecundo modo: quia ſicut ſecundo modo eſt principium multorum, ita genus, tertio modo eſt principium multarum ſpecierum.

K Genus tertio modo eſt vniuerſale, quod de multis ſpecie differẽtibus in eo, quod quid eſt, immediatè prædicatur, partẽ eſſentiæ deſignans: vt quid eſt homo? eſt animal: quid eſt Aſinus? eſt animal: quid eſt bos? eſt animal: Animal dicitur iſtorũ genus: cũ iſta ſint ſpecies differentes. Dicitur immediatè, quia mediatè prædicatur ẽt de numero differentibus: vt quid eſt Petrus? eſt animal: ſed nõ immediatè dicitur de Petro, ſed mediante hoĩe, quia.n. Petrus eſt homo, & homo eſt animal, ideò Petrus eſt animal: Dicitur partẽ eſſẽtiæ deſignãs: quia ſi totã eſſẽtiã ſpecierũ deſignaret, tunc differẽtiæ in definitionibus ſpecierũ ſuperfluerẽt.

Genus duplex { Generaliſſimum / Subalternum.

L 1 Genus generaliſſimũ eſt illud, quod nõ habet ſupra ſe aliud ſuperueniẽs genus vel quod cũ ſit genus, non poteſt eſſe ſpecies: vt ſubſtãtia, quantitas, qualitas.

Gene-

Digitized by Google

Genera generaliſſima decem eſſe dicuntur, quæ etiam prædicamenta nuncupantur. Subſtantia, quantitas, relatio, qualitas, actio, paſſio, vbi, quando, ſitum eſſe, habere.

Ens ad iſta decem, non eſt genus: quicquid enim eſt vniuerſale, vel de numero vniuerſale limitatum eſſe debet, ac finitum: ens verò eſt tranſcendens, non ſolum decem prædicamentis conueniens, ſed etiam Deo, & Creaturæ.

Genus ſubalternum eſt illud, quod habet ſupra ſe aliud ſuperueniens genus, vel quod cum ſit genus poteſt eſſe ſpecies. Vt animal eſt genus hominis, & aſini: ſpecies verò corporis animati.

Generis definitio præfata, tam generaliſſimo, quam ſubalterno competit, nec quicquam continet ſuperflui, aut diminuti.

In qua vniuerſale eſt genus rei definitæ: ꝙ prædicatur in quid, ponitur ad differẽtiam eorum, quæ prædicantur in quale: de multis ſpecie differentibus, ponitur ad differentiam ſpeciei, quæ de numero tantum differentibus prædicatur: cætera verò ponuntur ea ratione, qua ſupradiximus in definitione ſpeciei.

De Specie. Cap. V.

Species dupliciter { Vniuſcuiuſq; forma, ſeu pulcritudo: vt ſpecies Priami digna eſt Imperio. / Quæ ſub aſſignato genere collocatur: vt homo ſub animali. } M

Pluribus alijs modis capitur ſpecies, ſicut & genus pluribus modis, quam iam dictis: ſed derelinquuntur tamquam propoſito minus conuenientes.

Sicut pulchritudo, ſeu forma faciem alicuius perficit, & decorat, ſic ſpecies logica genus perficit, ac decorat.

Species eſt vniuerſale, quod de multis numero tantùm differentibus, in quid prædicatur, totam indiuiduorum eſſentiam deſignans.

In qua difinitione, vniuerſale eſt genus; ꝙ de multis tantùm numero differentibus prædicatur. ponitur ad differentiam generis. In quid, ponitur ad differentiam eorum, quæ prædicantur in quale: totam eſſentiam deſignans, ad differentiam generis, quod dicit partem eſſentiæ.

Si ſpecies non diceret totam eſſentiam indiuiduorum, duo indiuidua eſſentialiter different per duas differentias, per quas ſpecies in indiuidua diuiderentur, ac indiuiduum definiri poſſet.

Genus, & ſpecies relatiua ſunt: Genus enim ſpeciei, genus eſt: & ſpecies generis eſt ſpecies: ideo oportet in vtrorumq; rationibus vtriſq; vti. ideſt mutuo genus per ſpeciem, & ſpeciem per genus definiri. Vnde alia generis definitio aſſignatur, & alia ſpeciei. N

Genus eſt cui ſupponitur ſpecies: Hoc eſt: Genus eſt, cui directè, immediatè, tamquam ſuo ſuperiori ſupponitur ſpecies. Dicitur directè ad differentiam differentiarum, quæ diuidunt genus. quod non directè, ſed lateraliter aſpiciunt. Dicitur immediatè ad differentiam indiuiduorum, quæ mediante ſpecie generi ſupponuntur.

Dicitur tamquam ſuo ſuperiori ad differentiam indiuidui vagi, cui ſupponitur indiuiduum ſignatum; non tamquam ſuperiori ſecũdum aliquos, ſed tamquam ſingulare certum, ſub ſingulari incerto. Vel melius dicas, quod ponitur ad diffe-

differentiam communis, cui aliqua ſupponuntur non tamquam ſuperiori ſuo, vt Cignus, paries, homo, ipſi albo.

Species verò eſt, quæ ſub aſſignato genere collocatur, & de qua genus in eo quod quid, prædicatur. Vt, homo, ſub animali, Planta ſub corpore, &c.

O Species ponitur ſub aſſignato genere tripliciter
- Sub vno tantùm, ac immediatè: Vt ſpecies, & corpus ſub ſubſtantia.
- Sub vno immediatè, ſub alio mediatè, vt vegetabile, immediatè ſub corpore, mediate ſub ſubſtantia collocatur.
- Sub vno immediatè: ſub pluribus mediatè: Vt homo, & aſinus immediatè ſub animali, mediatè ſub vegetabili, ſub ſubſtantia.

Species duplex
- Specialiſsima.
- Subalterna.

Species ſpecialiſsima eſt, quæ cùm ſit ſpecies non poteſt eſſe genus: Vt homo, Equus, &c.

Species ſubalterna eſt, quæ cum ſit ſpecies poteſt eſſe genus: Vt vegetabile: Planta.

Quod diximus in vna prædicamentali coordinatione meliùs declarabitur:

Genus tantum.	Subſtantia.	Generaliſsime.
Genus &	Corpus.	Species ſubalterna:
Genus &	Vegetabile.	Speties ſubalterna.
Genus &	Animal.	Species ſubalterna.
Species tantum	Homo.	Specialiſsima.

P In hac coordinatione ſubſtantia eſt tantùm genus, ac per conſequens generaliſsimum: Homo eſt tantùm ſpecies, & per conſequens ſpecialiſsima. Intermedia verò ſunt ſimul genera, & ſpecies.

Intermedia inter genus generaliſsimum, ac ſpeciem ſpecialiſsimam duplicem habent habitudinem, vnam ad ſuperiora, alteram ad inferiora, vt animal, habet habitudinem ad vegetabile, corpus, & ſubſtantiam, quæ ſunt ſuperiora: habet etiam habitudinem ad hominem, & aſinum, quæ ſunt inferiora.

Intermedia inter genus generaliſsimum, ac ſpeciem ſpecialiſsimam, ſecundum habitudinem ad ſuperiora, dicuntur ſpecies: ſecundum habitudinem ad inferiora, dicuntur genera: Vt, Animal, reſpectu vegetabilis, quod eſt ſuum ſuperius, eſt ſpecies: reſpectu hominis, & aſini, quæ ſunt eius inferiora, eſt genus.

Q Genus generaliſsimum non habet habitudinem ad aliquid vniuerſale ſuperius; nec ſpecies ſpecialiſsima ad aliquid vniuerſale inferius: quia non datur vniuerſale ſuperius generaliſsimo, nec vniuerſale inferius ſpecialiſsimo.

Genus generaliſsimum, habet habitudinem ad ſuperiora tranſcendentia, quæ non ſunt vniuerſalia. Vt eſt ens, abſolutū, reſpectiuū, vnum, verum, bonum, & alia, quæ omnibus, aut pluribus prædicamentis, aut generaliſſimis conueniunt.

Species habet habitudinem ad ſua inferiora, quæ ſunt ſingularia, numero tantum differen-

Digitized by Google

differentia, vt, homo, ad Petrum, & Ioannem.

Nulla ſpecies etiam ſubalterna, quatenus eſt ſubalterna de pluribus ſpecie differentibus prædicatur: Hoc patet de ſpecie ſpecialiſsima. De ſubalterna probatur: nàm ſecundum habitudinem ad ſuperiora, eſt ſpecies, ſecundum habitudinem ad inferiora eſt genus, non autem ſpecies. R

Species ſubalterna quatenus genus eſt, de multis ſpecie differentibus prædicatur: vt corpus, animal; Planta.

Omne ſuperius etiam tranſcendens prout de ſuppoſitis eiuſdem denominationis prædicatur, habet rationem ſpeciei ſpecialiſsimæ: vt animal de hoc, & illo animali: ſubſtantia de hac, & illa ſubſtantia: ens de hoc, & illo ente.

Cum ſpecies duabus definitionibus definiatur, illa quę datur per comparationem ad genus, eſt ſibi conuenientior, vt ſpecies eſt: illa verò quæ ſibi aſſignatur per habitudinem ad inferiora, & particularia, eſt ſibi conuenientior in ratione vniuerſalis. S

Prima pars probatur: quia genus eſt primum per ſe correlatiuum ſpeciei; & e contra: relatiuum autem conuenientius definitur per ſuum proprium correlatiuum, quam per non proprium. Secunda pars probatur: quia differens numero, ſiue particulare non eſt correlatiuum proprium ſpeciei, ſed eſt correlatiuum ſui generis, nempe vniuerſalis: vniuerſale enim, ac particulare correlatiua ſunt.

De eodem, & Differenti. Cap. VI.

QVoniam in definitione tùm generis, tùm ſpeciei de differenti fit ſermo, ideo videndum quot modis idem, & differens dicuntur. oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. T

Differentia differunt tripliciter { Numero. Specie. Genere.

Differentia tantùm numero ſunt diuerſa indiuidua ſub eadem proxima ſpecie collocata. Vt Socrates, & Plato ſub homine.

Differunt numero per differentiam indiuidualem, quæ numerum conſtituit. vt Petrus, & Ioannes ſolo numero differunt: Alia enim eſt differentia indiuidualis Petri, alia Ioannis.

Differentia ſpecie ſunt diuerſæ ſpecies, ac diuerſarum ſpecierum indiuidua. vt Leo, & Capra: hic leo, hæc capra.

Differentia genere ſunt diuerſa genera, diuerſæ ſpecies diuerſorum generum, necnon diuerſa indiuidua ſub diuerſis generibus conſtituta. vt animal, & planta: leo, & capra: hic leo, hæc planta.

Differentia generea inter iſtas eſt maxima Numeralis minima: Ideò quæ differunt genere, differunt etiam ſpecie, & numero, ſed non contra.

Eadem tripliciter { Numero. Specie. Genere.

Quot modis dicitur vnum oppoſitorum, tot modis dicitur, & reliquum. Ideſt, quot ſignificata habet vnum oppoſitorum, tot ſignificata habet, & reliquum. V

Eadem numero ſunt, quæ diuerſitatem numeralem non habent, quæ numerum conſti-

conſtituat. Vt Petrus heri,& hodie,& cras: Idem, & vnus numero eſt. Similiter,homo,animal,corpus, ſubſtantia, quæ in Petro ſunt, idem numero ſunt: ſunt enim omnia iſta, idem ens non plura entia.

Eadem numero tripliciter
- Definitione: Vt definitio, & eius definitum. Vt homo,& animal rationale.
- Proprio: Vt ſubiectum, & eius proprium vt homo,& viſibile.
- Accidente: Vt ſubiectum, & eius accidens. Vt ſignum,& album.

X Eadem numero accidente dupliciter
- Subiectum, & eius accidens. Vt ſignũ, & album.
- Duo accidentia eiuſdem ſubiecti in cõcreto ſumpta. Vt album, & muſicum in homine.

Dixi concretiuè ſumpta: quia ſi ſumantur in abſtracto non dicuntur eadem numero. Vt homo,& albedo: Muſica,& albedo.

Eadem ſpecie ſunt,quæ ſub eadem proxima ſpecie collocantur. Vt Socrates, & Plato ſub homine.

Eadem genere ſunt,quæ ſub eodem genere mediatè, vel immediatè collocantur: Vt homo,& aſinus ſub animali. Petrus, & Ioannes ſub animali.

Identitas generica inter iſtas minima eſt. Identitas numeralis maxima. Ideo quæ ſunt eadem numero ſunt eadem ſpecie,& genere,non è conuerſo: & quæ ſunt idem ſpecie, ſunt idem genere non è conuerſo.

De Differentia. Cap. VII.

Prædicabile in quale duplex
- In quale eſſentiale. Vt eſt differentia eſſentialis.
- In quale accidentale, vt accidens.

Y Differentia triplex
- Communis,ideſt communiter dicta.
- Propria.
- Magis propria.

Differentia communis, ſed communiter dicta eſt, qua alterum ab altero differt, vel idem à ſeipſo alteritate quadam,ac accidente ſeparabili, vt Petrus albus à Franciſco nigro,& Ioannes puer à ſeipſo ſene.

Differentia eſt, qua alterum ab altero differt accidente inſeparabili, vt Socrates ſimus,à Platone Aquilino: Ignis ſiccus ab aqua humida.

Differentia magis propria eſt, qua alterum ab altero, ſpecificè, ac eſſentialiter differt,vt homo rationalis à Bruto irrationali.

Differentia communis, & propria faciunt ſolum alteratum,quæ faciunt diſtingui accidente ſeparabili, aut inſeparabili.

Differentia magis propria facit aliud. Illa faciunt aliud, quæ ponunt diuerſitatem in eſſentia, & ſubſtantia vndè differentiæ ſpecificæ nuncupantur.

De differentia eſſentiali, & ſpecifica in præſenti eſt ſermo, & eſt de numero vltimum,quæ prædicatur in quale eſſentiale.

Super-

Superdiuiſio Differentiæ.

Differentia duplex:
- Separabilis, & eſt accidens ſeparabile.
- Inſeparabilis duplex:
  - Per accidens, & eſt accidens inſeparabile. A a
  - Per ſ, & eſt differentia eſſentialis, & ſpecifica.

Differentia per ſe ponitur in definitione rei: facit aliud: nec ſuſcipit magis, aut minus: vt rationale.

Differentia per accidens, ſiue ſeparabilis, ſiuè inſeparabilis ſuſcipit magis, & minus, facit alteratum, nec ponitur in definitione rei.

Differentiæ per ſe, ac ſpecificæ dupliciter: A b
- Diuiſiuæ generum.
- Conſtitutiuæ ſpecierum.

Differentiæ diuiſiuæ generum ſunt illæ per quas genera in ſpecies diuiduntur, vt animal diuiditur per rationale, & irrationale: in hominem, & brutum.

Differentiæ conſtitutiuæ ſpecierum ſunt illæ, per quas ſpecies in eſſe conſtituuntur.

Eædem ſunt differentiæ diuiſiuæ generum, & conſtitutiuæ ſpecierum, vt rationale, & irrationale, quæ diuidunt animal, & conſtituunt hominem, & brutum.

Quomodo autem eadem differentia ſit diuiſiua generis, & cōſtitutiua ſpeciei, exēplo ſequentis arboris declaratur in prædicamento ſubſtantiæ.

Generaliſſimum.

Corporea – Subſtantia — Incorporea ¹ ſpeciem
\ Animatum Corpus — Inanimatum ¹ corpus inanime
\ Senſitiuum – Vegetabile — Non ſenſitiuum ¹ plantam
\ Rationale – Animal — Irrationale ¹ brutum.
\ Homo

Specialiſſimum.

Genera generaliſsima ſunt tantum decem. vt in libro prædicamentorum habetur. A c

Genera ſubalterna ſunt plura quam decem, in numero tamen diſinito.

Species ſpecialiſsimæ ſunt plures quam generaliſsima, & ſubalterna; tamen non ſunt numero infinitæ.

Digitized by Google

Quæ ſunt poſt ſpecies ſpecialiſsimas, ſcilicet indiuidua, ſunt infinita. Iſta tamen indiuiduorum infinitas, non eſt actu, ſed potentia.

Deuenientibus à generaliſsimis ad ſpecialiſsima: neceſſe eſt diuidentem per multitudinem ire: omnis enim diuiſio tendit in pluralitatem.

Aſcendentibus verò ab indiuiduis ad generaliſsima: neceſſe eſt colligentem in vnitatem aſcendere.

Ad Omnes homines ſunt vnus homo non ſimpliciter, ſed participatione ſpeciei, ideſt, omnes homines ſunt vnum ſpecie: ſic omnia animalia ſunt vnum animal participatione generis, ideſt, omnia animalia ſunt vnum genere.

Sicut enim ſpecies eſt collectio multorum indiuiduorum, ſic genus multarum ſpecierum.

Differentiæ quibus ens diuiditur, antequam deſcendat in decima prædicamenta: vt ſunt idem, & diuerſum: abſolutum, & reſpectiuum: actus, & potentia: neceſſarium, & contingens &c. non ſunt ſpecificæ, neq; diuiſiuæ generis, aut ſpecierum conſtitutiuæ, ſed tranſcendentes appellantur.

Differentiæ quibus ſpecies in indiuidua diuiduntur, non ſunt ſpecificæ, nec eſſentiales, ſed indiuiduales, & materiales dicuntur.

Proprietates accidentariæ indiuidui; quarum collectio numquam in alio erit eadem, ac quibus indiuiduum extrinſecè dignoſcitur, & ab alio diſtinguitur, ſunt ſeptem, quæ hoc carmine clauduntur. Forma: Figura: Locus: Stirps: Nomen: Patria: Tempus.

Ae Species cum includat genus, & differentiam, quia in eſſe ſpeciei conſtituitur, eſt totum eſſentiale reſpectu generis: Genus verò eſt pars eſſentialis ipſius ſpeciei.

De Differentia generis, ac ſpeciei conſtitutiua ſequentes aſsignantur definitiones.

Prima Definitio.

Differentia eſt vniuerſale prædicabile de multis in quale eſſentiale: vt ſenſitiuum, quod prædicatur de homine, & aſino: rationale de Paulo, & Ioanne.

Illud prædicatur in quale, quod conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quale, vt qualis eſt homo: Reſpondetur ſenſitiuus, rationalis, viſibilis, albus.

Illud prædicatur in quale eſſentiale, quod prædicat eſſentiam per modum alterum denominantis. vt rationale, ſenſitiuum, animatum.

Iſta definitio conuenit omni differentiæ prædicamentali. In qua, vniuerſale eſt genus, alia verò ſunt differentiæ. Nam per prædicabile in quale diſtinguitur à genere, & a ſpecie, quæ prædicantur in quid: Per eſſentiale verò diſtinguitur a proprio, & accidente, quæ prædicantur in quale accidentale.

Differentia prædicamentalis, & ſpecifica duplex { Intermedia. / Vltima. }

Af Differentia intermedia eſt vniuerſale prædicabile de multis ſpecie differentibus in

in quale eſſentiale: vt animatum, ſenſitiuum, corporeum.

Differentia vltima eſt vniuerſale prædicabile de multis numero tantum differentibus in quale eſſentiale: vt rationale.

Secunda Definitio.

Differentia eſt qua ſpecies abundat à genere. Cuius definitionis ſenſus eſt. Differentia eſt quam vltra genus ſpecies includit, qua differentia, caret ipſum genus, eo modo, quo intelligitur dictum Saluatoris de Phariſeo, & Publicano: Deſcendit hic ſcilicet, Publicanus iuſtificatus ab eo, ſcilicet Phariſeo: hoc eſt publicanus iuſtificatus fuit, non autem Phariſeus.

Genus non eſt aliqua differentiarum: vt animal de ſe non eſt rationale, nec irrationale.

Si genus haberet ſe vnam differentiam eadem ratione haberet aliam, cum de ſe ſit indifferens ad omnes. A h

Genus habet differentiam in potentia, non autem in actu, & ſimpliciter.

Cum differentiæ ſint oppoſitæ, in eadem generis ſimplici eſſentia includi non poſſunt.

Differentia non prædicatur per ſe de genere, nec genus de differentia, ſed tantum accidentaliter.

Genus cum ſit in potentia ad differentiam habet ſimilitudinem materiæ: Differentia verò cum determinet genus ad ſpeciem habet ſimilitudinem formæ.

Tertia Definitio:

Differentia eſt quæ nata eſt, ea quæ ſub eodem genere ſunt, eſſentialiter diuidere. vt rationale, & irrationale, eſſentialiter diuidunt, ac ſeparant ab inuicem hominem, & Brutum.

Quarta Definitio.

Differentia eſt qua differunt à ſe ſingula, & eſt pars eſſentialis rei. Iſtarum definitionum, prima aſſignatur in ratione vniuerſalis. Aliæ verò prout differentia eſt, aut diuiſiua, aut conſtitutiua.

De Proprio: Cap. VIII.

Prædicabile in quale accidentale duplex {
- Conuertibiliter. vt proprium.
- Non conuertibiliter. vt accidens.

Proprium quadrupliciter { A i
- Quod conuenit ſoli, ſed non omni.
- Quod conuenit omni, ſed non ſoli.
- Quod conuenit omni, & ſoli, ſed non ſemper.
- Quod conuenit omni, ſoli, & ſemper.

Digitized by Google

Propriũ primo modo eſt accidens, ꝙ ſoli alicui ſpeciei, aut generi conuenit, nō tamen neceſſario omnibus eorum inferioribus accidit. vt eſſe grammaticum actu, arte, & labore, conuenit ſoli ſpeciei humanæ, ſed non omnibus neceſſario accidit, ſic eſſe Grammaticum.

Naturæ etiam intellectuali ſoli, quæ genus eſt ad humanā, & Angelicam cōuenit actu beatificari à Deo, non tamen quælibet natura intellectualis actu beatificatur.

Propriũ ſecundo modo eſt accidens, quod omni indiuiduo alicuius ſpeciei, ſed non ſoli illi ſpeciei conuenit. vt eſſe bipedem conuenit omni homini, ſed non ſoli homini: dico autem omni homini, non mutilo.

Propriũ tertio modo eſt accidens, quod omni indiuiduo alicuius ſpeciei, & ſoli illi ſpeciei conuenit, ſed nō ſemper, aut neceſſario accidit. vt caneſcere conuenit omnibus hominibus, niſi in iuuentute moriantur. & etiam ſoli homini, non tamen ſemper, ſed in ſenectute, idq; vt plurimum: nam iuuenes etiam quandoq; ratione humorum caneſcunt in iuuentute.

Proprium his tribus modis acceptum cum ſit accidens, pertinet ad quintum vniuerſale.

Proprium quarto modo dictum, facit quartum vniuerſale ab alijs diſtinctũ, quod ſic definitur.

Proprium eſt vniuerſale prædicabile in quale accidentale, conuertibiliter, de illo, cuius eſt proprium, ac de omnibus indiuiduis ſub illo contentis non conuertibiliter, ſed neceſſariò: vt viſibile de homine, ac de omnibus ſub homine contentis.

Prædicari in quale diſtinguit proprium à genere, & ſpecie: per accidentale diſtinguitur à differentia per conuertibiliter, & neceſſariò ab accidente communiter dicto.

Cum iſta definitione conuenit illa definitio Prophyrij. Proprium eſt, quod accidit omni, ſoli, & ſemper: per illam particulam accidit denotatur, quod prædicatur in quale accidentale: per illa tria, omni, ſoli, & ſemper, nihil aliud intelligitur, niſi conuertibiliter.

Ak Proprium quarto modo quadruplex
- Specialiſsimum: vt riſibile hominis.
- Subalternum: vt ſenſibile animalis.
- Generaliſsimum: vt per ſe ſubſiſtens ſubſtantiæ.
- Tranſcendens: vt vnũ, verũ, bonũ, entis.

Quodlibet iſtorum, vt eſt, habens proprium: aut eſt ſpecies, aut habet rationem ſpeciei: nàm proprium propriè dicitur eſſe ſpeciei ſpecialiſsimæ.

Proprium propria paſsio, naturalis proprietas, naturalis propenſio, naturalis inclinatio, idem ſunt.

Proprium, a principijs intrinſecis, vel à natura rei naturaliter fluit, vt riſibile ab animali rationali ſimul.

A natura rei, quando res non habet principia intrinſeca. vt ens, & ſubſtantia, quæ habent ſuas naturales proprietates.

Proprium per ſe primo conuenit ſpeciei, per ſe non primo indiuiduis, quia fluit à Principijs, & à natura ſpeciei, non autem à natura, & à principijs indiuidui.

Proprium non aduenit ſubiecto, ſed emanat, vel fluit, aut pullulat.

De Accidente. Cap. IX.

ACcidens eſt, quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. quæ definitio in primis intentionibus ſic exponitur. A l

Accidens eſt, quod adeſt, i. quod adueniens rei poſt eſſe completum adeſt illi per informationẽ, & abeſt præter ſubiecti corruptionem, ideſt nõ repugnat ſubiecto de ſe, eſſe ſine quocumque accidente, etiam inſeparabili.

Exponitur etiam ab aliquibus de accidentibus poſitiuis, non priuatiuis: nam combuſtio eſt accidens priuatiuum, quod combuſtibili ineſſe non poteſt ſine eius corruptione. Vel dicatur, quod ſubiectum informationis combuſtionis, eſt materia: Subiectum verò denominationis eſt combuſtibile.

In ſecundis autem intentionibus, & logicè, ſic exponitur præfata definitio.

Accidens eſt, quod adeſt, ideſt, accidentaliter, verè, & affirmatiuè prædicatur: & abeſt, ideſt, de ſubiecto verè negatur, & per conſequens dicitur de eo non conuertibiliter: præter ſubiecti corruptionem, ideſt ſaluo eius intellectu, ſiue conceptu.

Poteſt enim intelligi ſubiectum ſub oppoſito accidentis inſeparabilis, abſque repugnantia conceptuum, ideſt, abſque eo, quod natura, & eſſentia ſubiecti deſtructa eſſe intelligatur.

Licet enim intelligam coruum non nigrum, vel etiam album, non propter hoc deſtruitur ratio, & conceptus corui: cum iſta accidentia albedo, & nigredo non ſunt de eſſentia eius, nec fluant à principijs intrinſecis rei: vt proprium.

Accidens duplex { Separabile. / Inſeparabile. } A m

Accidens ſeparabile eſt, quod per naturam, ſiue ab agente naturali à ſubiecto poteſt auferri præter ſubiecti corruptionem: vt frigiditas ab aqua, caliditas à ligno, &c. Vel accidens ſeparabile eſt, quod per naturam de ſubiecto verè negari poteſt.

Accidens inſeparabile eſt, quod per naturam, ſiue ab agente naturali à ſubiecto non poteſt auferri, licet per potentiam diuinam poſſit: vt caliditas ab igne, humiditas ab aqua, nigredo à pelle Aethiopis.

Vel ſic logicè loquendo. Accidens inſeparabile eſt, quod de facto, verè de ſubiecto negari non poteſt, ſecundum curſum naturæ.

Accidens inſeparabile differt à proprio: quia quamuis accidens inſeparabile non poſſit auferri naturaliter à ſubiecto ſine ſubiecti corruptione, cuius eſt accidens inſeparabile: tamen conſimile accidens poteſt auferri ab aliquo ſubiecto ſine eius corruptione: vt albedo, licet à niue, cui inſeparabiliter ineſt, per naturam auferri non poſſit: tamen albedo hominis poteſt auferri ab homine ſine eius corruptione. A n

Proprium autem a nullo poteſt auferri ſine eius corruptione: quia omnibus inſeparabiliter ineſt.

Item accidens inſeparabile poteſt per diuinam potentiam à ſubiecto ſeparari ſine ſubiecti corruptione: ſed proprium, nec per potentiam diuinam poteſt à ſubiecto ſeparari, abſque ſubiecti corruptione. Ratio eſt, quia ſubiectum eſt

cauſa

Digitized by Google

cauſa neceſſaria ſuæ paſsionis, atque ideò ſiue ſit eadem naturaliter cum ſubiecto, ſiue diſtincta naturaliter, numquam poteſt ſeparari, ſiue ſubiecti corruptione: facere enim hominē non eſſe riſibilem eſt facere hominē nō eſſe hominem, ſeu non eſſe animal rationale, quod eſt cauſa neceſſaria riſibilitatis.

Omne accidens, tàm ſeparabile, quàm inſeparabile primo ineſt indiuiduis, ſecundo ſpeciei, cum non fluat ex principijs ſpeciei, ſed ex natura indiuidui. Proprium verò primo ineſt ſpeciei, ſecundo indiuiduis, & hæc eſt alia accidentis, & proprij differentia.

De Prædicabili mixto. Cap. X.

A o PRædicabile mixtum eſt, quod non vnicum, ac ſimplicem habet prædicandi modum: vt eſt Definitio, quæ partim in quid, partim in quale prædicatur: Ratione generis prædicatur in quid, ratione differentiæ prædicatur in quale.

Definitio duplex { Quid nominis. / Quid rei.

Definitio quid nominis eſt oratio vocabuli ſignificatum exprimens: vt ſi quæratur: quid eſt album? hoc eſt quid per nomen albi ſignificatur? Dicitur quod album eſt corpus habens albedinem.

De qua definitione ſequentes dantur Regulæ.

OMnia nomina connotatiua habent definitionem tantum quid nominis: vt album, nigrum.

Omnia impoſsibilia, & fictitia habent tantum definitionem quid nominis: vt Chimera, Hircoceruus, vacuum.

A p Quæcunque non ſignificant aliquod per ſe vnum, habent definitionem tantum quid nominis: vt homo albus, & ſimilia.

Omnes propriæ paſsiones habent tantùm definitionem quid nominis, vt riſibilitas, &c.

Omnes negationes, & priuationes habent tantùm definitionem quid nominis: vt tenebra, cæcitas non homo, &c.

Omnia, quæ ponuntur in prædicamento, præterquam in prædicamento ſubſtantiæ, & qualitatis habent tantum definitionem quid nominis: iſta regula vera eſt, tenendo, quod ſola ſubſtantia, & qualitas ſint res diſtinctæ; alia verò prædicamenta non diſtinguantur ab iſtis.

Definitio quid nominis inter prædicata, ſeu prædicabilia, non numeratur, ſed tantum definitio quid rei.

De definitione quid rei.

DEfinitio quid rei, eſt oratio, quæ compendiosè, ac breuiter naturam explicat ſecundum Damaſcenum: vt animal rationale eſt ſermo compendioſus, ac breuis explicans naturam ſiue eſſentiam hominis.

Defini-

Digitized by Google

Definitio quid rei duplex. { Definitio pura. / Definitio deſcriptiua. } A q

Definitio pura eſt oratio compendioſa naturam rei explicans, nec aliquid rei extrinſecum declarans: vt animal rationale, eſt pura hominis definitio: Hanc alij purè quidditatiuam appellant.

Definitio deſcriptiua eſt oratio compendioſa mixta ex ſubſtantialibus, & accidentalibus: vt animal rationale, erectè ambulans, eſt definitio deſcriptiua hominis, in qua aliquid extrinſecum ab eſſentia exprimitur, nempe erectè ambulans.

Deſcriptio eſt ſermo compendioſus ex accidentibus, & proprijs, vt ait Damaſcenus: vt homo eſt animal erectè ambulans, latos habens vngues.

Deſcriptio duplex { Largè ſumpta. / Strictè ſumpta. } A r

Deſcriptio largè ſumpta eſt ſermo compendioſus ex accidentibus conſtans: vt homo eſt animal erectè ambulans bipes.

Deſcriptio ſtrictè ſumpta eſt ſermo compendioſus ex proprijs conſtans. Vt homo eſt riſibile animal, diſciplinæ capax.

Deſcriptio dicitur obumbrans, & non ſubiectum manifeſtans: non enim explicat naturam rei.

Superdiuiſio definitionis.

Definitio duplex { Propriè dicta. / Data per additamentum. } A ſ

Definitio propriè dicta eſt illa, quæ datur per ea, quorum nullum importat aliquid extrinſecum rei, quod importatur per definitum.

Definitio data per additamentum eſt cuius aliqua pars importat aliquid extrinſecum rei, quæ importatur per definitum.

Exemplum primæ definitionis: vt animal rationale eſt definitio hominis propriè dicta, quæ vulgo quidditatiua nuncupatur.

Exemplum ſecundæ definitionis. Anima eſt actus corporis phyſici organici: In qua ponitur corpus, quod eſt animæ extrinſecum. Similiter, iſta, Albedo eſt color diſgregatiuus viſus. In qua definitione ponitur, viſus, qui eſt colori extrinſecus.

Subdiuiſio definitionis propriæ dictæ.

{ Quædam per differentias eſſentiales: vt animal rationale eſt definitio hominis hoc primo modo.

Quædam per genus, & nomina exprimentia partes eſſentiales: vt ſubſtantia compoſita ex corpore, & anima intellectiua eſt hominis definitio ſecundo modo. A t

Quædam per genus, & nomina exprimentia partes integrales: vt figura tribus rectis lineis contenta, eſt definitio trianguli, tertio modo. }

Defini-

Digitized by Google

Definitio per differentias eſſentiales duplex
- Per genus, & differentiā conuertibilem cum definito, quorum vnum eſt magis, alterum æquale definito: vt animal rationale.
- Per genus, & differentiā non conuertibilem cū definito, quorum vtrumque eſt in plus, quam definitum.

Vt animal intellectuale eſt definitio hominis, in qua nec animal, nec intellectuale, cum conueniat Angelis, conuertitur cum homine: Vtrumque tamen ſimul ſumptum conuertitur.

Subdiuiſio Definitionis per differentiam conuertibilem.

A u Definitio per differentiam conuertibilem duplex
- Per genus proximum, & vltimam differentiam: vt animal rationale eſt hominis definitio hoc mō.
- Per genus remotum, & omnes differentias intermedias vſque ad vltimam incluſiuè: vt ſubſtātia corporea, animata, ſenſitiua, rationalis eſt hominis definitio ſecundo modo.

Ad memoriam reducendo dicas:

Definitio 2.
- Propriè dicta quidditatiua triplex
  - Per genus, & differētias eſſētialis dupl.
    - Per genus, & differentiam conuertibilē cum definito duplex.
      - Per genus proximū, & vltimam differentiam.
      - Per genus remotū, & oēs differētias intermedias.
    - Per genus, & differentiam non conuertibilem cum definito.
  - Per genus, & noīa exprimētia partes eſſentiales.
  - Per genus, & noīa exprimētia partes integrales.
- Data per additamentum ſiue deſcripta.

Regulæ de definitione in generali. Cap. XI.

OMnis definitio conuertitur cum definito, conuenitque omni contento ſub definito.

Nulla definitio eſt idem re cum definito. Definitio enim eſt oratio, vel { Vocalis / Scripta / Mentalis } quarum nulla eſt idem cum definito.

Definitio, & Definitum dicuntur eſſe eadem res; quia qoud ſignificatur per definitionem, ſignificatur per definitum.

Quod ſignificat definitum confuſè, Definitio ſignificat diſtinctè.

Eiuſdem rei poſſunt eſſe plures definitiones, quarum altera ſit metaphyſica, altera ſit phyſica. Vt animal rationale eſt definitio metaphiſica hominis: ſubſtãtia compoſita ex anima intellectiua, & corpore, eſt hominis definitio phyſica. A x

Quod habet definitionem phyſicam, aut metaphyſicam, non habet definitionem logicam, vt faſò aliqui arbitrantur. Logicus enim entia realia non conſiderat, nec definit, ſed tantum ſecundas intentiones, conſiderat, ac definit.

Licet Logicus entia realia non definiat, docet tamen quomodo entia realia definiantur.

Et ſi homo, vel alia res habeat definitionem duplicem phyſicam, & metaphyſicam: non tamen eſt duplex homo ſcilicet phyſicus, & metaphyſicus.

Eiuſdem rei poſſunt eſſe plures definitiones, quarum vna ſit completiſsima, altera non ita completa: vt ſunt iſtę duæ de homine. Prima animal rationale; ſecunda ſubſtãtia corporea, animata, ſenſitiua, rationalis: ſecunda eſt completiſsima, ſiue explicatiſsima, prima non ita.

Eiuſdem rei poſſunt eſſe plures definitiones, quarum vna ſit materialis, altera formalis. Exemplum primæ. Ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor: ſecunda, Ira eſt appetitus vindictæ: ex quibus tertia poteſt confici ex vtraque compoſita. Ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor, propter appetitum vindictæ.

Vnde poteſt fieri alia diuiſio. Sic.

Definitio duplex { Formalis / Materialis / Ex vtraque compoſita. } A y

Eiuſdem rei relatiuæ poſſunt eſſe plures definitiones ſecundum plures habitudines, ad diuerſa, quarum vna erit eſſentialior altera.

Exemplum eſt in logica de ſpecie, quæ habet duas definitiones, vnam in comparatione ad genus: alteram in comparatione ad particularia. Ita dicendum de differentia, quæ ſecundum diuerſas habitudines plures habet definitiones.

Definitio eſt vniuerſalium conuertibiliter: particularium non conuertibiliter.

Deſcriptio propriè dicta conuertitur cum deſcripto: vt animal riſibile cum homine.

Deſcriptio impropriè dicta, quæ conſtat ex accidentibus, non conuertitur cum deſcripto; ſi id, quod ſignificatur per deſcriptum, fuerit imperfectum.

Digitized by Google

Exemplum de homine carente pede, cui non conueniet iſta deſcriptio. Homo eſt animal erectè ambulans, bipes.

Omnis definitio debet dari per priora, & notiora ſecundum naturam.

Vnum contrariorum non definitur per reliquum, ſi ſint contraria poſitiua. Albũ enim non definitur per nigrum, nec ècontra.

A 2 Habitus non definitur per priuationem: vt viſus non definitur per cæcitatem, nam priuatio præſupponit habitum.

Permanens non definitur per ſucceſsiuum, quia ſucceſsiuum præſupponit notitiam permanentis.

Priuatio ſemper definitur per habitum: vt cæcitas per viſionem: cæcitas enim eſt priuatio viſionis.

Definitione impropriè dicta vnum relatiuum definitur per ſuum correlatiuum, tamquam per æquè notum, non per notius.

Reductio ad Sacram Theologiam.
Cap. XII.

TV verò ad calcem huius libelli progreſſus, ne pigriteris omnia in obſequium Chriſti dirigere, qui eſt vniuerſalis conditor, & creator, dans rebus omnibus viſibilibus, & inuiſibilibus, corporeis, & incorporeis, animatis, & inanimatis, rationalibus, & ratione carentibus, mixtis, & ſimplicibus ſecundum proprias earum naturas propriamque menſuram, eſſe, viuere, ſentire, & intelligere: omnium fidelium, ac Chriſtianæ militiæ aſcriptorum, ac totius mundi Generalis Redemptor: Diuinitate, ſpecies, & forma: ſpecioſus enim forma præ filijs hominum; Notione, ac æterna filiatione à Patre, & Spiritu ſancto differens, ab omni creatura in immenſum diſtans. Cui propriũ eſt pietas, miſereri enim ſemper conſueuit, & parcere, peccatoribus pœnitentiam agentibus, indulgentiam largiens: Cui accidens eſt humanitas, quæ licet ſubſtantia ſit, verbo tamen diuino, etſi inſeparabiliter vnita, cum ſit extra rationem formalem verbi, & diuinitatis eiuſdem, accidere dicitur: Cui pro nobis incarnato; vnà cum Patre, & Spiritu ſancto in eodem per circumin-ceſſionem incluſis ſit omnis honor, & gloria per infinita ſæcula. Amen.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte vniuerſalis Conditor, Generalis, Redemptor, forma ſpecioſiſſimus, notione differens, cui proprium eſt pietas, & accidens humanitas, me miſerum peccatorem ad Imaginem Trinitatis conditum; tua incomprahenſibili miſericordia, virtutibus, & gratiæ ſplendore ſpecioſum effectum, redime à malis omnibus, vt temetipſo tandem in cœlo, interius, & exterius in diuinitate, & humanitate paſcua nactus perfruar in ſæcula. Amen.

Finis Libri Sexti.

DIA-

Digitized by Google

DIALECTICAE LIBER SEPTIMVS.

Prædicamentorum doctrinam continens.
Pars Prima.

PRÆFATIO.

TRadita vteunque quinque prædicabilium, ac vniuerſalium doctrina, nunc Deo Duce ad prædicamenta, ac cathegorias, quibus iſta deſeruiunt, accedendum.

Caput Primum:

Liber Prædicamentorum tria continet. { Antepradicamentum. / Prædicamentum. / Poſtprædicamentum. } A

Antepradicamentum eſt præuium ad prædicamentum traditum documentum.

Antepradicamentum triplex { Definitiones. / Diuiſiones. / Regulæ. }

Definitiones tres. { Aequiuocorum dupl. { A caſu. / A conſilio. } / Vniuocorum / Denominatiuorum } B

Aequiuocum duplex { Aequiuocans / Aequiuocatum } Vtrumq; dup. { Pro prima Intentione. / Pro ſecũda Intentionē. }

Aequiuocum æquiuocans eſt vox communis, diuerſis ſignificationibus plura ſignificans: vt Canis: Acutum: Graue: Teſtudo, Tempus, &c.

Digitized by Google

Aequiuoca æquiuocata dicuntur, quorum nomen commune eſt, & ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen diuerſa.

C Ratio ſubſtantiæ iis eſt diuerſa, de quibus nomen diuerſis conceptibus eſſentialiter prædicatur: vt hoc nomen, Teſtudo, quod de animalib, & de parte ſuperiori Templi prædicatur, diuerſis tamen conceptibus eſſentialibus, vt patet.

Diuerſi conceptus totales non ſynonimi, diuerſæ notiones; ijdem ſunt.

Exemplum conceptus hominis, & conceptus animalis rationalis dicuntur ſynonimi, quia idem ſignificant, licet alio modo: quia quod, homo, dicit confusè, animal rationale dicit diſtinctè.

Conceptus animalis, & conceptus rationalis ſunt conceptus partiales hominis.

Aequiuocum igitur ſignificat plura diuerſis conceptibus totalibus, quorum vnus non eſt pars alterius. vt conceptus, quo hoc nomen (Teſtudo) ſignificat tale animal, eſt diuerſus ab eo conceptu, quo (Teſtudo) ſignificat Templi partem, ſiue ſummitatem: nec vnus iſtorum eſt pars alterius.

D Vniuoca duplicia { Vniuocantia / Vniuocata } Vtrunq; dupliciter { Pro prima intentione. / Pro ſecũda intentione.

Vniuoca vniuocantia ſunt dicibilia, quæ de pluribus eodem nomine, & eadem ratione prædicantur. vt, homo, de Dominico, & Franciſco. Animal de Boue, & Equo.

Vniuoca vniuocata dicuntur, quorum nomen eſt commune, & ratio ſuſtantiæ ſecundum illud nomen eſt eadem.

Ratiò ſuſtãtiæ ſecundum nomen aliquibus eſt eadem, de quibus eodem conceptu eſſentialiter prædicatur.

Cognoſcimus rationem eſſe eamdem, quando ſecundum eandem eſſentialem definitionem, vel eundem eſſentialem conceptum prædicatur: diuerſam, quando diuerſis.

E Denominatiua triplicia { Nominis tantum, vt Studioſus à ſtudio. / Rei tantum, vt ſtudioſus à virtute. / Nominis, & rei ſimul, vt albus ab albedine.

Denominatiua nominis, & rei ſimul dicuntur quæ ab aliquo, ſolo caſu differentia ſunt, & ſecundum illud nomen habent appellationem. Ideſt eandem formam ſignificant, quam abſtracta à quibus deſcendunt.

Habent appellationem ſecundum nomen, quando id appellant, ideſt, ſignificant, pro quo illud nomen accipi natum eſt: vt hoc nomen album ſignificat, & appellat eandem formam in concreto, quam hoc nomen, albedo, ſignificat in abſtracto: ſed album, vltrà id quod ſignificat, ſupponit pro ſubiecto, cui ineſt albedo: albedo verò non ſupponit pro ſubiecto, cũ à ſubiecto intelligatur abſtracta.

Denominatiua, concreta accidentalia, Adiectiua accidentalia idem ſunt.

Denominatiua nominis tantum ſunt, quæ ab aliquo ſolo caſu differentia ſunt, ſed ſecundum illud nomen non habẽt appellationem, ideſt non idem important, vel ſignificant. vt ſtudioſus à ſtudio: ſtudioſus tamen ſignificat virtutem, ſeu virtuoſum: ſtudium verò non ſignificat virtutem, moralem ſcilicet.

Denominatiua rei tantum ſunt, quæ non ab aliquo ſunt differentia caſu, ſeu cadentia, aut deſinentia: attamen ſecundum illud nomen habent appellationem, ideſt, idem important, vel ſignificant. vt ſtudioſus à virtute.

Deno-

Digitized by Google

Denominatiua formantur quadrupliciter:

- Vnum ab vno, vt Albus ab albedine.
- Vnum à pluribus. vt calidum à calore, & caliditate.
- Plura ab Vno. vt candidum, & candicens à candore. F
- Plura à pluribus. vt fortis, & iuſtus, à Fortitudine, & Iuſtitia.

Propoſitiones de Aequiuoco. Cap. II.

1 OMne æquiuocum æquiuocans eſt vniuocum vniuocans pro vno ſignificato ſumptum. Nam canis ſumptus pro animali latrabili, eſt vox vniuoca ad omnia animalia latrabilia.

2 Aequiuocum æquiuocans eſt vniuocum vniuocans, vtrunq; pro ſecunda intentione captum, capiendo vnum, vt quid, alterum, vt modus. Probantur nã iſta ſecunda intentio, æquiuocum æquiuocans, attributa cani, & iſta alia attributa, acuto, & alia attributa, Graui, &c. conueniunt in iſta communi intẽtione, quæ eſt, æquiuocum æquiuocans, cùm dicatur de illis intentionibus ſecũdum idem nomen, & eandem rationem: quæ autem vniuocantur, in aliquo ſunt vniuoca vniuocata reſpectu illius, & illud eſt vniuocum illis, ſcilicet vniuocans.

3 Aequiuoca æquiuocata, vtraq; pro ſecunda intentione capta ſunt vniuoca vniuocata ſimiliter pro ſecunda intentione accepta: patet ex præcedenti ſuo modo. G

4 Aequiuoca, & vniuoca vtraq; pro ſecunda intentione accepta, & vtraq; vt quid, vel vtraq; vt modus, de ſe inuicem non prædicantur. Patet, quia oppoſita, vel quomodocunq; diuerſa ſic ſe habent, quòd vnum non poteſt eſſe formaliter aliud: vt lignum, vt quid, non poteſt eſſe album vt quid; quia ſic lignum eſſet albedo: poteſt tamen lignum, vt quid, eſſe album, vt modus: ideſt lignum eſt aliquid, cui attribuitur album, quod de ligno denominatiuè, & accidentariè prædicatur.

5 Aequiuoca æquiuocata ſecundum vnum nomen, vel vnam vocem, poſſunt eſſe vniuoca vniuocata ſecundum aliud nomen, aut vocem: patet: nàm canis latrabilis, canis marinus, & canis cœleſtis, quæ in hoc nomine canis æquiuocantur, vniuocantur in nomine (corpus, ſubſtantia) & ens.

6 Nulla vox eſt æquiuoca, niſi ex impoſitione plura ſignificat à caſu, vel à conſilio.

7 Aequiuocum à conſilio ſimpliciter ſumptum ſtat ſemper pro famoſiori ſignificato; cùm determinatione verò, ſtat pro minus principali. vt iſta vox, homo, ſimpliciter ſumpta, ſtat pro homine viuo, ac vero: ſed ſi illi addatur iſta dictio, pictus, aut mortuus, ſtat pro homine non viuo, nec vero, ſiue pro homine ſimilitudinariè ſumpto.

8 Nulla vox eſt æquiuoca ad ſeipſam, & ad rem, quæ per ipſam ſignificatur: probatur: nàm vt vox æquiuoca ſit, requiritur, vt diuerſis ſignificationibus ex impoſitione diuerſiſq; conceptibus plura ſignificet. Vox autem licet ſignificet rem

cet rem

cet rem ex impoſitione, non tamen ex impoſitione ſeipſam ſignificat.

9 Poteſt aliqua vox eſſe æquiuoca ad rem ſignificatam, & ad rei ſimilitudinem, ſi ad vtranq; ſignificandam impoſita fuerit; vnam principaliter, alteram tranſumptiuè, ſiue ſimilitudinariè. vt vox iſta animal, ad animal viuū, & pictū.

I 10 In cōceptibus nulla eſt æquiuocatio: Probatur quia nihil ex impoſitione ſignificant, ſed ſunt rerum naturales ſimilitudines, quæ ſunt eędem apud omnes.

11 Vox æquiuoca non continet ſua ſignificata per modum disiunctionis. Probatur: nàm propoſitiō, in qua ponitur terminus æquiuocus, eſſet ſimpliciter vera: cum ad veritatem diſiunctiuæ ſufficiat alteram partem eſſe veram: ideò ad terminum æquiuocum non eſſet reſpondendum per diſtinctionem: nàm ſi dicerem canis currit, eſſet vera: nam ſenſus eſſet: Sydus cœleſte, vel piſcis marinus, vel animal latrabile currit.

12 Terminus æquiuocus non continet ſua ſignificata copulatiuè, prout copulatio cadit inter res ſignificatas: Probatur, nàm ad orationem, in qua poneretur terminus æquiuocus, non eſſet reſpondendum per diſtinctionem, ſed eſſet ſimpliciter vera, vel falſa: vera, ſi prædicatum conueniret omnibus ſignificatis: falſa verò, ſi vni non conueniret: nàm copulatiua eſt falſa, cuius vna pars eſt falſa.

K 13 Vox æquiuoca continet ſua ſignificata copulatiuè, prout copulatio cadit inter ſignificationes, vel actus ſignificandi. Patet: nàm canis ſignificat animal latrabile, & ſignificat piſcem marinum, & ſignificat Sydus cœleſte non vna, ſed diuerſis ſignificationibus.

14 Vox Aequiuoca ponit actu ſua ſignificata reſpectu prædicati: Ratio eſt, quia in termino æquiuoco ſunt actu plures ſignificationes, vel actu plures rationes ſignificandi: ergo in termino æquiuoco ſunt actu plura ſignificata. Vnde dicendo canis currit, denotatur, quod Sydus cœleſte currit, & piſcis marinus currit, & animal latrabile currit.

15 Vtens termino æquiuoco licet ſimul, & ſemel non poſſet vti pro pluribus ſignificatis; Illa tamen dictio eſt plurimum ſignificatiua.

L 16 Vox æquiuoca non poteſt contrahi per immediatè, vel mediatè adiunctum: Ratio eſt, quia contractio eſt determinatio alicuius communis, ſed in termino æquiuoco non eſt intellectus, ſeu conceptus communis omnibus ſignificatis, ſed ſola vox, quæ cum ſit ſingularis contrahi non poteſt.

17 Per accidens, & per quemdam diſcurſum ex immediatè adiuncto, poſſumus accipere terminum æquiuocum pro ſignificato: nàm audiens loquentē per terminum æquiuocum, percipit, ꝙ non intendit ſignificare, niſi vnum, ꝙ ſtatim agnoſcit, ſi determinatio ſit appoſita. vt ſi dicat albū in voce non delectat: Filius Mariæ loquitur: Symon Ioannis currit.

18 Per mediatè adiunctum non poſſumus de virtute ſermonis accipere terminū æquiuocū pro vno ſignificato, niſi ratione modi ſignificandi. Patet, quia ſi dicatur. Canna Romanorum ſanguine fluit plenus, illa dictio, plenus, quæ eſt mediatè adiūcta, non dat intelligere, quod (Canna) accipiatur pro flumine determi-
M nate, vel pro arundine de vi termini, ſed ratione modi ſignificandi: quia cū illa dictio, plenus, ſit generis maſculini, dat intelligere, quod canna accipitur pro fluuio, non pro arundine, quæ eſt generis fœminini.

19 Signū vniuerſale adueniens termino æquiuoco, non poteſt ipſum diſtribuere pro omnibus ſuppoſitis cuiuſlibet ſignificati vnica tantū diſtributione; Probatur, quia oībus illis ſola vox eſt cōis, quę cū ſit ſingularis diſtribui nō poteſt.

20 Si-

Digitized by Google

10 Signum vniuerſale adueniens termino æquiuoco, poteſt ipſum diſtribuere
pro omnibus ſuppoſitis cuiuſlibet ſignificati pluribus diſtributionibus: Ratio
eſt,quia ſi cadit diſtributio ſuper vno ſignificato,tunc cũ non ſola vox ſit cõ-
munis,ſed etiam natura, poteſt fieri diſtributio; & ſic ſuper quolibet ſignifi-
cato,alio,& alio actu diſtribuendi. vt omnis canis mouetur, ſic poteſt diſtri- N
bui: Omnis canis terreſtris mouetur: omnis canis marinus mouetur: omnis
canis cœleſtis mouetur.

11 In æquiuoco non fit comparatio:non enim animal latrabile eſt magis canis,
quam Sydus cœleſte.

12 In Aequiuocis non eſt contradictio:quia ſi dicas:canis currit: canis non
currit,non contradicunt:quia prima propoſitio erit vera de cane latrabili:ſe- O
cunda de Sydere cœleſti: niſi pro vno,& eodẽ ſignificato vtrobiq; ſumatur ca
nis:tunc enim iſtæ duę propoſitiones cõtradicunt:canis currit;canis nõ currit.

13 Omne æquiuocum prius eſt diſtinguendum,quam definiendum.

Propoſitiones de Vniuoco. Cap. III.

1 QVæ plurali numero enunciantur, habent aliquid commune vniuocum, P
quod tali nomine ſignificatur. vt duo alba viginti animalia: tres panes:
Decem prædicamenta:quinq; vniuerſalia:duodecim Apoſtoli, &c. In his om-
nibus,album,animal,panis,prædicamentum,vniuerſale,Apoſtolus, ſunt nomi-
na vniuoca,ad minus capiendo vniuocum largo modo. vt de illo in vniuerſa-
libus diximus.

2 Quæ numerantur,in quantum numerantur, habent aliquid cõe vniuocum,
ſuntq; eiuſdem rationis.vt Petrus,& Ioannes, ſunt duo homines: ſunt duo al-
ba:ſunt duo ſcientes.homo albũ,ſciẽs ſunt prædicata vniuoca Petro,& Ioanni.

3 Cõparatio fit in vniuoco,ſi illud magis,minusq; ſuſcipiat: vt Cignus eſt ma
gis albus pariete; Ignis calidior eſt aere.

4 Omnis comparatiui determinabile, ſiue omne determinabile per compara- Q
tiuum aduerbium,eſt commune vniuocum vtriq; extremo comparationis. vt
album eſt magis coloratum,quam pallidum, coloratum, quod eſt determina-
bile per illud comparatiuum aduerbiale magis, eſt commune vniuocum albo,
& pallido.

5 Quæcunq; comparantur,vt menſurata ad menſuram,& vt exceſſa ad exce-
dens in aliquo communi vniuoco conueniunt. vt homo eſt perfectius animal,
quam aſinus:& nix eſt albior lacte. Loquimur hic de menſura perfectionis.

6 Omnis intellectus certus de vno conceptu,& dubius de duobus;habet con-
conceptum illum,de quo eſt certus;alium,& vniuocum illis, de quibus eſt du
bius:vt, ſi ſciã quod Angelus eſt ſubſtantia,dubitem autem,an ſit corpus,an R
ſpiritus? ſubſtantia erit vniuoca corpori, & ſpiritui.

7 Quando aliqua ſic ſe habent, quod quicquid conuenit vni inquantum tale,
& conuenit alteri in quantum tale,illud,ſecundum quod conuenit, eſt vniuo
cum illis,quibus conuenit. vt homo,in quantum animal,eſt ſenſitiuus, & aſi-
nus in quantum animal eſt ſenſitiuus: animal ſecundum quod ſenſitiuum,con
conuenit homini,& aſino,eſt vniuocum homini,& aſino.

8 Quando aliqua ſic ſe habent, quod quicquid repugnat vni inquantum tale,
& re-

Digitized by Google

& repugnat alteri in quantum tale illud tale, eſt vniuocum illis. vt homini inquantum animal, repugnat inſenſibile, & aſino in quantum animal, repugnat inſenſibile: animal eſt vniuocum homini, & aſino.

9 Quando aliquid diuiditur per differentias diuiſiuas, vel per rationes formales, illud eſt commune vniuocum ipſis diuidentibus. vt ſubſtantia, alia eſt corporea, alia incorporea: ſubſtantia eſt vniuoca corporeo, & incorporeo.

S 10 Inter æquiuocum, & vniuocum largè ſumptum, non datur medium. Ratio eſt, quia vox, aut dicit eamdem rationem, vel non eamdem rationem. ſi eamdem, eſt vniuocum: ſi non eandem, eſt æquiuocum. Dicere autem eandem rationem, vel non eandem rationem, contradictoria ſunt, inter quæ non cadit medium.

Propoſitiones de Dominatiuis. Cap. IIII.

1 Denominatiuum, ſiue concretum accidentale, ex impoſitione ſolum ſignificat formam, non ſubiectum. Patet: nam album impoſitum eſt ad ſignificandam albedinem, non lignum, non cignum, non niuem, non aliud ſubiectum.

2 Concretum, & abſtractum idem ſignificant diuerſis ſignificandi modis:
T quia concretum ſignificat formam per modum alteri inhærentis, adiacentis, & informantis: abſtractum ſignificat formam per modum per ſe ſtantis; vt album, & albedo.

3 Concretum, & abſtractum connotant, ſiue dant intelligere ſubiectum: ſed concretum in recto, abſtractum in obliquo. Patet: nam album eſt res habens albedinem: albedo eſt forma rei habẽs albedinem.

Abſtractio duplex { Realis. / Rationis ſiue intellectualis. }

V Abſtractio realis eſt ſecundum quam, vel per quam vna res præter aliam exiſtit. vt animã ſeparata à corpore: qualis fuit anima Chriſti in triduo, & brachiũ à corpore præciſum, vel caput à buſto, vt in Sancto Dyoniſio, quod ad duo milliaria ſuis manibus geſtauit.

Abſtractio rationis, vel intellectualis eſt, qua vnum ab alio conſideratione intellectus præciditur, & ſeparatur.

Abſtractio intellectualis, ſiue rationis duplex { Præciſiua. / Diuiſiua. }

Abſtractio præciſiua eſt ſecundum quam, ſiue per quam in aliquo plures rationes includente aliqua illarum ſecundum ſeipſam ab intellectu, præciditur, ſiue concipitur alijs non intellectis, aut non perceptis, ſiue non conſideratis. vt in homine ſunt plures rationes, ſcilicet animalis, corporis, ſubſtantiæ; entis; poſſum concipere ens, non concipiendo ſubſtantiam: poſſum concipere ſubſtantiam non concipiendo corpus: poſſum concipere corpus non concipiendo animal, & animal non concipiendo hominem: ſed non contrà.

Abſtractio diuiſiua eſt qua aliquid ab aliquo ſeiungitur, ac ſeparatur intellectu diuidente, hoc eſt negante. vt ſi intellectus dicat: albedo non eſt in corpore,

vel

Digitized by Google

vel non eſt in Aethiope: Anima Petri regnat in Cælis ſine corpore; linea eſt ſine ſuperficie.

Abſtractio præciſiua duplex { Vltimata. / Non vltimata. }

Abſtractio vltimata eſt qua aliquid concipitur ſine omni illo, quod eſt extra omnem eius rationem formalem. Vt humanitas, quæ dicit ſolam, & puram naturam, & eſſentiam hominis, & nihil aliud. Z

Abſtractio non vltimata eſt, qua aliquid concipitur ſine illo, vel ſine aliquo, quod eſt quidem extra rationem eius formalem, non tamen ſine omni illo, quod eſt extra rationem eius formalem: vt albedo, quæ concipitur ſine ſubiecto, quod eſt extra rationem formalem albedinis: ſed adhuc albedo concernit propria indiuidua, ſcilicet hanc, & illam albedinem, quæ ſunt extrà rationem formalem, & extrà eſſentiam albedinis.

Propoſitiones de Abſtractione. Cap. V.

1 Abſtractio præciſiua conſiſtit in prima operatione intellectus, quæ eſt ſimplicium appræhenſio: vt quando concipio hominem, aut albedinem, aut quantitatem ſeorſum ab alijs. A a

2 In abſtractione præciſiua non eſt veritas, aut falſitas: Patet ex præcedente: nàm veritas, & falſitas propoſitionis conſiſtit in affirmatione, & negatione, quæ non reperitur in abſtractione præciſiua: & ſic intelligitur illud 2. phyſ. Abſtrahentium non eſt mendacium, ſ. abſtractione præciſiua.

3 Multa inſeparabilia ſecundum rem, ſeparantur ab intellectu, ſiue per intellectum abſtractione præciſiua: Patet: nam Petrus & homo ſunt idem re; tamen intellectus concipit hominem, non concipiendo Petrum: concipitquoque animal, non concipiendo hominem: concipit Deum, non concipiendo Patrem, Filium, aut Spiritum ſanctum.

Abſtractio fit tripliciter { A ſuppoſitis ſiue indiuiduis. / A ſuppoſitis, & à ſubiecto. / A ſubiecto, ſuppoſitis, & fundamentis. } A b

4 In ſubſtantijs vnica tantum fit abſtractio, nempe à ſuppoſitis tãtum: vt humanitas, quæ abſtrahitur à Petro, & Franciſco, cæteriſque hominibus particularibus.

5 In accidentibus abſolutis duplex fit abſtractio; vnà à ſuppoſitis, ſiue indiuiduis; alia à ſubiecto, prius à ſubiecto, deinde à ſuppoſitis. Vt natura albedinis, prius abſtrahitur à ſubiecto albo, & dicitur albedo; poſterius abſtrahitur ab hac, & illa albedine, & alijs ſuis indiuiduis, & dicitur albedeneitas, ſiue natura, aut eſſentia, aut quidditas, aut ratio formalis albedinis.

6 Abſtractio prius fit à magis extrinſeco, & magis extraneo, poſterius à minus extrinſeco, & minus extraneo: Hæc eſt cauſa, quare prius fit abſtractio à ſubiecto in accidẽtibus abſolutis, quàm à ſuppoſitis; quia ſubiectum eſt magis extrinſecum, & ſuppoſitum eſt minus extrinſecum eſſentiæ rei. A c

6 In accidentibus reſpectiuis triplex fit abſtractio: primò à ſubiecto, ſecundo

I à fun-

à fundamentis: tertio à ſuppoſitis, & indiuiduis: vt quidditas, ſiuè natura ſimilitudinis prius abſtrahitur à ſubiecto, quod dicitur ſimile; & dicitur ſimilitudo: ſecundo ab albedine, vel alia re, quæ eſt fundamentum ſimilitudinis: tertio ab hac, & illa ſimilitudine, & dicitur quidditas ſimilitudinis, ſiue pura, & nuda eius eſſentia.

Exemplum aptum poteſt eſſe de hoc concretò, (potens.) Potens enim concernit ſubiectum: vt ignem, qui eſt potens calefacere: à quo ſubiecto ſi fiat abſtractio, dicitur potentia: ſed potentia adhuc concernit fundamentum, nempè calorem: calor enim eſt potentia calefaciendi; concernit etiam ſua indiuidua, ſcilicet hanc, & illam potentiam. ſi ergo fiat abſtractio à calore, quod eſt fundamentum huius relationis, & eſt magis extrinſecum, & fiat abſtractio ab hac, & illa potentia, quæ ſunt indiuidua, & minus extrinſeca, quam fundamẽtum; dicitur potentialitas, quæ eſt vltimatum abſtractum, dicens, & ſignificans puram naturam, & quidditatem potentiæ.

Ad 8 Natura, ſiue quidditas vltimatè, abſtracta cuiuslibet rei, eſt tantum ipſa, & nil aliud: vt humanitas de ſe eſt tantum humanitas, non calida, non frigida, non ſana, non infirma, non in aliquo loco, nec extra locum, nec in intellectu, nec extra intellectum, non vniuerſalis, nec particularis, nec in actu, nec in potentia; ſed eſt tantum humanitas, & pura quidditas. Iſta enim omnia, quæ dicta ſunt, & alia conſimilia ſunt extrà rationem formalem eius, nec vllo pacto ad eius eſſentiam pertinent.

9 De natura vltimatè abſtracta nihil prædicatur, niſi in primo modo dicendi per ſe, aut in recto, aut in obliquo. In recto vt humanitas eſt ſubſtantia, eſt ens, quæ ſunt de intrinſeca ratione formali humanitatis. In obliquo, vt humanitas eſt ex animalitate, & rationalitate. Ratio huius propoſitionis eſt, quia quæ pertinent ad ſolam rationem formalem, ſunt illa, quæ conueniunt in primo modo dicendi per ſe.

10 Quandoque prædicatio vltimatè abſtracti de vltimatè abſtracto, vera eſt per identitatem ratione infinitatis, ſummæque ſimplicitatis, quæ infinitas eſt formaliter in vtroque extremo, aut in altero, idque aut actu, aut permiſſiuè: exemplum, in diuinis: Deitas eſt bonitas: vtrumque extremum eſt formaliter infinitum, & vtrumque eſt vltimatè abſtractum, & prædicatio eſt vera ratione infinitatis, quæ omnia identificat, ſic & ſumma ſimplicitas. Exemplum ſecundi. Deitas eſt paternitas: Deitas eſt formaliter infinita, paternitas verò ſolum eſt per identitatem infinita. Exemplum tertij, humanitas eſt entitas: humanitas eſt formaliter finita, ſed entitas eſt permiſſiuè infinita: poteſt enim ſtare cum finito, & cum infinito. Paternitas diuina dicitur vltimatè abſtracta, quia pater indiuinis non concernit, niſi ſuppoſitũ diuinum, vel hunc Deum, à quo cum paternitate abſtrahitur, vltimate abſtrahitur, facta abſtractione per nomina primarum intentionum.

Ae 11 Abſtractio diuiſiua fit in ſecunda operatione intellectus, quæ eſt affirmatio, vel negatio: quando negat, dicitur operatio diuiſiua: vt quando dicit, homo non eſt Aſinus: Albedo non eſt in corpore.

12 In abſtractione diuiſiua conſiſtit veritas, vel falſitas: Probatur quia, ſi negat, quod eſt negandum, erit veritas. vt ſi dicatur. Homo non eſt lapis: ſi verò negetur, quod negandum non eſt, falſitas erit: vt ſi dicatur homo non eſt rationalis.

Commu-

13 Commutans abſtractionem præciſiuam in diuiſiuam, commutat non mendacem in mendacem abſtractionem. Si enim quis ita ratiocinetur; concipitur albedo ſine ſubiecto, ergo albedo non eſt in ſubiecto, vel eſt ſine ſubiecto, non ſequitur; ſed eſt fallacia figuræ dictionis, vt ſuo loco dicetur.

De Analogo. Cap. VI.

Vox Analoga eſt, quæ primo vnum ſecundum prius, & poſterius participatum à pluribus, ſignificat: vel primo plura, quorum vnum ad aliud habet attributionem. Exemplum primi eſt (ſanum:) quod ſolam ſanitatem, ideſt quatuor humorum proportionem ſignificat; quæ ſanitas per prius in animali reperitur, vt in ſubiecto; poſterius in vrina, vt in ſigno, & in diæta, vt in conſeruante. Exemplum ſecundi eſt, ens, quod primo plures rationes formales ſignificat, vt rationem ſubſtantiæ, & rationem accidentis: accidens verò reductionem, & attributionem habet ad ſubſtantiam. A f

Propoſitiones de analogo.

1 Vox Analoga quantum eſt ex parte vocis, non mediat inter vniuocum; & æquiuocum, ſed ſemper eſt vniuoca, vel æquiuoca: Probatur: nam vel ſignificat vnam tantum rationem formalem à pluribus ſecundum ordinē participatam, & ſic vniuoca eſt: vel primo plures rationes formales, quarum vna ad aliam habet attributionem, & ſic æquiuoca eſt, vt patet ex eorum deſcriptionibus, vniuoci, ſcilicet, & æquiuoci.

2 Vox Analoga non poteſt ſignificare vnum per prius, alterum per poſterius: patet; quia ſi hoc fieri poſſet, aut eſſet ex parte vocis, aut ex parte imponentis, aut ex parte rei: Non ex parte vocis, quia vox, vt vox, nullam rem ſibi determinat: Non ex parte imponentis: quia imponens cùm ad placitum imponat, poteſt prius imponere vocem ei, quod eſt poſterius in re: Nō ex parte rei, quia licet res habeant ordinem inter ſe, non tamen habent ordinem, vt ſunt ſignificabiles: quia poteſt priùs concipi, quod eſt poſterius in re, & per prius per vocem ſignificari: vt ſi quis priùs concipiat accidens, quàm ſubſtantiam. A g

3 Non in voce ſignificante, ſed in rebus ſignificatis eſt analogia. Probatur ex præcedente. Vox etiam in ſignificando non habet ordinem: ſed res ſignificatæ habent ordinem inter ſe, ſi res ſignificatæ per vnam vocem ſint plures, ſi verò vna tantum ſit, erit ſecundum ordinem à pluribus participata.

4 Vox analoga per ſe poſita, ſtat pro modo famoſiori: Probatur, quia ſignificata terminorum probare non poſſumus, niſi ex vſu loquentium: ſic autem Auctores vtuntur, quando vox analoga eſt per ſe poſita: vt ſanum abſolutè ſumptum, ſtat pro ſano in animali.

5 Vox dicitur analoga, quia res analogiam habentes ſignificat.

Digitized by Google

Diuiſiones antepradicamentales, quæ eſt ſecunda pars antepradicamentorum. Cap. VII.

Ah Eorũ quę dicuntur quædã dicuntur { Cum complexione.
Sine complexione.

Id dicitur cum complexione, quod ex pluribus dictionibus eſt conſtitutum, quibus aliquod vnum non circumloquimur. Si enim pluribus vtimur ad vnum circumloquendum propter penuriam vocabulorum, illud re vera eſt incomplexum: vt corpus animatum; animal rationale.

Illud dicitur incomplexum, quod eſt ſimplex propoſitionis extremum, aut per quod aliquod ſimplex circumloquimur: Exemplum primi: vt homo, animal, &c. Exemplum ſecundi: vt corpus animatum, animal rationale.

Propoſitio.

COmplexa, vt complexa non reponuntur in prædicamento, ſed ſolum incõplexa: dixi, vt complexa, quia ſecundum partes ponuntur in prædicamẽto.

Secunda Diuiſio.

A i Eorum quæ ſunt, quædam {
Dicuntur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto: Genera, ſpecies, differentiæ prædicamẽti ſubſtãtiæ.
Sunt in ſubiecto, & non dicuntur de ſubiecto: Indiuidua omnium accidentium.
Dicuntur de ſubiecto, & ſunt in ſubiecto: Genera, ſpecies, differentiæ omnium accidentium.
Non dicuntur de ſubiecto, neque ſunt in ſubiecto: Indiuidua ſubſtantiæ.

Dici de ſubiecto eſt ſuperius per ſe prædicari de ſuo inferiori: Genera, ſpecies, & differentiæ.

Eſſe in ſubiecto, eſt eſſe in aliquo, ſicut in ſubiecto completo: & vltimato; vt ſunt accidentia.

Poteſt fieri ſecunda Diuiſio ad hunc modum.

Quæ dicuntur ſine complexione sũt. {
Subſtãtia { Vniuerſalis; dicitur de ſubiecto, nõ ẽ ĩ ſubiecto
Particularis: Nõ dicitur de ſubiecto, nec eſt in ſubiecto.
Accidens { Vniuerſale: ẽ in ſubiecto, & dicitur de ſubiecto.
Particulare: eſt in ſubiecto, non dicitur de ſubiecto.

De

De Regulis, quæ eſt Tertia pars Antepradicamentalis. Cap. VIII.

QVando alterum de altero prædicatur, vt de ſubiecto, quæcumque de eo quod prædicatur dicuntur, etiam de ſubiecto dicuntur: quod ſic intelligitur: quicquid prædicatur, vt ſuperius de ſuo per ſe inferiori, quæcunque de prædicato dicuntur, tamquàm ſuperiora de ſuo per ſe inferiori, eadem de ſubiecto dicuntur, vt ſuperiora de ſuo per ſe inferiori: tenet iſta regula per aliam maniſeſtiorem, & notiorem, quæ talis eſt.

Quicquid eſt ſuperius ſuperiore, eſt ſuperius inferiore.

Secunda Regula.

DIuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ: Diuerſa genera non ſubalternatim poſita ſunt diuerſa prædicamenta, aut diuerſorum prædicamentorum genera. Exemplum primi ſubſtantia, & qualitas. Exemplum ſecundi animal, & ſcientia. Sub alijs verbis hæc regula exprimitur. A K

Eſſentiæ prædicamentorum ſunt impermixtæ; Hoc eſt eſſentiales prædicamentorum prædicationes non ſunt promiſcuæ. Regula patet: nam terminus vnius prædicamenti, non dicitur eſſentialiter de termino alterius prædicamenti; Vnde ſicut ſubſtantia non eſt qualitas; ita nec animal eſt color: accidentaliter tamen poteſt dici, & prædicari: vt ſubſtantia eſt qualis: animal eſt coloratũ.

De Prædicamentis, quæ eſt ſecunda Pars principalis. Sectio Prima. Cap. I.

Prædicamentum dupliciter { Generaliſſimum / Coordinatio } vtrumq; pro { 1. Intentione. / 2. Intentione. } A I

Prædicamentum primo modo, ſiue generaliſsimum eſt, quod non habet aliquod ſuperueniens genus, vel quod cum ſit genus, non poteſt eſſe ſpecies, genera, ſpecies, & indiuidua infra ſe complectens.

Prædicamentum ſecundo modo eſt coordinatio generum, ſpecierũ, & indiuiduorũ ſecundum ſub, & ſupra, cuius extrema ſunt generaliſsimum, & indiuidua.

Rem poni in prædicamento, eſt rem concipi ab intellectu in ratione ſuperioris, & inferioris, generis, ſpeciei, & indiuidui.

Dyſticon ea continens, quæ in prædicamento non ponuntur.

Complexum, Conſignificans, Fictum, Polyſemos.

Vox

Vox logicæ, Deus, excedens, Priuatio, Parsq; .

Ponuntur in prædicamento quatuor.
- Directè: Genera, ſpecies, indiuidua.
- Indirectè; omnes differentiæ.
- Reductiuè: Paſſiones, proprietates, Principia, termini.
- Per accidens: priuationes, & negationes.

Regulæ quædam. Cap. II.

Am

1 Res primæ intentionis, finitæ, limitatæ, incomplexæ, principaliter ponuntur in prædicamento.

2 Rectus, & obliquus eiuſdem ſunt prædicamenti: vt homo, hominis, homini.

3 Actus, & potentia eiuſdem ſunt prædicamenti; vt calefaciens, & calefactiuum.

4 Concretum, & abſtractum eiuſdem ſunt prædicamenti: vt album, & albedo.

5 Principale, & caſus, ſiuè nomen, & aduerbium eiuſdem ſunt prædicamenti, vt iuſtum, iuſtè.

6 Tota coordinatio prædicamentalis, abſtrahit ab actuali exiſtentia: Res enim ſiue exiſtat, ſiue non, adhuc eſt in prædicamento: vt Cæſar, &c.

7 Res ſunt in prædicamento ſecundum eſſe cognitum, non ſecundum eſſe reale.

8 Prædicamenta ſecundum famoſam ſententiam numero, denario clauduntur. Vnde verſus.

1 2 3 4 5 6 Arbor, ſex, ſeruos, frigor, refrigerat, vſtos. 7 8 9 10 Ruri cras ſtabo, nec tunicatus ero.	Id eſt	Subſtantia, quantitas, Relatio, qualitas, Actio, Paſſio. Vbi, quando, ſitus, Habitus.

Prædicamenta inter ſe diſtinguuntur, à priori per modos intrinſecos, à poſteriori per modos prædicandi.

De ſubſtantia, quæ eſt primum Generaliſſimum Prædicamentum: ſectio ſecunda. Cap. I.

Ens dupliciter
- Rationis.
- Reale.
  - Infinitum, vt Deus Trinitas.
  - Finitum duplex
    - Subſtantia
    - Accidens.
    - Siue omnes creaturæ.

Subſtantia eſt id, quod per ſe exiſtit, non in alio, in qua accidentia recipiuntur, quæ ei inhærent.

An Subſtantia duplex
- Prima.
- Secunda.

Subſtantia prima eſt, quæ propriè principaliter, & maximè ſubſtat; vel quæ neq; dici-

dicitur de ſubiecto, neq; eſt in ſubiecto. vt ſunt omnia indiuidua ſubſtantiæ.

Dicitur, propriè, ad differentiam accidentium, quæ quodammodo ſubſtare dicuntur: vt ſuperficies colori, color ſimilitudini. Dicitur principaliter, ad differentiam ſecundarum ſubſtantiarum, quæ minus principaliter ſubſtant: Homo non eſt albus, niſi quia aliquis homo eſt albus. Dicitur tertiò maximè, ideſt pluribus modis ſubſtandi, accidentibus ſcilicet pluribus, & etiam, quia quodammodo primæ ſubſtantiæ ſubſtant ſecundis, non vt accidentibus, ſe vt ſuis ſuperioribus. Homo namq; dicitur ſubſtare omnibus ſuis ſuperioribus, non ſolum accidentibus: Vnde & prima ſubſtantia in ſuo prædicamento infimum tenet locum.

Secunda ſubſtantia eſt primæ ſubſtantiæ genus, aut ſpecies; In quibus generibus, & ſpeciebus ſunt primæ ſubſtantiæ; vt inferiora in ſuis ſuperioribus.

Differentia ſubſtantiæ eſt, quæ ſubſtantiæ partem formalem dicit, & ſignificat: vt rationale, animatum, corporeum, &c.

Subſtantiæ diuiſio in primam, & ſecundam, eſt diuiſio ſubiecti in accidentia, ſicut ſi diuideretur homo in album, & nigrum. Accipitur enim hoc in loco ſubſtantia pro prima intentione; prima autem, & ſecunda, ſunt ſecundæ intentiones, & accidentia intentionalia: ſicut ſi diceretur: ſubſtantia, alia eſt particularis, alia Vniuerſalis.

Subſtantiæ communitates, & Proprietates. *Cap. II.*

1 Commune eſt omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe. Patet, quia eſſe in ſubiecto eſt eſſe ſicut accidens in ſubiecto completo: Non eſſe autem in ſubiecto eſt proprium ſubſtantiæ ſecundo modo: quia conuenit omni, non ſoli.

2 Secundis ſubſtantijs, & earum differentijs ineſt vniuocè prædicari de primis. Prædicatur vniuocè, quod eſſentialiter prædicatur: Hoc autem nullo modo conuenit primis ſubſtantijs.

3 Prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid: ſignificare hoc aliquid eſt, ſubſtantiam ſingulari conceptu abſoluto, ſignificare. vt Petrus, Paulus, &c. licet enim A album ſignificet ſubſtantiam, non tamen conceptu abſoluto, ſed connotatiuo; quia principaliter ſignificat albedinem, ſecundariò ſubſtantiam, vel ſubiectum.

4 Subſtantia ſecunda ſignificat quale quid ſub appellationis figura. quale quid ſignificare eſt ſubſtantiam communi conceptu ſignificare: ſub appellationis figura, ideſt conceptu appellatiuo, appellatiuæq; qualitatis: ideſt conceptu pluribus conuenienti.

5 Subſtantiæ nihil eſt contrarium. Intelligitur contrarietate propriè dicta, quæ eſt repugnantia duarum formarum, virtute propria ſe circa idem ſubiectum expellentium. vt caliditas, & frigiditas.

6 Subſtantia ſubſtantiæ aduerſatur ſecundum qualitates: vt ignis, & aqua caliditate, & frigore.

7 Subſtantia non ſuſcipit magis, & minus mutatione diuiſibili: Recipiunt magis, & minus mutatione diuiſibili, quæcunq; ſucceſſiuè recipiunt intentionem, & re-

& remiſſionem, vel quæ plures partes perfectionales, ſeu plures perfectionis gradus, eodem loco, & ſitu ſe penetrantes ſucceſſiuè habent intrinſecè, non ſubiectiuè. Dicitur non ſubiectiuè; quia etiam ſubſtantia ſubiectiuè recipit eodem loco, & ſitu plures perfectionis gradus alterius formæ: vt puta caliditatis, vel frigiditatis, aut alterius: Caliditas verò, & frigiditas ſuſcipiunt magis, & minus intrinſecè, & tanquàm partes ſui.

Ap 8 Subſtantia ſuſcipit magis, & minùs mutatione indiuiſibili. Illud ſuſcipit magis, & minus mutatione indiuiſibili, quod in inſtanti productionis ſuæ, perfectius eſſe accipit, vel imperfectius. vt anima Chriſti, quæ ſecundum ſubſtantiam perfectior producta fuit, quam anima Iudæ, idq; ſecundum eſſe indiuiduale, non ſecundum eſſe ſpecificum, quod eſt inuariabile: eſſe autem indiuiduale habet gradus ſub eadem ſpecie; Ideo vnum indiuiduum poteſt fieri perfectius alio.

9 Vna ſubſtantia in ratione ſubſtandi eſt magis ſubſtantia, quam alia ſubſtantia: vt Petrus pluribus ſubſtat, quam homo; homo verò pluribus quam animal: & animal pluribus quam corpus, &c.

Aq 10 Subſtantiæ maximè proprium eſt, cùm vna, & eadem numero ſit, contrariorum, cum ſui mutatione ſuſceptiuam eſſe. Omnis enim ſubſtantia eſt vna numero, aut per ſe, vt prima ſubſtantia, aut ſecundario, vt ſecundæ ſubſtantiæ, quatenus ſunt in primis, cum quibus ſunt eadem res: vt homo cum Petro. Dicitur, cùm ſui mutatione, propter orationem, & opinionem, quæ recipiunt verum, vel falſum cum mutatione rei non ſui. Intelligitur etiam ſubſtantia ſuſcipere contraria, vt ſubiectum vltimatum, propter ſuperficiem recipientem colores, quæ non eſt ſubiectum vltimatum accidentis. Et ſi aliqua ſubſtantia ſit, quæ vnum tantùm contrarium ſibi determinet, vt ſol, qui ſibi lucem determinat, & ignis caliditatem, ideoq; nec ſol tenebreſcit, nec ignis frigeſcit: tamen quatenus ſol, & ignis ſubſtātiæ ſunt, Soli nō repugnat recipere tenebras, nec igni frigiditatem: ſicut ruſtico, quatenus homo eſt, non repugnat recipere ſcientiam, ſed repugnat ſibi quatenus ruſticus eſt, quia nimis natura rudis eſt, & hebes ingenio.

Propoſitiones quædam de ſubſtantia.
Cap. II I.

1 Differentia ſubſtantiæ non eſt per ſe, & directè ſubſtantia, ſed reductiuè tantum: probatur, quia non eſt prima ſubſtantia, cùm de ſubiecto prædicetur; nec ſecunda, quia nec genus eſt, neq; ſpecies: eſt igitur ſubſtantia reductiuè, nempè differentia ſubſtantiali pertinens ad eſſentiā ipſius ſubſtantiæ.

Ar 2 Partes ſubſtantiales ipſius ſubſtantiæ, materia ſcilicet, & forma, non ſunt per ſe, & directè ſubſtantia, ſed ſubſtantiæ compoſitæ eſſentiam conſtituunt, ac reductiuè in prædicamento reponuntur.

3 Partes integrales ſubſtantiæ, quæ ſibi conueniunt, quatenus eſt quanta, & extenſa, non ſunt per ſe, ac directè in prædicamento; patet, vt ſecunda propoſitio.

4 Subſtantia eſt æquiuocum ijs, quæ per ſe ſunt in prædicamento, differentijs, princi-

Digitized by Google

principijs eſſentialibus, & partibus integralibus.

5 Subſtantia eſt primum ens, præcedens omnia prædicata accidentalia: Probatur, quia ſubſtantia eſt ſubiectum omnium accidentium: ſubiectum autem præcedit quicquid in eo recipitur, & inhæreret.

6 Illud, quod non eſt ſubſtantia directè, nec reductiuè, non præcedit ſubſtantiam: ratio eſt, quia non poteſt illud eſſe, niſi accidens, aut nihil. Nullum iſtorum poſitiuè ſubſtantiam præcedit.

7 Principia intrinſeca ſubſtantiæ, partes etiam integrales, ſubſtantiam compoſitam præcedunt: principium enim eſt prius principiato: Partes ſunt priores toto, ac differentia eſſentialis eſt prior ipſo conſtituto ex genere, & differentia.

8 Corruptis primis ſubſtantijs, nihil aliorum remanet, quia cum primæ ſubſtantiæ ſint ſubiecta accidentium, corruptis ipſis, corrumpuntur etiam accidentia: ſecundæ quoq; ſubſtantiæ cùm in primis reperiantur, ſi primæ non ſint, nec ſecundæ eſſe poterunt. A 8

Poteſt etiam exponi in ſecundis intentionibus ſic: Prima, & ſecunda ſubſtantia ſunt relatiua, ergo deſtructis primis ſubſtantijs, deſtruentur ſecundæ, quia relatiua poſita, ſe ponunt, & perempta, ſe perimunt. Subiectum etiam, & accidens pro ſecundis intentionibus dicuntur relatiuè, ergo ſi deſtruatur prima ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum accidentium, deſtruetur etiam accidentia.

9 Corruptis primis ſubſtantijs, remanent tàm ipſæ, quàm ſecundæ ſubſtantiæ in eſſe quidditatiuo, ſimiliter, & accidentia: Ratio eſt, quia eſſe cognitum, & quidditatiuum abſtrahit ab actuali exiſtentia.

Digitized by Google

Diuiſio ſubſtantiæ, prout comprahendit Prædicamentalem, & Tranſcendentem. Cap. IV.

- Subſtãtia
  - Increata, Deus, Trinitas,
  - Creata
    - Incorporea vt intelligẽtiæ
      - Prima Hierarchia triplex Chorus.
        - Seraphim.
        - Cherubim.
        - Troni.
      - Secũda Hierarchia: triplex Chorus.
        - Dominationes.
        - Poteſtates.
        - Virtutes.
      - Tertia Hierarchia: triplex Chorus.
        - Principatus.
        - Archangeli.
        - Angeli.
    - Corporea
      - Simplex
        - Elementum
          - Ignis.
          - Aer.
          - Aqua.
          - Terra.
        - Cœlum
          - Immobile: Empyreum.
          - Mobile
            - Mouens alios.
              - Primũ mobile.
            - Motũ ab alio
              - Carens ſtellis: criſtallinum.
              - Habens ſtellas.
      - Mixta
        - Imperfectæ Impſſiones
          - Ignitę
          - Aereę
          - Aqueę
        - Perfectę
          - Nõviuẽtia
            - lapides
            - Gẽmę
            - metalla &c.
          - Viuentia
            - Vita plantæ
            - vita ſẽſitiua, & Brutali
            - vita itellectiua, etrõnali
  - Ex vtraq; conſtans.
    - Chriſtus.

- Plures firmamentum.
- Vnam
  - Cœlum Saturni
  - Cœlum Iouis
  - Cœlum Martis
  - Cœlum Solis
  - Cœlum Veneris
  - Cœlum Mercurij
  - Cœlum Lunæ.
  - (Septem Planetæ.)

Lauda Ceatorem
- Patrem omnipotentem
- Filium ſapientem
- Spiritum Sanctum Clemẽtem

De

Digitized by Google

De quantitate Sectio tertia. Cap. I.

Quantitas duplex
- Virtutis, tranſcendens, non prædicamentalis.
- Molis, limitata, prædicamentalis.

Quantitas virtutis eſt cuiuſlibet rei gradus perfectionis intrinſecus. Hac quantitate omne ens eſt formaliter, & intrinſecè quantum ſiue creatum, ſiue increatum. vt Magnus Deus, & laudabilis nimis: Magna medicina: Magna ſcientia. At

Ordo graduum perfectionis.		
1	Deus	15
2	Angelus	14
3	Homo	13
4	Anima rationalis	12
5	Brutum	11
6	Anima ſenſitiua	10
	Planta	9
8	Anima Vegetatiua	8
9	Cœlum	7
10	Mixta	6
11	Formæ mixtorum	5
12	Elementa	4
13	Formæ elementorum	3
14	Materia prima	2
15	Accidens.	1

Quantitas molis duplex
- Per ſe.
- Per accidens.

Quantitas per ſe eſt illud, quod habet partes integrales extenſionis, diſcretionis, ſucceſſionis, quarum vna eſt extra aliam.

Partes extenſionis, vt lignum: diſcretionis, vt Ternarius; ſucceſſionis, vt motus, & tempus.

Quantitas per ſe duplex
- Continua, cuius partes ad terminum communem copulantur.
- Diſcreta, cuius partes, ad nullum terminum communem copulantur.

Termini communes ſunt, punctus, linea, ſuperficies, inſtans temporis, momentum, ſiue mutatum eſſe in motu. A a

Quantitas continua duplex
- Permanens, cuius partes ad terminum communem copulatæ omnes ſunt ſimul.
- Succeſsiua, quæ habet partes inuicem ſuccedentes ſecundum prius, & poſterius, vt motus, & tempus.

Digitized by Google

Quantitas continua permanens triplex
- Linea, cuius partes ad punctum copulantur.
- Superficies: cuius partes ad lineam copulantur.
- Corpus: cuius partes ad ſuperficiem copulantur.

Quantitas continua ſucceſsiua duplex
- Motus: cuius partes ad momentum copulantur.
- Tempus: cuius partes ad inſtans copulantur.

Quantitas diſcreta duplex
- Numerus — Numerus æquiuocè triplex.
  - Numerans, vt anima
  - Numeratus, vt res numeratæ.
  - Numerus formalis quo numeramus.
- Oratio.

Numerus formalis eſt multitudo ex vnitatibus aggregata, vt binarius, &c.

Dicitur formalis, ad differentiam animæ, quæ eſt numerus numerans, quæ quantitas non eſt.

Numerus formalis duplex
- Tranſcendens: Multitudo ex vnitatibus aggregata.
- Prædicamentalis: Multitudo ex vnitatibus continui diuiſi accidentarijs aggregata.

A x Oratio eſt quantitas diſcreta, & diſtincti ſoni, ſyllabarum, ac dictionum diſtinctio ſecundum longum, breue, & anceps.

Exemplum iſtorum trium In medijs ſyllabis.

Tabula	Vnum tempus.
Natura	Duo tempora.
Baratrum	Modo vnum, modo duo.

Quantitas per accidens eſt forma in ſubiecto per ſe quanto accidentaliter extenſa. vt Albedo.

Superdiuiſio quantitatis per ſe.

Quantitas per ſe duplex
- Conſtans ex partibus poſitionem in continuo habentibus.
- Conſtans ex partibus poſitionem in continuo non habentibus.

Quantitas conſtans ex partibus poſitionem in continuo habentibus eſt, cuius partes alicubi in toto ſunt ſitæ, continuæ, & permanentes. vt linea, ſuperficies, Corpus.

Partes alicubi in toto ſunt ſitæ, quando de vnaquaq; earum aſſignari poteſt, vbi ipſa ſit in ordine ad ſuum totum. vt quod Caput ſupereminet collo, collum medium tenet locum inter caput, & pectus, &c.

A y Poſitio iſta dicit ordinem partium in toto, & eſt quædam quantitatis differentia accidentaria: Poſitio vero, quæ eſt prædicamentũ, dicit ordinem partium totius ad partes loci; de qua in prædicamento ſitus.

Quantitas conſtans ex partibus poſitionem in continuo non habentibus eſt, cuius partes alicubi non ſunt ſitæ in toto, aut non ſunt continuæ, aut non permanentes

nentes,vt numerus,oratio, motus, & tempus.

Partes tamen huius quantitatis ordinem habent inter ſe ſecundum prius, & poſterius.

Prima diuiſio quantitatis eſt per differentias formales: ſecunda per materiales: Probatur, quia vnius generis vna tantùm eſt prima diuiſio per duas formales differentias, poteſt tamen idem genus per alias differentias materiales, alia diuiſione diuidi: quod non eſt inconueniens, immò neceſſarium; Nàm diuiſione formali corpus diuiditur per animatum, & inanimatum: At diuiſione materiali diuiditur per corruptibile, & incorruptibile. Diuiſio ſecunda quantitatis eſt per differentias materiales penes partes quantitatis, quæ ad materiam pertinent.

Proprietates quantitatis. *Cap. II.*

1 QVantitati nihil eſt contrarium, vt bicubitum tricubito: ſi objicias de magno,& paruo,iſta non ſunt quantitates; ſed reſpectus.

2 Quantitas non ſuſcipit magis, & minus, non enim intenditur, aut remittitur: ſuſcipit maius,& minus, cùm augumentum,& decrementum ſuſcipiat. A 2

3 Quantitas eſt id,ſecundũ quod aliquid natum eſt eſſe æquale, aut inæquale.

Aequalitas eſt rerum differentium eadẽ quantitas. vt bicubitum,& bicubitum: decem, & decem. Eadem autem intelligitur eiuſdem ſpeciei, eiuſdemq; denominationis.

Inæqualitas eſt rerum differentium diuerſa quantitas; diuerſa ſcilicet ſpecie, & diſſimilis denominationis. vt bicubitum, & tricubitum; Ternarius, & Quinarius.

Aequalia ſunt quanta eandem ſpecie quantitatem habentia.

Inæqualia ſunt quanta diuerſam ſpecie quantitatem habentia.

Propoſitiones quædam de quantitate. *Cap. III.*

1 RAtio eſſentialis quantitatis eſt habere partes integrales, & quantitatiuas.

2 Quantitas omnis eſt diuiſibilis in partes eiuſdem rationis: Iſta eſt prima paſsio quantitatis ſecundum ſe conſideratæ,non in ordine ad aliud: nàm quælibet in partes quas habet,eſt diuiſibilis,continue, in continuas, diſcreta,in diſcretas.

3 Finitum, & infinitum quantitati congruunt: Iſta eſt ſecunda paſſio quantitatis præſupponens præcedentem; non enim finita eſſe poſſet, niſi eſſet diuiſibilis in partes.

4 Quãtitati molis cõgruit finitas actualis,& infinitas potẽtialis: nã quantitas molis,actu infinita non datur, nec ſecundum probatos auctores dari poteſt.

5 Quantitati virtutis congruit infinitas actualis. Deus enim habet quantitatem virtutis actu infinitam comprehendens totum eſſe: Vnde Pelagus ſubſtantiæ infinitum appellatur.

6 Quan-

Digitized by Google

6 Quantitas continua eſt infinita in potentia ſecundum diuiſibilitatem in partes eiuſdem proportionis: vt ſi lignum diuidatur in duas partes æquales, & illæ partes in duas æquales, & rurſus iſtæ in duas æquales, & ſic ſemper in infinitum.

7 Partes eiuſdem proportionis ſunt, quæ habent eandem proportionem, non quantitatem.

8 Quantitas continua non eſt diuiſibilis in infinitum ſecũdum partes eiuſdem quantitatis, ſed terminum habet. Partes eiuſdem quantitatis ſunt quæ habent eandem quantitatem.

9 Multitudo eſt infinita in potentia ſecundum additionem: Numerus enim poteſt in infinitum augeri per additionem vnitatum,

10 Actus diuiſibilitatis eſt diuidi, non diuiſum eſſe.

11 Omnis quantitas finita eſt æqualis, vel inæqualis: nam æqualitas, & inæqualitas ſunt paſsiones quantitatis finitæ. In infinito enim non eſt æqualitas, vel inæqualitas.

12 Quantitati conuenit ratio menſuræ: quæ paſsio primo conuenit numero, ſecundariò verò quantitati continuæ.

Quantitas duplex.
- Tranſcendens ſiue perfectionis
- Limitata duplex.
  - Per ſe. duplex.
    - Cõtinua duplex.
      - Permanẽs triplex.
        - Linea.
        - Supficies
        - Corpus.
        - Ex partibus habẽtib. poſitionẽ.
      - Succeſsiua duplex.
        - Tempus
        - Motus.
        - Ex nõ habẽtib. poſitionem.
    - Diſcreta duplex.
      - Numerus
      - Oratio.
      - Ex non habentibus poſitionem.
  - Per accidens. Vt albedo, quæ quantitate ſubiecti dicitur eſſe quanta.

De Relatiuis. Sectio Quarta.
Cap. I.

B 2 Relatio eſt ens ad aliud: vel ſic: Relatio eſt habitudo inter duo extrema. Probatur prima deſcriptio; quia omne ens, vel eſt ad ſe, vel ad aliud: Relatio non eſt ad ſe, ergo eſt ens ad aliud. Secunda declaratur. Relatio eſt ratio referendi vnum ad aliud: quæ autem referuntur, extrema relationis appellantur: vt ſimilitudo, paternitas, ſeruitus, adoratio, ſunt rationes referendi.

Relatiuum eſt illud, cuius eſſe eſt, ad aliud ſe habere: vt pater, filius, ſeruus.

Extrema Relationis duo.
- Fundamentum.
- Terminus.

Terminus eſt illud, ad quod ipſa relatio terminatur: Cum enim relatio ſit ens ad

ad aliud, illud ad quod eſt ipſa relatio, terminus relationis appellatur.

Fundamentum relationis, & eius ſubiectum differunt. Bb

Subiectum relationis eſt illud, quod ipſa relatione refertur: vt Franciſcus ſimilis Ieſu Chriſto, Frãciſcus eſt ſubiectum ſimilitudinis, Ieſus Chriſtus eſt terminus.

Fundamentum relationis eſt illud, quod eſt ratio, quare, vel ob quam relatio, qua ſubiectum refertur, eſt in ipſo ſubiecto: vt Obedientia, paupertas, Charitas, manſuetudo in Franciſco; ob quas ipſe Franciſcus eſt Ieſu Chriſto ſimilis.

Fundamentum inter ſubiectum, & relationem medium locum occupat: vt Frãciſcus obedientia, ſimilitudo ad Chriſtum: Franciſcus eſt ſubiectum; obedientia. Fundamentum, ſimilitudo ad Ieſum Chriſtum eſt relatio: Ieſus Chriſtus terminus eſt illius ſimilitudinis.

Subiectum, & fundamentum, aliquando re, aliquando ratione, diſtinguuntur. Re; vt Franciſcus, & eius obedientia, paupertas, &c. qua eſt ſimilis Chriſto: Ratione: vt obedientia Franciſci: quæ dicitur ſimilis obedientiæ Chriſti, eſt ſimul ſubiectum, & fundamentum ſimilitudinis. Ipſa tamen obedientia quatenus eſt ſubiectum illius ſimilitudinis differt ratione à ſeipſa, quatenus eſt fundamentum: nam aliud eſt obedientia, aliud natura obedientiæ; Obedientia in hoc exemplo eſt ſubiectum, natura eius, ſiue eſſentia, fundamentum eſt. Duæ autem obedientiæ ſimiles ſunt, quia ſunt eiuſdem rationis, & naturæ, licet vna ſit longe maior, & perfectior alia. idem dic de paupertate, manſuetudine, &c.

De Proprietatibus Relationis. Cap. II.

1 RElatiua ſuſcipiunt magis, & minus: ſimile enim magis, minuſque ſimile poteſt eſſe. Non tamen omnia relatiua ſic ſe habent.

Relatiua magis minuſue ſuſcipiunt ratione fundamenti, vel Termini.

Non ſemper quando fundamentum, & terminus ſuſcipiunt magis, relatiua ſuſcipiunt magis; nec quando minus, minus; ſed quandoque magis, quandoque minus.

Quando extremum excedens intenditur, aut augetur: extremum verò exceſſum remittitur, aut diminuitur, ſi fundamenta ſint eiuſdem rationis, relatiua ſuſcipiunt minus; Si verò excedens diminuatur, exceſſum augeatur ſuſcipiunt magis.

Exemplum eſt. Ponamus ita eſſe, quòd Franciſcus ſit ſimilis Dominico ſecundum charitatem, aut ſcientiam, ſed maior charitas, ſit in Franciſco: minor in Dominico: ſi charitas Franciſci augeatur, & charitas Dominici diminuatur, Franciſcus, & Dominicus erunt minus ſimiles, quàm prius: Si verò Charitas Dominici, quæ minor erat, augeatur, intendaturque, ſed charitas Franciſci, quæ maior erat diminuatur, aut remittatur; tunc Franciſcus, & Dominicus erunt magis, quàm prius ſimiles. Bc

Si extremum excedens augeatur: extremum verò exceſſum in eodem gradu conſiſtat, & fundamenta ſint eiuſdem rationis, & naturæ: Relatiua ſuſcipiunt minus: ſi verò excedens in eo gradu perſiſtat, ſed exceſſum augeatur: Relatiua ſuſcipiunt magis. Patet exemplo præcedenti.

Si Relationis extrema æqualia fuerint, & eiuſdem rationis, ſi vtrumque

æqua-

æqualiter augeatur, aut diminuatur; Relatiua nec magis, nec minus ſuſcipient: vt ſi dentur duo alba, vt tria, ideſt vtrumq; tres gradus habeat albedinis; ſi vtrumque fiat album, vt quatuor, aut duo, illud per inteuſionem, hoc per remiſsionem: æqualiter erunt ſimilia, vt priùs, licèt nō ſint alba in eodem gradu quo prius, ſunt tamen æqualiter alba.

Si Relationis extrema æqualia fuerint, & eiuſdem rationis, ſi alterum illorum tantùm augeatur, aut diminuatur: Relatiua ſuſcipiunt minus: vt ſi dentur duo alba, vtrumque vt quatuor, ſimilia ſunt, at ſi alterum illorum tantùm augeatur, vel diminuatur, vt puta ſi fiat album, vt quinque, vel vt tria, ſuſcipient minus: non enim ſunt ampliùs, æqualiter alba in eodem gradu.

Si relationis extrema fuerint alterius rationis, ſiue æqualia, ſiue inæqualia in ſuis gradibus, ſi quantum alterum illorum augeatur, tantum alterum proportionaliter diminuatur: vel quantum alterum diminuitur, tantum alterum proportionaliter augeatur: Relatiua, minus, aut magis, nullatenus ſuſcipient. Patet, exemplo de Auaro, & Liberali; Obedienti, & Inobedienti: Albo, & Nigro: ſemper enim æqualiter diſsimilia erunt.

Si Relationis extrema eiuſdem, aut alterius rationis, æqualia, vel totidem graduum fuerint, ſi æqualiter intendautur, aut æqualiter remittantur: Relatiua non ſuſcipient magis, & minus. Patet exemplis ſupradictis.

Si extrema Relationis fuerint alterius rationis, ſ& æqualia, ſi alterum illorū intendatur, altero in eodem gradu permanente: Relatiua ſuſcipient magis. Exemplum eſt de duobus, quorum vnum eſt album in quatuor gradibus, alterum nigrum ſimiliter in quatuor gradibus, diſsimilia ſunt: at ſi vuum illorum intendatur, vt ſi album fiat, vt quinque, aut nigrum fiat, vt quinque erunt magis, quàm prius diſsimilia. At ſi alterum remittatur ſuſcipient minus.

Si Relationis extrema fuerint alterius rationis, & inæqualia, quodcumque illorum ſiue excedens, ſiue exceſſum augeatur: Relatiua ſuſcipient magis: ſed quodcumque eorumdem remittatur, aut diminuatur, ſuſcipient minus. Exemplo ſint album, vt quatuor, & nigrum, vt quinque.

Inæquale ad cremeutum, vel decrementum quantitatis ſuſcipit magis, & minus.

Ipſum quoque maius, & minus ad crementum quantitatis, aut decrementum ſuſcipit magis, & minus: vt linea bicubitalis eſt maior linea cubitali; ſed ſi bicubitalis fiat tricubitalis, erit multo maior, quàm prius.

Iſtæ duæ propoſitiones intelligunrur, non ſolùm de quantitate molis, ſed etiam de quantitate virtutis, & perfectionis.

Bd Nullum relatiuum ſuſcipit per ſe magis, aut minus, ſed ex accidenti ſolum, non ratione ſui, ſed alterius, nempe, vt diximus ratione fundamenti, vel termini.

2 Omnia Relatiua dicuntur ad conuertentiam. Relatiua dici ad conuertentiam eſt quodlibet ipſorum de ſeipſo cum obliquo ſui correlatiui verificari: vt Pater filij Pater: Filius Patris filius.

3 Relatiua ſunt ſimul natura: Relatiua eſſe ſimul natura eſt, alterum eorum ſine altero eſſe non poſſe. Vnde Relatiua poſita ſe ponunt, & perempta ſeperimunt. Deſtructo vno relatiuorum, deſtruitur alterum: Poſito vno, ponitur alterum.

4 Cognito altero relatiuorum determinatè, determinatè cognoſcitur alterum:

rum : Cognito Patre, cognoſcitur filius.

Relatiuum definitur per ſuum fundamentum in recto, & per fundamentum ſui correlatiui in obliquo; non autem per ſuum correlatiuum, loquendo de definitione propriè dicta : quia definientia debent eſſe priora definito; correlatiuum autem eſt ſimul natura cum ſuo correlatiuo.

Vt ſi quis definire velit Patrem, & Filium, dicet, Pater, eſt animal producẽs ſibi ſimile in ſpecie, in natura ſenſitiua, vel intellectiua. Filius eſt animal productum à ſibi ſimili in ſpecie, in natura ſenſitiua, vel intellectiua.

Habitudo ad terminum eſt eſſentialior relationi, quam habitudo eius ad fundamentum. Habitudo enim ad terminum ponitur in definitione relationis : vt cum dicimus, Relatio eſt ens ad aliud : non autem habitudo ad fundamentum.

De multiplici Relationum Diuiſione. Cap. III.

Relatio duplex { Secundum eſſe. Cuius eſſentia eſt habitudo ad aliud : vt Pater Paternitas.
Secundum dici. Cuius eſſentia eſt ad ſe, includens tamẽ reſpectum ad aliud : vt ſcientia. B e

Quando nomen relatiui à natura reſpectus, quem principaliter importat, eſt impoſitum, eſt relatiuum ſecundum eſſe : quando verò à natura alterius prædicati non à natura reſpectus, eſt relatiuum ſecundum dici.

Exemplum primi eſt pater : Exemplum ſecundi eſt ſcientia, quæ eſt de genere qualitatis.

Quando relatiuum ſecundum ſuum eſſe eſt in prædicamento ad aliquid, eſt relatiuum ſecundum eſſe : vt pater formaliter acceptus; quando verò ſecundum eſſe ſuum eſt in alio prædicamento abſoluto, eſt relatiuum ſecundum dici : vt ſcientia, quæ eſt in prædicamento qualitatis, dicit tamen reſpectum ad ſcibile : Huiuſmodi ſunt, viſio, auditio, guſtus, tactus, olfactus, imaginatio, cogitatio, phantaſiatio, recordatio, reminiſcentia, intellectio, cognitio, volitio, amor, odium, & conſimilia : Materia quoque, & forma, & ſubiectum.

Nulla relatio, ſecundum dici, eſt relatio; ſicut homo mortuus non eſt homo. Scientia enim qualitas eſt, non relatio : materia prima eſt materia, & pars ſubſtantialis, non relatio : ſimiliter forma rerum naturalium.

Relatio ſecundum eſſe duplex. { Realis. Rationis. B f

Relatio realis eſt relatio, quæ inter extrema realia, ac realiter diſtincta ex natura rei inſurgit. Vt ſimilitudo inter duo alba.

Relatio rationis eſt relatio, quæ non ex natura rei, ſed per actum intellectus, extrema inter ſe, vel idem ad ſe ipſum comparantis, inſurgit : vt dextrũ, & ſiniſtrum in columna.

Relatio realis duplex { Aptitudinalis. Actualis.

Relatio aptitudinalis eſt naturalis rei inclinatio ad aliquid, cuius terminus

eſt in potentia : vt riſibilitas,quæ eſt aptitudo ad riſum, qui riſus eſt terminus in potentia reſpectu huius aptitudinis.

Relatio aptitudinalis eſt idem realiter cum re,cuius eſt aptitudo.

Relatio actualis eſt,cuius extrema,fundamentum,ſcilicet, & terminus ſunt in actu : vt ſimilitudo inter duo alba.

Relatio Actualis duplex { Intrinſecus adueniens. / Extrinſecus adueniens.

Relatio intrinſecus adueniens eſt, quæ poſitis, fundamento, & termino in quacumque diſtãtia,neceſſariò inſurgit:vt ſimilitudo poſitis duobus albis vbicumque ; & in quacumque diſtantia parua,mediocri, & maxima.

Relatio extrinſecus adueniens eſt quæ poſito fundamento,& termino in quacũq; diſtantia, aut propinquitate,non neceſſariò ſequitur : vt calefactio, vel combuſtio,poſito igne,tamquam agente, & ſtuppa tamquam paſſo, non neceſſariò ſequitur ; quia quantumcumque approximata fuerint, poteſt ſaltem per potentiam diuinam actio ſuſpendi: vt patet de tribus pueris in fornace poſitis.

Relatio intrinſecus adueniens, non poteſt tolli, aut ſuſpendi, poſitis fundamento,& termino, per potentiam diuinam. Poſitis enim duobus albis, non fieri poteſt, quin illa ſimilia ſint.

Relatio extrinſecus adueniens poſitis fundamento, & termino, etiam debitè approximatis, poteſt tolli, & ſuſpendi per potentiam diuinam. Patet de tribus pueris in camino ignis ardentis.

Relatio intrinſecus adueniens duplex { Eadem realiter fundamento. / Diſtincta realiter.

Relatio actualis intrinſeca eadem realiter fundamento eſt,cuius fundamento repugnat eſſe ſine termino relationis: vt dependentia creaturæ ad Deum eſt eadem realiter cum creatura, quæ creaturæ ſimpliciter repugnat eſſe ſine Deo, qui eſt terminus illius dependentiæ.

Relatio Actualis intrinſeca realiter à fundamento diſtincta eſt, cuius fundamentum poteſt eſſe ſine termino relationis : vt duo Alba, quæ ſimilia ſunt ſic ſe habent, quod vnum poteſt eſſe ſine altero : ideò ſimilitudo inter ipſa erit relatio, realiter à fundamento diſtincta.

Superdiuiſio Relationis prima.

B g Relatio duplex { Aequiparantiæ. / Diſquiparantiæ.

Relatio æquiparantiæ eſt illa, cuius fundamentum fundamento alterius adæquatur.

Fundamentum fundamento adæquari eſt, illa eſſe eiuſdem rationis : vt Albũ, & Album ſunt fundamenta ſimilitudinis,& bicubitum, & bicubitũ æqualitatis.

Relatio diſquiparantiæ eſt illa,cuius fundamentum naturali ordine fundamento alterius ſuperponitur. Exemplum eſt de potẽtia actiua, quæ ſuperponitur paſſiuæ, paſſiua verò ſupponitur actiuæ. Duplum ſuperponitur dimidio, dimidium ſupponitur duplo.

Relatio Diſquiparantiæ duplex { Superpoſitionis. / Suppoſitionis.

Rela-

Relatio ſuperpoſitionis ea eſt, cuius fundamentum fundamento alterius relationis naturali ordine ſuperponitur: vt relatio dupli ad dimidium: Patris ad filium, Domini ad ſeruum.

Relatio ſuppoſitionis ea eſt, cuius fundamentum fundamento alterius relationis naturali ordine ſupponitur: vt relatio dimidij ad duplum, ſerui ad Dominum, Diſcipuli ad Magiſtrum.

Superdiuiſio Secunda.

Relationes duplices { Oppoſitæ.
Diſparatæ.

Relationes diſparatæ ſunt illa, quorum fundamenta formaliter, non ſubiectiuè diſtant; neq; ordine naturali ſe mutuò aſpiciunt: vt ſimilitudo, & æqualitas. B h

Diſparatio eſt diuerſitas informis: vt quantitas, & qualitas.

Fundamenta relationum diſtare formaliter, eſt, illa eſſe alterius, & alterius rationis, ſiue diuerſarum formarum: vt Albedo, & quantitas.

Nō diſtare ſubiectiuè eſt, eſſe, vel poſſe eſſe ſimul in eodem ſubiecto: vt qualitas, & quantitas; Albedo, & ſuperficies: Phyſica, & Muſica. Idem enim ſubiectū poteſt eſſe ſimul quantum, & quale: Phyſicum, & Muſicum.

Relationes oppoſitæ ſunt illæ, quæ quoddam ordine naturali ſe mutuò aſpicientes, ſubiectiuè diſtant: vt Pater, & filius, paternitas, & filiatiō: quæ alio nomine correlationes in abſtracto, correlatiua in concreto nuncupantur, nec vmquam in eodem ſubiecto, prout opponuntur, poſſunt eſſe.

Superdiuiſio Tertia.

Relatio duplex { Tranſcendens.
Limitata ſiuè prædicamentalis.

Relatio tranſcendens eſt, quæ ſuper rem vnius prædicamenti determinatè non fundatur: vt creatio paſſiua. B i

Relatio limitata eſt, quæ ſuper rem vnius prædicamenti determinatè fundatur: vt æqualitas, ſimilitudo, paternitas.

Omnis relatio realis, limitata, Actualis, realiter à fundamento diſtincta, intrinſecus adueniens, ponitur in prædicamento ad aliquid.

De tribus modis Relatiuorum. Cap. IV.

Modi relatiuorum penes relationum fundamenta ſumuntur.

Modi relationum tres { Quædam fundantur ſuper vnum, & multa.
Quædam ſuper potentiam actiuam, & paſſiuam.
Quædam ſuper menſuram, & menſurabile.

Primus modus relatiuorum amplectitur eas relationes, quæ fundantur ſuper vnum, & multa, ſiue ſuper numerum.

Relationes primi modi fundatæ ſuper vnū, ſunt idētitas, ſimilitudo, & æqualitas.

B K Identitas eſt relatio primi modi fundata ſuper vnum de genere ſubſtantiæ: vt identitas Dominici, & Franciſci in homine, qua dicuntur eſſe idem in ſpecie.

Similitudo eſt relatio primi modi fundata ſuper vnum de genere qualitatis: ſimilia enim dicuntur, quæ habent eamdem qualitatem ſpecificam.

Aequalitas eſt relatio primi modi, fundata ſuper vnum de genere quantitatis: vt bicubitum, & bicubitum. Aequalia enim habent eandem ſpecie quantitatem.

Relationes primi modi fundatæ ſuper multa, ſiue ſuper numerum, ſunt diuerſitas, diſſimilitudo, inæqualitas.

Diuerſitas eſt relatio primi modi fundata ſuper multa de genere ſubſtantiæ: vt diuerſitas hominis, & Aſini, qui diuerſarum ſunt ſubſtantiarum.

Diſsimilitudo eſt relatio primi modi fundata ſuper multa de genere qualitatis: vt diſsimilitudo albi, & nigri.

Inæqualitas eſt relatio primi modi fundata ſuper multa de genere quantitatis: vt dupli, & dimidij inæqualitas.

Si ſumatur ſubſtantia pro eſſentia cuiuslibet rei: qualitas pro differentia eſſentiali, & quantitas pro quantitate perfectionis, tunc omnes relationes primi modi in omnibus prædicamentis, & in rebus omnibus reperiuntur. Vnde ſequitur iſta famoſa propoſitio.

Omne ens omni enti comparatum, eſt idem vel diuerſum; ſimile, vel diſsimile: æquale, vel inæquale.

De ſecundo modo Relatiuorum.

SEcundus modus relatiuorum eas relationes amplectetur, quæ fundantur ſuper potentiam actiuam, & paſsiuam.

B I Potentia actiua eſt principium tranſmutandi aliud, vel in quantum aliud: vt frigiditas in aqua, eſt principium tranſmutandi manum ad frigiditatem, quæ manus eſt alia res ab aqua, & frigiditate: Eadem quoque frigiditas eſt principiũ tranſmutandi eandem aquam ad maiorem frigiditatem, vel ſaltem forma ſubſtantialis aquæ, eſt principium tranſmutandi ipſammet aquam ad frigiditatem, remoto calefaciente; tunc aqua tranſmutans ſe ad frigiditatem, non tranſmutat aliud, ſed in quantum aliud: tranſmutat enim ſe vt agens, tranſmutatur, vt patiens.

Potentia paſſiua eſt principium tranſmutãdi ab alio, vel à ſe in quantum ab alio. Patet per oppoſitum ex præcedenti.

Potentia actiua, & paſſiua, ſunt entia abſoluta, non reſpectiua: probatur, quia reſpectus ſunt de numero ſterilium, nec poſſunt quicquam producere, vel recipere.

Pro formali tamen dicunt reſpectum potentialitatis; at pro fundamentis ſumptæ neceſſariò, ſunt res abſolutæ.

Omnes relationes producentis, & producti ſunt de ſecundo modo relatiuorum: vt ſunt Pater, & filius; gignens, & genitum: calefactiuum, & calefactibile: Sectiuum, & ſectibile: Intellectiuum, & intelligibile: Sanatiuum, & ſanabile: Senſitiuum, & ſenſibile.

Omnes relationes dicentes priuationem potentiæ, ſunt in ſecundo modo relatiuorum: vt Impoſſibile, impaſſibile: Inuiſibile: indiſciplinabile.

De

De Tertio modo Relatiuorum.

Tertius modus Relatiuorum complectitur omnes relationes, quæ fundantur ſuper menſuram,& menſurabile;perfectum,& imperfectum,ſiue diminutũ.

Menſura hic accipitur,pro menſura perfectionis, & imitationis.

Menſura perfectionis eſt illud,quod cæteris eſt perfectius, quæ ſecundum maiorem, vel minorem acceſſum ad ipſum, vel receſſum ab ipſo, perfectiora, & imperfectiora dicuntur.

Vt Deus in genere entium eſt menſura omnium: Lucifer in generè ſubſtantiarum: Homo in genere animalium: vnde famoſa propoſitio. In vno quoque genere eſt vnum primum, quod eſt metrum,& menſura omnium exiſtentium in illo genere.

Menſura imitationis eſt illud, quod alia imitantur, eique quantum fieri poteſt, aſſimilantur: vt ſcientia noſtra, & cognitio imitatur, ideſt exprimit obiectum ſcibile,& illi quantum poteſt, naturaliter aſſimilatur. Similiter omnes Creaturæ imitantur Deum,illique aſſimilantur,quædam magis,quædã verò minus.

Menſurabile dicitur omne imperfectius reſpectu perfectioris, cui quantum fieri poteſt, aſſimilatur: vt ſcientia, cognitio, ſenſatio; ſcibili, cognoſcibili, ſenſibili. ſcientia, cognitio, ſenſatio ſunt menſurabile: ſcibile verò, cognoſcibile, ſenſibile, ſunt menſura.

Omne ens,quod in quolibet genere eſt primum perfectione, habet rationem mẽſuræ reſpectu aliorum illius generis: alia verò habent rationẽ menſurabilis.

Scientia Diuina eſt menſura omnium ſcibilium creatorum: ipſa verò ſunt menſurabilia: ſcientia enim diuina eſt cauſa ipſorum.

Omnia ſcibilia naturalia, vt diſtinguuntur contra artificialia; ſunt menſura ſcientiæ noſtræ: ſcientia verò noſtra eſt menſurabilis: nàm ſcientia noſtra ab illis cauſatur,& illis aſsimilatur.

Scientia practica noſtra eſt menſura rerum artificialium; res verò artificiales, ſunt menſurabiles: nam cauſantur à ſcientia practica factiua, & ſcientiam mente artificis præexiſtentem imitantur, ac repræſentant, illique pro virili ſua aſsimilantur.

Omnia ſenſibilia ſunt menſuræ ſenſationum, ſenſationes verò ſunt menſurabiles.

De iſtorum modorum differentia.

Differunt iſti tres modi inter ſe: quia
- Relationes primi modi præcisè fundantur ſuper quantitatem, ſ. ſuper vnitatem,aut multitudinem.
- Relationes ſecundi modi fundantur ſuper principia agendi,& patiendi.
- Relationes tertij modi fundãtur in omni re cuiuſcumque generis, etiam ſuper eſſentiam,& ſcientiam Diuinam.

B 2

Rurſus

Digitized by Google

Rurſus relationes triplici modi differunt à duobus primis: quia in illis eſt relatio mutua, & realis in vtroq; extremo: ſed in tertio modo non eſt relatio mutua, & realis in vtroq; extremo: ſed in menſurabili eſt realis; in menſura, eſt rationis.

1 Relatio duplex
- Secundum dici.
- Secundum eſſe.
  - Rationis.
  - Realis
    - Actualis
      - Eadẽ fundamẽto.
      - Diſtincta fundamento.
    - Aptiudinalis

Item Actualis duplex
- Extrinſecus adueniens
- Intrinſecus adueniens

2 Item relatio duplex
- Aequiparantiæ
- Diſquiparantiæ
  - Superpoſitionis
  - Suppoſitionis

3 Item relatio duplex
- Tranſcendens
- Limitata

4 Itẽ relationes duplices
- Opppoſitę
- Diſparatæ

Modi relationum tres. quædam enim fundantur.
- Super potentiam actiuam, & paſſiuam ſecundus.
- Super vnum, & multa primus.
- Super menſuram, & menſurabile tertius.

De qualitate. Sectio quinta. Cap. I.

Qualitas duplex
- Tranſcendens.
- Prædicamentalis, & limitata.

Qualitas tranſcendens eſt cuiuſlibet rei eſſentialis differentia, quæ in quale eſſentiale prædicatur. vt corporeum; animatum; ſenſitiuum; rationale.

Bn Qualitas prædicamentalis, & limitata, eſt forma accidentalis abſoluta ſecundum quam ſubiectum quale dicitur.

Qualitas accidentalis dupliciter
- Diſpoſitio exterior duplex
  - Forma
  - Figura

  Hic eſt quarta ſpecies ab Ariſtotile aſsignata.
- Diſpoſitio interior.

Forma eſt exterior rei diſpoſitio ex numero, numeriq; proportione proueniens. vt ſi quis interroget, qualis eſt ternarius? Reſpondetur eſt Trigonus: qualis eſt Quaternarius? Reſpondetur; quadratus eſt.

Figura eſt exterior rei diſpoſitio ex continui terminatione proueniens. vt ſphera, circulus, quadratum, triangulum.

Forma propriè numerum: figura verò magnitudinem reſpicit; licet ſæpè confundantur.

Tam forma, quam figura reipſa eſt quantitas: Ratio verò, ac modus formæ, & figuræ, eſt ratio, & modus qualitatis.

Diſpo-

Digitized by Google

Diſpoſitio interior duplex
- Primo ſenſibilis
  - Paſsio
  - Paſſibilisqualitas

  Hæc eſt tertia ſpecies ab Ariſtotile aſſignata. B o
- Non ſenſibilis.

Paſsio eſt interior rei diſpoſitio primo ſenſibilis, citò tranſiens, quæ ſenſui paſsionem infert, aut quæ à paſſione infertur. vt rubedo, quæ non ſolum in ſuperficie exteriori diſponit; ſed etiam in profundo; non tamen permanet, infertur à paſsione, vt à verecundia: infert paſsionem ſenſui, quatenus ſui ſimilitudinem, ac ſpeciem in ſenſu gignit.

Quæcunq; paſſiones inferuntur à paſſione, etiam ſenſibus paſſionem inferunt, non è contrà: quia vox, & lumen inferunt paſſionem; ſed non inferuntur à paſſione.

Paſſibilis qualitas eſt interior rei diſpoſitio, permanens, quæ ſenſui paſsionem infert; aut quæ à paſsione infertur. vt albedo Cigni, nigredo Corui infert paſſionem ſenſui: color verò croceus, aut plumbeus, ille ex cholera, iſte ex malencholia, ſunt qualitates permanentes, & inferuntur à paſsionibus.

Diſpoſitio interior non ſenſibilis duplex
- Inanimatum principium operandi duplex
  - Naturalis potentia
  - Naturalis impotentia

  Hæc eſt ſecunda ſpecies à philoſopho aſſignata. B p
- Principium operandi non inanimatum.

Naturalis potentia eſt interior diſpoſitio non ſenſibilis, principium ad bene operandum innatum. vt perſpicacitas ingenij, acuitas auditus, ſubtilitas viſus, & omnis qualitas non ſenſibilis, quæ ineſt animali à principio natiuitatis. vt audacia in Leone, aſtutia in Vulpe, velocitas in Ceruo, &c.

Naturalis impotentia eſt interior diſpoſitiò non ſenſibilis, principium ad malè debiliterq; operandum innatum vt timiditas in Lepore, & Ceruo, obtuſitas ingenij, & hebetudo mentis in homine, & cæteræ ſimiles quando à Natiuitate inſunt.

Diſpoſitio interior principium operandi non innatum duplex
- Habitus
- Diſpoſitio

Hæc eſt prima ſpecies ab Ariſtotele aſſignata. B p

Habitus eſt interior diſpoſitio non ſenſibilis principium operandi non innatum à ſubiecto difficulter mobilis.

Habitus dupliciter
- Naturalis, qui ex frequentatis actibus, vel vno ſaltè intenſo aggeneratur. vt Sciëtia, Caſtitas, Sobrietas, Liberalitas, &c.
- Supernaturalis, qui in inſtanti ab agente ſupernaturali infunditur. vt gratia, fides, ſpes, prophetia, diſcretio ſpirituum, &c.

Diſpoſitio eſt interior diſpoſitio non ſenſibilis, principium operandi non innatum à ſubiecto facilè mobilis. vt ſcientia quæ nondum radices fixit in anima, &c. poteſtq; eſſe tùm naturalis, tùm ſupernaturalis, ſicut, & habitus.

Diſpoſitio ſpecialiter capta, vt in hoc loco, & habitus, ſunt duæ ſpecies ſub eodem genere proximo contentæ. At generaliter ſumpta eſt communis habitui, & diſpoſitioni ſpecialiter acceptæ.

De

Digitized by Google

De Proprietatibus qualitatis. Cap. II.

1 QValitati ineſt contrarietas. Contrarietas propriè dicta ſolum in quatuor primis ineſt qualitatibus. Frigiditate, & calidirate, humiditate, & ſiccitate.

2 Qualitas ſuſcipit magis, & minus. vt album poteſt eſſe magis, & minus album: Calidum magis, & minus calidum.

3 Propriè proprium qualitati eſt, ſecundum eam ſimile, vel diſsimile dici. Similitudo enim eſt rerum differentium eadem qualitas. Diſsimilitudo eſt differentium diuerſa qualitas.

Similia ſunt ſimilem, vel eandem ſpecie qualitatem habentia. Diſſimilia ſunt diſſimilem, diuerſamq; ſpecie qualitatem habentia.

- Qualitas duplex
  - Diſpoſitio interior
    - Primo ſēſibilis
      - Paſsio
      - tertia ſpecies.
      - Paſsibilis qualitas
    - Non ſenſibilis
      - Principiũ inanimatum operandi duplex
        - Naturalis potentia
        - 2. ſpecies
        - Naturalis ĩpotētia
      - Principiũ operandi nõ innatum
        - Habitus
        - 1. ſpecies
        - diſpoſitio
  - Diſpoſitio exterior duplex
    - Forma in numeris
    - quarta ſpecies.
    - Figura in continuo.

Regula. Cap. III.

1 OMnes habitus, & diſpoſitiones intellectuales, ſiue infuſæ, ſiue acquiſitæ, ſunt de prima ſpecie qualitatis. vt fides, charitas, & ſpes. Scientia omnis, tùm practica, tùm ſpeculatiua, & omnes artes mæchanicæ.

B 5 2 Omnes habitus, & diſpoſitiones ſenſitiuarum potentiarum, interiorum, & exteriorum, quæ nullo percipiuntur ſenſu, ſunt de prima ſpecie qualitatis. Itē omnes habitus, ac diſpoſitiones corporeæ, & organicæ, acquiſitæ ex actibus, ac in eis derelictæ. vt habitus cytharizandi in manu.

3 Omnes qualitates ſenſibiles, quæ propriè, ac per ſe aliquo particulari ſenſu percipiuntur, ſunt de tertia ſpecie qualitatis. Forma vero, & figura, quæ pluribus percipiuntur ſenſibus, ſunt de quarta ſpecie.

4 Omnes qualitates innatæ non ſenſibiles, quæ ſunt principia facilè, vel difficulter operandi, ſunt de ſecunda ſpecie qualitatis.

De Actione; Sectio ſexta. Cap. I.

ACtio eſt reſpectus extrinſecus aduenienſ, ſecundum quam in id, quod ſubijcitur, agens formaliter agere dicitur.

Illud

Illud quod ſubijcitur actioni eſt paſſum,quod a b agentis virtute, & actiuitate ſuperatur.

Actio duplex { Actio propriè:cuius effectus poſt ipſam non remanet. vt cantatio,ſonatio. / Factio: cuius effectus poſt ipſam remanet. vt Aedificatio, calefactio,&c. } B t

Proprietates Actionis. Cap. II.

1 Actio contrarietatem ſuſcipit. vt calefactio, quæ frigefactioni contrariatur.

Actio non ſuſcipit contrarietatem per ſe, & ex natura rei, ſed per accidens, ratione qualitatum contrariarum. vt calefactio, & frigefactio, cum ſint reſpectus,non contrariantur: quia inter reſpectus non eſt contrarietas:contrariantur tamen ratione caliditatis,& frigiditatis, quæ ſunt qualitates contrariæ.

Non omnis actio ſuſcipit contrarietatem. vt delineatio, circulatio, domificatio, quadratio, &c.

Actio ſuſcipit magis,& minus. vt illuminatio, calefactio, &c. Actio non per ſe, ſed per accidens ſuſcipit magis,& minus. Non omnis Actio ſuſcipit magis, & minus.

De Paſsione Sectio ſeptima. Cap. I.

Paſſio eſt reſpectus extrinſecus adueniens, ſecundum quam patiens formaliter pati dicitur.

Proprietates. Cap. II.

1 Paſsio contrarietatem ſuſcipit. vt calefieri, frigefieri. Non ſuſcipit per ſe contrarietatem, ſed per accidens. Non omnis paſsio ſuſcipit magis, & minus. vt delineatio paſsiua, circulatio paſsiua. B u

2 Paſsio ſuſcipit magis,& minus. Paſsio per accidens ſuſcipit magis, & minus. Non omnis paſſio ſuſcipit magis,& minus. vt circulatio paſſiua.

De Vbi Sectio octaua. Cap. I.

Vbi,eſt mutua inter locatum, & locaum extrinſeca habitudo, ſiuè reſpectus extrinſecus.

Vbi duplex { Definitiuum. / Circumſcriptiuum. }

Vbi definitiuum eſt habitudo,vel reſpectus, quo locatum ita eſt hic quod non alibi. vt Angelus alicubi exiſtens, ita eſt ibi determinate, ac definitè, quod

Digitized by Google

ſimul alibi non exiſtit.

8 x Vbi circumſcriptum eſt habitudo locantis, & locati, quia totus locus toti locato, & partes loci, partibus locati correſpondent. vt lapis, cui toti, totus locus, correſpondet; & vni parti lapidis, vna pars loci, & alteri altera, ita vt quæ correſpondet vni alteri non correſpondeat.

Vbi circumſcriptiuum duplex:
- Actiuum. Circumſcriptio actiua locantis ad locatum.
- Paſsiuum. Circumſcriptio paſsiua locati ad locatum, vel locum.

Vbi Circumſcriptiuum, dimenſiuum, quantitatiuum, occupatiuum, idem ſunt.

Super diuiſio.

Vbi duplex:
- Simplex.
- Compoſitum.

Vbi ſimplex eſt habitudo alicuius locati ad locum ſimplicem, & indiuiſibilem, vel ad locum diuiſibilem locati indiuiſibiliter ſe habentis. Exemplum primi. Vbi, ipſius Angeli exiſtentis in puncto: Exemplum ſecundi. Vbi, ipſius Angeli exiſtentis in tota Eccleſia, vel domo: in qua diuiſibili exiſtente, Angelus indiuiſibiliter ſe habet: non enim occupat locum.

Vbi compoſitum eſt habitudo locati quantitatem habentis ad locum diuiſibilem, diuiſibiliterq; locatum quantum, continentem, & circumſcribentem, vel circundantem.

Proprietates. Cap. II.

1 VBi contrarietatem non habet.
2 Vbi non ſuſcipit magis, neq; minus.

Propoſitiones. Cap. III.

QVæ ſunt in loco circumſcriptiuè, ſunt in loco definitiuè, ſed non è contra. vt lapis, qui eſt in loco circumſcriptiuè, ſiuè occupatiuè; eſt etiam in loco definitiuè, ideſt, ita eſt hic quod non alibi: lapis enim exiſtens hic, non eſt in Cœlo, nec alibi, neq; poteſt eſſe dum eſt hic, niſi per potentiam diuinam.

De quando. Sectio nona. Cap. I.

QVando eſt reſpectus extrinſecus rei temporalis ad tempus, vel temporis ad rem temporalem.

Quan-

Quando duplex { Actiuum. Reſpectus extrinſecus temporis ad rem temporalem. | Paſsiuum. Reſpectus extrinſecus rei temporalis ad tempus.

Super diuiſio.

Quando duplex { Simplex. Reſpectus extrinſecus rei ad durationem ſimplicem, vel ad inſtans. | Compoſitum. Reſpectus extrinſecus rei temporalis ad tempus diuiſibile. vt in hoc Anno, in hoc menſe, in hac hora, &c. B y

Duratio ſimplex { Aeternitas ſoli Deo conueniens, quæ in prædicamento non clauditur. | Aeuum, quod eſt menſura Angelorum. | Inſtans triplex { Aeternitatis. | Aeui. | Temporis.

Proprietates. Cap. II.

1 QVando non habet contrarium.
2 Quando non ſuſcipit magis, neq; minus.
3 Quando eſt in illo, cui aliqua durationis menſura correſpondet.

De Situ. Sectio decima. Cap. I.

SItus eſt reſpectus extrinſecus, ordo ſcilicet partium totius ad partes loci. vt ſedere, ſtare, iacere.

Situs duplex { Naturalis. | Non Naturalis. { Voluntarius. | Caſualis.

Situs Naturalis eſt ordo partium ad partes loci ſecundum naturalem ordinem partium in toto. vt ſi quis ita ſituetur, vt caput ſupra: pedes in imo: pectus in medio collocetur.

Situs non naturalis eſt ordo partium ad partes loci non ſecundum naturalem ordinem partium in toto. vt ſi caput deorſum, pedes ſurſum.

Situs voluntarius eſt ordo partium ad partes loci pro arbitrio voluntatis, vel alterius potentiæ factus. vt ſi quis homo pro voluntate ſua ponat caput deorſũ, pedes erigat ſurſum: vel ſi canis, vel aliud Brutum alio modo præter naturam ſe collocet. B z

Situs caſualis eſt ordo partium ad partes loci, caſualiter, vel fortuito contingẽs. vt ſi accidat, hominem capite prono, pedibus ſurſum eleuatis, cadere, &c.

Digitized by Google

Proprietates. Cap. II.

1 Situs non ſuſcipit contrarium. Situs non ſuſcipit magis, & minus.

De Habitu Sectio vndecima. Caput vnicum.

Habitus eſt reſpectus extrinſecus, & habitudo quædam eorum, quæ ſunt circa corpus, per modum indumenti, vel ornamenti.

Habitus duplex { Indumenti. / Ornamenti.

Ca Habitus ornamenti eſt habitudo corporis, vel eius partis ad aliquid, quod ei per modum ornamenti applicatur. vt mitra in capite, Anulus in digito: Alba in Sacerdote, cingulus, manipulus, ſtola, Planeta, corona in capite, Torques in collo, armilla in brachio: Murenula in aure, &c.

Habitus indumenti eſt habitudo corporisvel eius partis ad aliquid, quod per modum indumenti applicatur.

Vt calceus, Pileus, caligæ, diplois, tunica, pallium. Femoralia, interula.

Habitus indumenti duplex { Domeſtici: vt Tunica, Calceus, Pileus / Bellici: vt Lorica, Enſis, Galea, haſta.

Proprietates.

1 Habitus ſuſcipit magis, & minus: ſed non per ſe, verum per accidens. Patet: non dicitur quis alio magis armatus, vel magis veſtitus, niſi, quia plura habet arma, vel fortiora: plura veſtimenta, vel meliora.

2 Habitus non ſuſcipit contrarietatem.

Hæc de prædicamentis.

Sequitur pars tertia de poſtprædicamentis. Cap. I.

Poſtprædicamentum eſt, poſt ipſa prædicamenta ad pleniorem eorum intellectum traditum documentum.

Poſtprædicamenta 5. { Oppoſitio / Prius. / Simul. / Motus / Habere. } Oppoſitio duplex { Complexa, inter propoſitiones de qua alibi. / Incomplexa, inter terminos de qua hic tractatur

Oppoſitio incomplexa eſt repugnantia duorum extremorum non ſe permittentium ſimul. & ſemel in eodem, reſpectu eiuſdem.

Cb Oppoſitio primò, & principaliter eſt in rebus per terminos ſignificatis: ſecundario in terminis res oppoſitas ſignificantibus: termini enim non repugnant, niſi quia res pugnant. vt albedo, & nigredo,

Oppo-

Oppoſitio incomplexa duplex.
- Cuius extrema ſunt poſitiua dupliciter
  - Mutuo dependẽtia: oppoſitio Relatiua.
  - Non dependentia: vt ſunt cõtraria.
- Cuius alterum extremum eſt negatiuum dupliciter.
  - Determinãs ſubiectũ: ſic eſt priuatiua.
  - Non determinãs ſubiectũ: ſic eſt contradictoria.

Oppoſitio relatiua eſt mutuus relatiuorum aſpectus, quorum vtrumque de ſeipſo cum obliquo ſui correlatiui prædicatur: vt Pater, & filius, quæ de ſeipſis adinuicem prædicantur: vt Pater filij Pater: Filius Patris filius.

Oppoſita relatiuè ſunt, quæ mutuò ſe aſpicientia de ſe ipſis inuicem cum obliquo alterius prædicantur.

De Contrarijs: Cap. II.

Contraria ſunt, quæ ſub eodem genere poſita maximè diſtãt, eidem ſuſceptibili viciſsim inſunt, à quo mutuo ſe expellunt, niſi alterum inſit à natura.

Contraria poni ſub eodem genere dupliciter.
- Immediatè: vt Albedo, & Nigredo ſub colore.
- Mediatè: vt prodigalitas, & Auaritia, ſub vitio.

Contraria maximè diſtare, eſt vnum illorum nihil alterius participare: vt Albedo, & Nigredo maximè diſtant: Pallor verò, & Viriditas non maximè diſtant: media enim naturam extremorum participare dicuntur.

Contrararia expellunt ſe dupliciter
- Violenta actione
  - Caliditas, & frigiditas.
  - Humiditas, & ſiccitas.
- Mutua ceſsione.
- Vt Albedo, & Nigredo.

Illa Contraria, quorum alterum à natura ſibi ſubiectum determinat, mutuo ſibi in eo ſubiecto non ſuccedunt: vt caliditas, & frigiditas in igne, non ſuccedunt ſibi inuicem; quia caliditas naturaliter ab igne determinatur. Ita Lux, & Tenebræ in Sole. Humiditas, & ſiccitas in Aqua.

Contraria duplicia
- Immediata.
- Mediata.

Contraria Immediata ſunt, quorum alterum neceſſe eſt ineſſe ſuo ſuſceptibili: vt ſunt ſanum, & ægrum circa animal.

Contraria Mediata ſunt, quorum alterum nõ ſemper neceſſe eſt ineſſe ſuo ſuſceptibili, vel quorum neutrum neceſſe eſt ineſſe: vt Album, & Nigrum in homine.

Contraria in eodem ſubiecto ſimul ineſſe non poſſunt.

De

Digitized by Google

De priuatiuè Oppoſitis. Cap. III.

Priuatio eſt carentia alicuius formæ in ſubiecto apto nato, vt eſt carentia viſionis in oculo,& carentia auditus in Aure.

Ce Priuatiuè oppoſita ſunt,quæ habent fieri circa idem ſubiectum,ordine irregreſsibili,& tempore à natura determinato.

Priuatio duplex
- Perfecta,priuans actum,& potentiam, vt cæcitas completa,& ſurditas.
- Imperfecta,priuans actum,non potentiam:vt quies,& ſomnus, tenebræ.

A priuatione perfecta ad habitum non datur naturaliter regreſſus.

A priuatione imperfecta ad habitum datur naturaliter regreſſus.

Habitus, qui priuationi opponitur, eſt omnis forma poſitiua circa ſubiectum aptum natum: vt viſio in oculo, auditio in Aure, lumen in aere, forma in materia.

Subiectum non dicitur priuatum forma, niſi eo tempore, quo à natura determinatum eſt,habere illam formam,& non habet: vt Catulus ante nonum diem non dicitur cæcus, niſi impropriè,ſi verò poſt nonum non videat,cæcus propriè dicitur.

De contradictoriè Oppoſitis. Cap. IIII.

Contradictio,eſt oppoſitio,cuius non eſt medium, ſecundum ſe, ideſt nullo modo: & in hoc differunt contradictoria à contrarijs immediatis; quia contraria immediata habent aliquo modo medium,illa verò nullo modo.

Contradictoriè oppoſita ſunt,inter quæ nullo modo eſt dare medium: vt Album, non Album,Nigrum,non Nigrum,lapis,non lapis, &c.

Medium duplex
- Formæ: & eſt media forma inter duas oppoſitas: vt Viriditas,Pallor, Tepiditas,&c.
- Subiecti: ſubiectum carens vtraque forma oppoſita: vt lapis non cæcus, neque videns: aer non albus,neque niger: ferrum non viuum,neque mortuum.

Cf Inter contradictoria nullum datur medium, nec medium formæ, nec medium ſubiecti: nam inter Album,& non album,non reperitur forma media,nec aliquod ſubiectum,quod non ſit aut album,aut non album.

Inter contraria immediata,non datur medium formæ; ſed medium ſubiecti:nam inter ſanum,& ægrum datur lignum,quod non eſt ſanum,nec ægrum; ſic inter cæcum,& videns,datur lapis,qui non eſt cæcus,neque videns.

Contradictoria diſtant in infinitum,ideſt indeterminatè: nam illa diſtantia poteſt eſſe minima,maior,maxima,& infinita.

Tanta eſt diſtantia contradictoriorum, quantum eſt alterum extremum poſitiuũ: vt diſtantia, quæ eſt inter Deum, & non Deum eſt infinita, quia Deus eſt infinitus: Diſtantia inter Angelum, & non Angelum eſt finita, quia Angelus eſt finitus: Diſtantia inter materiam,& non materiam, eſt minima in ge-

nere

Google

nere ſubſtantiæ, quia materia eſt infimum ens in genere ſubſtantiæ.

Diſtantia inter duo contradictoria poteſt eſſe maior, vel minor, quam diſtantia inter alia duo contradictoria: nam maior eſt diſtantia inter Angelum, & non Angelum, quam inter hominem, & non hominem; maior enim eſt perfectione Angelus, quam homo.

Omnia contradictoria æqualiter repugnant, ſed non omnia æqualiter diſtãt; Probatur quia nulla contradictoria de eodem poſſunt ſimul, & ſemel verificari; Ideò æqualis eſt eorum repugnantia: diſtantia verò, quòd inæqualis ſit, ex ſupradictis patet.

De Priori. Cap. V.

Prius dicitur quintupliciter
- Duratione, vel tempore: vt Antiquius, vel ſenius.
- Secundum conſequentiam: vt animal prius homine: homo eſt, ergo animal eſt, non contra.
- Secũdum ordinem; vt principia concluſionibus, & elementa ſyllabis. C I
- Dignitate: vt Angelus homine.
- Cauſalitate: vt cauſa, ſuo effectu.

De Simul. Cap. VI.

Simul tripliciter
- Tempore, quorum generatio, & corruptio eſt in eodẽ tẽpore.
- Natura, quæ ſecundum conſequentiam conuertuntur: vt Correlatiua.
- Diuiſione, quæ ex oppoſito, idem genus diuidunt: vt differentiæ ſpecificæ, ac ſpecies. C K

De Motu. Cap. VII.

Motus quintuplex
- Generatio à non eſſe ad eſſe in genere ſubſtantiæ.
- Corruptio ab eſſe ad non eſſe in genere ſubſtantiæ.
- Augmentatio, & Diminutio; vtraq; in genere quantitatis.
- Alteratio in genere qualitatis.
- Secundum locum mutatio: in genere Vbi.

Generatio eſt à non eſſe ſubſtantiæ ad eius eſſe progreſsio.
Corruptio eſt ab eſſe ſubſtantiæ ad non eius eſſe progreſsio.
Augmentatio eſt à minori quantitate ad maiorem progreſsio.
Diminutio eſt à maiori quantitate ad maiorem progreſsio.
Alteratio eſt ab vna qualitate in alium mutatio.
Loci mutatio eſt ab vno vbi, in aliud vbi mutatio.

Digitized by Google

De Habere. Cap. VIII.

C l Haberet 8.
- Qualitatem , vt ſcientiam .
- Quantitatem , vt Tricubitum .
- Ea , quæ ſunt circa corpus : vt Veſtem .
- Aliquid in parte corporis , vt Anulum in digito .
- Partem , vt manum , pedem , pectus .
- Contentum : vt lagena Vinum .
- Poſſeſſionem , vt Domum , vel agrum .
- Vxorem : vt Maritus Vxorem .

Vnde verſus .

Affectum , quantum , Veſtitum , Dic velut Aurum .
Membrum , Contentum , Poſſeſſio , Vir mulierem .

Modi habendi ſunt in eo prædicamento , in quo res habita collocatur : vt habere qualitatem , eſt in prædicamento qualitatis : ideſt eſſe quale : Item habere, quantitatem , eſt eſſe quantum , &c.

C m Verba , & participia ſunt in diuerſis prædicamentis , ſecundum quod diuerſa ſignificant . ſi enim important qualitatem, ſunt in prædicamento qualitatis , vt amo,diligo,intelligo,cognoſco;ſi ſignificant actionem , ſunt in prædicamento actionis:vt calefacio,ædifico : ſi paſſionem , ſunt in prædicamento paſsionis : vt comburor,calefio,interficior .

Intereſt,refert,eſt,imperſonaliter ſumpta,ſunt in prædicamento ad aliquid ; verba verò exceptæ actionis, vt pluit , grandinat, tonat,&c.ſunt in prædicamento actionis .

Aliqua nomina diuerſimodè conſiderata ſunt in diuerſis prædicamentis , vt Magiſter,Baccalaureus,Doctor , &c.quatenus importat reſpectum ſuperpoſitionis,aut ſuppoſitionis ſunt in prædicamento ad aliquid : quatenus important qualitatem, ſunt in prædicamento qualitatis .

Nomina multitudinis,vt grex,populus,exercitus,Religio,Congregatio, ſi dicunt multitudinem ex vnitatibus accidentalibus continuorum diuiſorum adinuicem , ſunt in prædicamento quantitatis Si ex vnitatibus proprijs , prout vnitas eſt paſsio entis,non ſunt in aliquo prædicamento : vt verò dicunt reſpectũ ad Ducem , Superiorem,&c.ſunt in prædicamento ad aliqnid .

Concreta verò,vt dictum fuit à principio,ponuntur in eo prædicamento, in quo eorum ponuntur Abſtracta : vt Aſsiſienſis eſt in illo prædicamento,in quo ponitur Aſsiſium,nempe in vbi,&c.ſimilia .

Oppoſita inter ſe ad idem ſpectãt prædicamentum : vt albedo , & nigredo , ad prædicamentum qualitatis ; Pater , & Filius , ad prædicamentum relationis : Viſus , & cæcitas ad prædicamentum qualitatis : Homo , non homo ad prædicamentum ſubſtantiæ , &c. Vt facilè coniectare poteris .

Reductio ad Sacram Theologiam. Cap. vlt.

HAbita,Deo illuſtrante,prædicamentorum cognitione,fac quæſo, ne tantum hæc terrena, humi reptans , aſpicias ; ſed ad Dominum Deum tuum , qui

Cathe-

Digitized by Google

Cathegoriarum miniſtrauit, mentis aciem conuertas, quæ dicta ſunt, ad diuina trans ferendo, velut accepti beneficij tributum reddens.

Conſidera primo Prædicamentum poſſe capi dupliciter.
- Propriè, vt eſt coordinatio prædicabilium quorum vnum ſub alio continetur. Cn
- Impropriè, & Metaphoricè: vt eſt omne illud, quod per modum prædicamenti dici poteſt.

Prædicamentum propriè acceptum, in Deo non reperitur: cùm nec ſuperius, & inferius; nec vniuerſale, & particulare reperiatur in eo.

In prædicamento propriè ſumpto, & ſi in Deo illud non eſt; tamen Sanctiſsimæ Trinitatis veſtigium eluceſcit, Teſte Doctore Irrefragabili par. 1. q 48. In omni enim prædicamento eſt vnum de quo aliud, & ipſum de nullo: vt generaliſsimum: & eſt vnum, quòd eſt de alio, & de ipſo nullum, vt Indiuiduum; eſt quoque vnum, quòd eſt de alio, & aliud de ſeipſo, vt ſunt omnia intermedia inter primum, & vltimum. Ad eundem quoque modum ſecundum quandam analogiam in ipſa Trinitate eſt vna perſona de qua alia, & ipſa de nulla: vt Pater, & eſt vna, quæ de alia, & nulla de ipſa, vt Spiritus ſanctus; eſt quoque vna, quæ de alia, & alia de ipſa: vt filius media in Trinitate perſona: Pater à nullo, filius à Patre, Spiritus ſanctus ab vtroque. Vide igitur quomodo prædicamentum propriè ſumptum, te in æternorum euehat contemplationem.

Prædicamenta Metaphoricè capta, ad diuina transferuntur: Omnia tamen, teſte Boetio lib. de Trinit. mutantur, cum in diuinam aſſumuntur prædicationem. Co
Nàm cùm ſecundum prædicamentum ſubſtantiæ, dicimus, Deum, ſubſtantiam ſignificare videmur, ſed eam, quæ ſit vltrà ſubſtantiam. Cùm ſecundum prædicamentum qualitatis, dicimus eum iuſtum, qualitatem deſignamus, non quæ accidens, ſed quæ ſubſtantia ſit. Cùm iuxtà prædicamentum quantitatis, magnum nuncupamus, quantitatem exprimimus, ſed eam, quæ ſubſtantia eſt, non accidens. Cùm penes prædicamentum, relationis, dicitur Dominus, deſignatur habitudo, quę eſt dominij reſpectu ſeruitutis, & ſubiectionis creaturæ. Cùm penes, actionem, dicitur Deus creat, inſinuatur habitudo cauſæ ad effectum. Cùm dicitur, quantum ad genus paſsionis, Deus iratus, denotatur illatio pœnæ in vindicandis maleficijs. Quantùm ad ſitum, cùm dicitur ſedere ſuper Cherubim. Pſal. 70. Declaratur quomodo ſe habet ad ſuperiores creaturas, ſ. vt excedens eas. Cùm pœnes Quando; dicitur, Deus eſt ſemper, manifeſtatur quomodo ſe habet ad temporalia, ſcilicet, vt concomitans eâ ſecundum omne tempus, præteritum, præſens, & futurum. Cùm iuxtà prædicamentum vbi, dicitur eſſe vbique; indicatur, quomodo ſe habeat ad omnem locum, ſcilicet, vt omni loco præſens. Cùm dicitur ſecundum prædicamentum Habitus, Amictus lumine ſicut veſtimento. Pſ. 103. ſignificatur habitudo ad exteriores creaturas, quæ ipſum exteriùs declarant.

Vnde, & D. Auguſtinus de Trinitate. Intelligamus Deum ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum, ſine indigentia creatorem, ſine ſitu præſidentem, ſine loco vbique totum, ſine vlla ſui commutatione mutabilia facientem, nihilque patientem, ſine habitu omnia continentem.

Specialiùs iſta meditando. Quantum ad prædicamentum ſubſtantiæ, Deus abuſiuè dicitur ſubſtantia, cum ea ſic nominetur, quod formis, & accidentibus ſubſtet: veriſsimè verò, & proprijſsime à Theologis nuncupatur eſſentia, Cp

N cum

cum ſit Deus ipſum eſſe: Exodi 3. Ego ſum qui ſum, & qui eſt, miſit me ad vos. Ob id Damaſc. dixit, Deum eſſe ſubſtantiæ pelagus infinitum, totum eſſe compræhendens: ad quem omnes Creaturæ comparatæ, potiùs imagines, & vmbræ, quam eſſe aliquid dicendæ ſunt. Conſidera igitur tuæ nihileitatis abyſſum, ne in ſuperbiam elatus incidas in laqueum Diaboli.

Quantùm ad genus qualitatis: nemo bonus, niſi vnus Deus. Mar. 10. Deus enim eſt ipſa bonitas per eſſentiam, cùm ſit ipſum eſſe, omnes perfectiones in ſummo compræhendens. Si quid enim eſt bonum, ipſo eſſe, qui Deus eſt, nihil melius. quomodo enim ſine eſſe poſſet eſſe melius? Si aliquid eſt Sanctum, ipſo eſſe nihil ſanctius. quomodo enim ſine eſſe poſſet eſſe ſanctius? Si quicquã eſt pulchrũ, ipſo eſſe nihil pulcrius. quomodò enim ſine eſſe poſſet eſſe pulcrius? Si aliquid eſt ſapiens, ipſo eſſe nihil ſapientius. quomodo enim ſine eſſe poſſet eſſe ſapientiùs? Si quid ſtabile eſt, ipſo eſſe nihil ſtabilius. quomodo enim ſine eſſe poſſet eſſe ſtabilius? Demùm ſi quicquam perfectum eſt, ipſo eſſe nihil perfectius. quomodo enim ſine eſſe poſſet eſſe perfectius? Sic de cæteris perfectionibus, quarum non eſt numerus, ſingulas percurrendo theologandum. Erit ergò Deus ſumma bonitas, ſumma ſanctitas, ſumma ſapientia, ſumma pulchritudo, ſumma perfectio, omneſque aliæ perfectiones in gradu ſupereminenti, & ſuperexcellenti. Nunc pro modulo noſtræ virtutis imitemur: dixit enim Leuitic. 11. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum: & Matth. 5. eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

Quantùm ad genus quantitatis. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Pſ. 44. Magnitudinem Dei, ſiue eius quantitatem perfectionis, & virtutis, quoquo modo intellectu poteris aſſequi, per analogiam ad corpus actu infinitum in magnitudine, & quantitate molis. Quòd ſi daretur, infinitum ſpatium occuparet: eſſetque totum, & perfectum. totum, quia nulla parte ſui, nec parte quantitatis careret; perfectum; quia ſecundum ſe totum nihil talis quantitatis ſibi deeſſet. Non tamen eſſet totaliter totum, totaliterque perfectum. Non primum, quia eſſet totum ex imperfectis conſtans, nempe ex partibus, quarum quælibet eſſet extra aliam. Non ſecundum, quia cuilibet parti eius, deeſſet quantitas alterius. At infinitum in entitate, & perfectione, atque virtute, qualis Deus eſt ſolus; non ſolum eſt quoddam totum, & perfectum, ſed etiam vndequaque totum, vndequaq; perfectum. Eſt vndequaque totum, quia nullam habet partem extrinſecam, nullas habet partes, quarum vna ſit extra aliam: & vndequaque perfectum, quia nec ſibi, nec alicui ipſius deeſt aliquid: Sed quicquid eſt in Deo, Deus eſt, totum eſt, atque perfectum totaliter, ſeu totaliter perfectum, quo maius cogitari non poteſt. Huius infinitudinem admirando contemplare, omnibus creaturis in immenſo præferendo; ac ex toto corde, ex tota mente, ac omnibus viribus ſuis, vt ſummum bonum, à quo bona cuncta procedunt, ſuper omnia diligendo.

Quantùm ad relationem. Deus eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, Sancta Trinitas, vnus Deus. Ipſe eſt creator noſter, Nos opera manuum eius: Ipſe Pater noſter, qui eſt in cælis: Nos eius filij in terra degentes. Ipſe Dominus: Nos ſerui. Laboremus pro virili noſtra, vt non ſolum creatione ſimus eius filij, ſed etiam gratia gratum faciente ſecundum eius miſericordiam in adoptionem filiorum eius recipiamur, vt ex hac mortali vita decedentes immarceſci-

ceſci-

ceſcibili corona donemur in Cælis.

Quantùm ad agere. Deus mortificat,& viuificat; deducit ad inferos, & reducit, humiliat, & ſubleuat; percutit, & ſanat; punit, & præmiat. Dum igitur tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem domeſticos fidei; nè præoccupati hora mortis, pœnitentiæ ſpatium inuenire non poſſimus; & tamquàm ſerui nequam,in carcerem infernalem detruſi tradamur tortoribus,quouſque reddamus minimum quadrantem.

Quantùm ad Pati; Illud cauendum eſt,nè in nos furore iraſcatur Dominus; & nè filius Dei vnigenitus ob delicta noſtra rurſus crucifigatur in nobis: hoc eſt, ne gratia eius in nobis deficiat, & intereat: iuxta illud. Hebr 6. Rurſus crucifigentes nobiſmetipſis filium Dei, & Malach. 3. Vos configiſtis me gens tota.

Quantùm ad prædicamentum, Vbi. Deus eſt vbique totus;cœlum, & terram implens, exiſtens in rebus omnibus per eſſentiam,præſentiam, & potentiam. Per eſſentiam, quatenus eſt rebus omnibus intimus: per præſentiam, quatenus ab omnibus eſt indiſtans: per potentiam, quatenus omnia conſeruans, mouens, & gubernans. Cauè,nè ea,Deo præſente, & omnia intuente, facias occultè,quæ publicè, præſentibus hominibus, facere pertimeſcis. Sint tui cogitatus mundi, eloquia caſta, & examinata; opera verò lucida proximum ædificantia, vt benè tibi ſit in æternum.

Ab eo qui eſt	Intra omnia non incluſus. Extra omnia non excluſus. Supra omnia eleuatus. Infra omnia non proſtratus.

De Quando.Deus eſt æternus.Aeternitas autem auctore Boetio,lib.de Conſolatione,eſt interminabilis vitæ ſimul tota,& perfecta poſſeſſio. Hæc menſura & exiſtentia Dei, qui totam interminabilis vitæ plenitudinem compræhendit, & poſſidet, cui nec futuri aliquid abeſt, nec aliquid præteriti fluxit. Non ſic temporalibus accidit: quicquid enim viuit in tempore, id præſens à præteritis in futura procedit: nihil enim eſt in tempore conſtitutum,quòd totum ſuæ vitæ ſpatium poſſit complecti; ſed craſtinum quidem non appræhendit,heſternum verò iam perdidit. Egregiè Paulus:Vanitati creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis,in libertatem gloriæ filiorum Dei.

Quantùm ad ſitum: dicitur Iſaiæ cap.46. Cælum ſedes mea eſt, & terra ſcabellum pedum meorum. Fac, vt anima tua templum ſit Dei, & cælum lucidum ſplendore gratiæ, vt in te tamquàm in myſtici Salomonis Throno ſedeat Sancta, & Indiuidua Trinitas.

Quantùm ad Habitum. Pſ.103. Amictus lumine ſicut veſtimento: Demus operam, vt Dei auxilio, omni virtutum genere ſimus induti, ne proijciamur in tenebras exteriores, ſed veſtem nuptialem præferendo ad menſam diuinam aſſidentes cibo cæleſti ſatiemur, & torrente indeficientis voluptatis inebriemur.

Dirigamus tandem omnia in obſequium Chriſti; qui quantùm ad ſubſtantiam, perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſi- Cq

N 2 ſtens.

ſtens. Quantum ad qualitatem: Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis. Quantum ad quantitatem: Magnus Dominus, & magna virtus eius. Quantùm ad Relationem: Ipſe eſt Dominus,& Magiſter,& Filius Altiſſimi vocabitur. Quantùm ad Agere: Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quantùm ad Pati. Sudauit, & alſit: Vulnera noſtra portauit, pro nobis Crucifixus,mortuus,& ſepultus. Quantùm ad Vbi: Donec finiatur ſæculum, ſurſum eſt Dominus, ſed nobiſcum in Sacramento Altaris, vſque ad conſummationem ſæculi, in Iuſtis autem per inhabitantem gratiam. Quantùm ad quando. Chriſtus manet in æternum. Quantùm ad ſitum: ſedet à dextris Dei. Quantùm ad Habitum: Dominus decorem induit: Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe. Hæc, & id genus alia, non ſine fructu aſſiduè meditaberis.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte perfectus Deus, perfectus homo, qui decem Cathegoriarum rerumque omnium perfectiones tamquam Sphara intellectualis, cuius centrum vbique circumferentia nuſquàm, eminenter complecteris: da nobis famulis tuis, vt à mundi vanitatibus erepti, & immortalitatem induti, earum perfectionum infinitudinem in cœlo Trinitatis contemplamur, Amen.

Finis Libri Septimi.

DIALECTICAE LIBER OCTAVVS.

De Enunciatione differens.

PRÆFATIO.

POSTQVAM diuino illuſtrante luminè, de ſimplicibus,& incomplexis egimus, ex quibus propoſitio, & enunciatio conficitur, nunc eiuſdem diuini luminis opitulante virtute, de ipſa enunciatione, atq; propoſitione ſolita breuitate tractandum eſt.

De Sono,& Voce. Cap. I.

CVm enunciatio ex nomine conſtet,& verbo, nomen autem, & verbum per vocem, voxq; per ſonum definiatur: Ideò à ſono,& ſenſibili inchoandum. A

Senſibile illud eſt,quòd eſt aptum natum ſentiri duplex { Per ſe. / Per accidens.

Senſibile per ſe, eſt quòd per ſe immutat ſenſum, & non ratione alicuius accidentis: ſicut color per ſe immutat viſum, non ratione alicuius accidentis eius quòd ſit in ipſo.

Senſibile per accidens eſt, quòd non ratione ſui, ſed ratione alicuius accidentis in ipſo exiſtentis, atq; inhærentis, ſenſum mouet. vt campana, quæ immutat auditum,non ſuapte natura, ſed ratione accidentis eius, vt putà ſoni, ab ipſa campana producti.

Senſibile per ſe duplex
- Proprium.
  - Sonus
  - Color
  - Odor
  - Sapor
  - Qualitas tactilis
  - Proprium, quòd vnico tantũ ſenſu ſentiri poteſt, vt color viſu.
- Commune.
  - Magnitudo.
  - Numerus.
  - Figura.
  - Motus.
  - Quies.
  - Commune quòd pluribus ſenſibus, non tamen omnibus ſentiri poteſt; vt figura, viſu, & tactu.

B Vox eſt ſonus ab ore animalis prolatus, naturalibus inſtrumentis formatus.

Sonus eſt ſenſibile proprium ab auditu per ſe perceptibile.

Senſibile proprium eſt, quòd vno tantùm exteriori ſenſu percipitur: vt color à viſu, ſonus ab auditu.

Id per ſe percipitur à ſenſu, quòd ſuam in ſenſu ſpeciem efformat; vt color, qui ſuam in oculo ſimilitudinem imprimit: ſicut quis antè ſpeculum conſtitutus ſuam in eo imaginem gignit.

Naturalia inſtrumenta, ſunt corporis partes ad formandam vocem à natura ordinatæ: Guttur, lingua, palatum, quattuor dentes, & duo labia.

Vox tripliciter
- Non ſignificatiua.
- Conſignificatiua.
- Significatiua.

Vox non ſignificatiua eſt, quæ intellectui humano nihil prorſus repræſentat. vt buf, baf.

Vox Conſignificatiua, vel ſyncathegorematica, eſt, quæ nullam certam, ac finitam habet ſignificationem, ſed tantum cum alijs coniuncta aliquo modo ſignificat; vt omnis, nullus, &c.

Aliquo modo ſignificare, eſt facere ſignificare, vel ſupponere aliquo certo modo. vt vniuerſaliter, ſicut omnis; vel particulariter, ſicut quidam; vel negatiuè, vt non, nec, neq; ; vel copulatiuè, vt, &, vel, &c.

Vox ſignificatiua, ſiue cathegorematica eſt, quæ finitam, & certam habens ſignificationem, aliquid, vel aliqua ſignificat; aliquid, vt homo, equus: aliqua, vt Populus, exercitus, canis, acutum.

Vox ſignificatiua duplex
- Naturaliter.
- Ad placitum.

Vox ſignificatiua ad placitum eſt, quæ ex primi inſtituentis impoſitione, & beneplacito, non ſuaptè natura aliquid repræſentat. vt homo, canis. Dũ dicitur, aliquid, intelligas, & aliqua.

Vox ſignificatiua naturaliter, eſt, quæ ſuaptè natura idem omnibus repræſentat, vt gemitus infirmorum, latratus canum.

Significatio vocis naturaliter ſignificantis immutabilis eſt, & perpetua.

Significatio vocis ad placitum ſignificantis, non eſt immutabilis, & perpetua. Poſſent enim homines inſtituere, vt hæc vox (homo) quæ modo ſignificat hominem, ſignificaret aſinum, & aſinus hominem.

Vox ſignificatiua ad placitum duplex
- Complexa, vt oratio.
- Incomplexa, vt nomen, vel verbum.

De

Digitized by Google

De ordine eorum, quæ ſignificant, & ſignificantur. Cap. II.

Signum eſt id, quod præter ſpeciem ſui, quam ingerit ſenſibus, facit aliud in cognitionem venire. vt fumus, qui præter ſpeciem ſuam, qua ipſum cognoſcimus, facit ipſum ignem in noſtram cognitionem venire.

Signum duplex { Naturale. vt gemitus, latratus, & omnes animi conceptus. / Ad placitum, duplex { Vox / Scriptura. } }

Conceptus animæ, ſiue notio, vel paſſio, vel intellectio, vel conceptio idem ſunt.

Conceptus, vox, & ſcriptura in ſignificando ordinem habent. Vox in ſignificando conceptu ſubordinatur, quia non ſignificat rem, niſi rei conceptus præhabeatur in mente.

Scriptura in ſignificando ſubordinatur voci, & conceptui; quia non ſignificat rem, niſi conceptu, & voce præſuppoſitis, quorum vicem gerit. C

Nulla vox ſignificat conceptum mentis, ſed rem, cuius conceptus habetur in mente. Probatur primò, quia vox ſignificatiua ad placitum ex impoſitione ſignificat; fuit autem impoſita ad ſignificandam rem conceptam, non conceptum mentis. Secundo, quia ſtatim formata voce intelligo rem conceptam, & ſignificatam per vocem, non autem ipſum conceptum, niſi per actum reflexum, cui tamquã rei conceptæ fuerit vox impoſita. Tertio, quia voces numquam accipiuntur, ſeu ſupponunt, niſi pro rebus conceptis, non pro ipſis conceptibus: nàm alias omnis propoſitio, & oratio eſſet falſa, in qua aliquid affirmatur de aliquo. vt homo eſt animal; conceptus autem hominis, non eſt conceptus animalis; ſed res quæ eſt homo, eſt res quæ eſt animal.

Voces dicuntur ſignificare paſſiones animæ, quia res ab anima conceptas ſignificant.

Vox aliqua ſi mentis conceptum ſignificet, non vt conceptum mentis, illum ſignificat, ſed vt rem per alium conceptum conceptam. vt eſt iſta vox (cõceptus).

Res primo eſt talis natura in ſe; ſecundo, eſt intelligibilis; tertio, intelligitur; quarto, ſibi nomen ad placitum imponitur. Nàm homo prius eſt talis natura; ſecundo, quia eſt talis natura, & quidditas, ideò eſt intelligibilis; nàm intelligibilitas eſt paſſio entis; tertio, ab intellectu noſtro actu intelligitur, & concipitur; quarto, quando eſt intellecta, & concepta ab intellectu primi inſtituenti, ſecundum placitum, hoc nomen (homo) ſibi imponitur, ſignificans naturam humanam.

Licet vox ſignificet rem conceptam, & intellectam, non tamen illam vt conceptam, nec etiam, vt exiſtentem ſignificat, ſed vt talem naturam abſolutè.

Declaratur exemplo: nàm iſta vox (homo) impoſita eſt ad ſignificandam naturam humanam abſolutè, ſiue illa exiſtat, ſiue non: ſemperq; illam de ſe ad placitum ſignificat, ſiue concipiatur, ſiue non, quamuis non potuerit illam naturam ſignificare, niſi prius illa conciperetur, aut intelligeretur.

Nulla ſcriptura vocem ſignificat, ſed rem expreſſibilem per vocem.

Scripturæ ipſas voces ſignificare dicuntur, quia res eas ſignificant, quæ per vocẽ manifeſtari conſueuerunt.

Con-

Digitized by Google

Conceptus, vox, ſcriptura, eandem pœnitus rem ſignificant, ſed quodam inter ſe ordine. Nàm humana natura, vel homo, prius per conceptum mentis naturaliter ſignificatur, poſterius præſuppoſito conceptu per vocem ad placitum. Tertio, per ſcripturam vicem vocis gerentem ſimiliter ad placitum ſignificatur: ſed ordo inter vocem, & ſcripturam non eſt ita neceſſarius, ſicut eſt inter vtrumlibet iſtorum, & conceptum: licet enim nulla vox reperiretur, adhuc ſcriptura rem conceptam exprimeret, ac ſignificaret.

D Paſſiones, & conceptus animæ ſunt ijdem apud omnes, ſicut, & res ſignificatæ.

Paſſiones animæ eſſe eaſdem apud omnes; nihil aliud eſt, quam eiuſdem rei omnibus eſſe naturaliter repræſentatiuas.

Voces, & ſcripturæ non ſunt eædem apud omnes.

Vox ſignificatiua ſecundum placitum duplex:
- Complexa
- Incomplexa duplex:
  - Nomen
  - Verbũ

Vox incomplexa triplex:
- Nominis tantum: cuius nomen ſimplex eſt, animi verò notio eſt compoſita, vt, i, fac, miſerere.
- Rei tantum: cuius res, & notio animi ſimplex eſt; Vox autem compoſita. vt animal rationale, corpus animatum, &c.
- Nominis, & rei ſimul: cuius nomen, & animi notio ſimplex eſt. vt Homo, Aſinus, Leo, Lapis, &c.

De Nomine. *Cap. III.*

Nomen eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum, ſine tempore, cuius nulla pars ſignificat, ſeparata, finita, & recta.

Significare ſine tempore eſt præter principale ſignificatum, nullam temporis differentiam, præſentis, præteriti, aut futuri determinatè importare.

B Nomen poteſt ſignificare tempus, ſed non cum tempore. vt hora, dies, annus, ſæculum, luſtrum, &c.

Partes nominis ſeparatæ, vt illius partes, non ſignificant: vt tamen dictiones ſunt per ſe, poſſunt aliquid ſignificare: vt do, mi, nus, in dictione (dominus) vt illius partes, non ſignificant, quæ vt dictiones per ſe ſumptæ, ſignificant.

Nomina compoſitæ figuræ verè ſunt nomina. vt Reſpublica, Paterfamilias, Armiger, Equiferus, &c. Probatur: nàm cui competit definitio, competit, & definitum: ſed iſtis competit definitio Nominis: ſunt enim voces ſignificatiuæ, &c. Nec partes illius Nominis, Reſpublica, ſcilicet, res, & publica, vt partes, aliquid ſignificant, ſed ille nomini reſpondet in mente conceptus incomplexus, ſicut & homini.

Vox finita eſt cui non præponitur negatio, finitam eius ſignificationem, auferens, & indefinitam ponens. vt homo, Reſpublica, &c.

Vox infinita eſt, cui negatio præponitur, definitam eius ſignificationem tollens, & indefinitam conſtituens, vt non homo.

Vox infinita non eſt nomen: non enim ad placitum, neq; ex impoſitione ſignificat, vt non homo, quòd nomen importat, ſeu accipitur pro Cœlo, Lapide, Aſino, &

no,& pro omni eo,quòd non eſt homo : Non tamen ad iſta ſignificanda , fuit impoſitum,ſed potius argutiuè pro his omnibus ab intellectu accipitur.

Vox recta,in nominis definitione poſita,illa eſt, quæ eſt caſus nominatiui : obliqua verò aliorum caſuum.

Nomina obliqua non ſunt nomina ; nàm inflexio nominis non eſt propriè ipſum nomen,cuius eſt inflexio,vel cadentia.

Pronomina,non ſunt nomina,ſed loco nominum ſubſtituuntur : Non enim Vicarius Epiſcopi eſt Epiſcopus.

Participia non ſunt propriè nomina ſecundum logicum: ſapiunt, etenim nominis,verbiq; naturam.

De Verbo. Cap. IV.

VErbum eſt,quòd conſignificat tempus, cuius pars, nihil extra ſignificat ; Et eſt ſemper eorum,quæ de altero dicuntur nota,finitum, & rectum.

Significare cum tempore,vel conſignificare tempus,eſt præter principale ſignificatum aliquam temporis differentiã determinatè importare.vt curro,cucurri.

Verbum eſſe notam eorum,quæ de altero dicuntur,eſt actu,vel aptitudine prædicatũ cum ſubiecto copulare:vel aliquod accidens actionis,vel paſſionis importare,ſeu ſignificare,ꝙ de ſubiecto,cui ineſt,prædicatur.vt homo eſt animal,homo legit:Chriſtus crucifigitur:ſẽper enim ſignificat rẽ,q̃ de alio ꝑdicari ſolet. F

Verbum finitum eſt , cui non præponitur negatio definitam eius ſignificationem auferens,ac indefinitam ponens. vt currit,ambulat.

Verbum infinitum eſt cui præponitur negatio, definitam eius ac certam ſignificationem auferens,& indefinitam incertamq; ponens. vt non currit.

Verbum rectum eſt,quòd eſt temporis præſentis indicatiui modi.vt currit,ſcribit.

Verbum obliquum eſt , quod non eſt temporis præſentis indicatiui modi , à quo per obliquitatem,ac inflexionem cadit.

Verbum obliquum triplex {
- Ratione temporis tantùm , quòd non eſt temporis præſentis , ſed indicatiui modi. vt,meditabor in tuis iuſtificationibus.
- Ratione modi tantum,quòd eſt temporis præſentis, ſed non indicatiui modi. vt,Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.
- Ratione vtriuſq; ;quod non eſt temporis præſentis, nec indicatiui modi. vt,cùm clamauero ad eum.

Verbum infinitum non eſt verbum:verbum enim habet certam, ac determinatam ſignificationem, non autem verbum infinitum.

Verbũ obliquũ nõ eſt verbũ,ſed potius obliquitas,ac inflexio verbi propriè dicti.

Verba imperſonalia, & verba exceptæ actionis,non ſunt propriè verba ſecũdum logicum ; ſubordinantur enim conceptui complexo.vt legitur, & pluit.

Participia non ſunt verba ſecundum logicum: non enim præter principale ſignificatũ,determinatã tẽporis differentiam connotant.quia ſi aliquod participium connotaret determinatam temporis differentiam , hoc præcipuè eſſet participium futuri temporis,de quò magis videtur.ſed hoc non eſt : quia illud futurũ indeterminatè importat,cum ſecum compatiatur quamlibet temporis differentiam.vt amaturus ſum,amaturus fui,amaturus ero.

De Oratione. Cap. V.

ORatio eſt vox ſignificatiua ad placitum, cuius partium aliquid ſignificatiuũ eſt ſeparatum, vt dictio, non vt affirmatio, vel negatio.

Oratio eſt ad placitum ſignificatiua, ratione partium ad placitum ſignificantium. vt iſta oratio. Homo eſt albus.

Partes in oratione ad placitum ſignificantes, ſunt partes propinquæ, non remotæ.

Partes propinquæ orationis ſunt dictiones ad placitum ſignificantes, vel his æquiualentes.

G In qualibet oratione vna, vel coniunctione vna, cathegorica, vel hypothetica, ſunt ſemper aliquæ partes ſignificantes, vt dictio, ſed non vt affirmatio, vel negatio, idq; formaliter, vel æquiualenter: vt iſta, fac, miſerere, quæ æquiualenter continent dictiones alias, quæ ſubintelliguntur.

Oratio duplex { Perfecta. / Imperfecta.

Oratio imperfecta eſt quæ imperfectum ſenſum generat in animo auditoris: vt homo albus: Petrum legere: ſi veneris.

Regula.

OMnis oratio, in qua nullum ponitur verbũ, eſt imperfecta: vt Deus infinitus.

Omnis oratio, in qua ponitur relatiuum, qui, quæ, quod, cum vnico tantum verbo, eſt imperfecta: vt Petrus, qui ſequutus eſt Chriſtum.

Omnis oratio, in qua ponitur quiſquis, & quicumq; ; aut aduerbia, quandocũq; ; vbicũq; , vtcumq;, quocũq;, cum vnico tantum verbo, eſt imperfecta: exempla facilia ſunt.

Omnis oratio, in qua ponitur aliqua coniunctio cùm vnico tantum verbo, eſt imperfecta.

Omnis oratio, in qua ponitur verbum modi infinitiui tantum, eſt imperfecta.

Oratio perfecta eſt, quæ perfectum ſenſum generat in animo audientis: vt Deus eſt id, quo maius cogitari non poteſt.

Oratio perfecta duplex { Enunciatio. / Non Enunciatio.

Oratio perfecta non enunciatiua eſt, quæ perfectum ſenſum generans in animo audientis, verum, aut falſum non ſignificat.

H Oratio perfecta non enunciatiua quadruplex {
- Imperatiua quadruplex { Præceptiua. / Prohibitiua. / Deprecatiua. / Exhortatiua.
- Optatiua.
- Interrogatiua.
- Admiratiua.

Oratio imperfecta, & perfecta non enunciatiua, Dialectico, & Philoſopho non conueniunt.

Enun-

Digitized by Google

Enunciatio eſt oratio, in qua verum, vel falſum eſt.
Enunciatio, oratio Indicatiua, propoſitio, idem ſunt.

Propoſitio duplex { Vera.
 Falſa.

Propoſitio vera eſt, quando res ita ſe habet, ſicut per ipſam ſignificatur: vt Chriſtus eſt generis humani Redemptor.

Propoſitio falſa eſt, quando res, non ita ſe habet, ſicut per ipſam ſignificatur: vt Lucifer eſt humilis. falſa eſt: nã Lucifer ſuperbiſſimus eſt, ob id de cęlo eiectus.

Verum, vel falſum, eſt paſſio diſiuncta propoſitionis, ſicut par, vel impar, numeri.

Veritas, vel falſitas eſt in re, vt in cauſa: in propoſitione, vt in ſigno: in intellectu, vt in ſubiecto: in intellectu, ideſt in propoſitione mentali, & intellectuali immediatè, mediatè vero in intellectu, ſumpto intellectu pro potentia. Vnde.

Propoſitio vera, vel falſa triplex { Mentalis.
 Vocalis.
 Scripta.

Propoſitio ſcripta, & vocalis extrinſecè ſunt veræ, vel falſæ, quatenus mentali veræ, vel falſæ ſubordinantur.

Propoſitio mentalis intrinſecè, & formaliter, eſt vera, vel falſa.

Propoſitio mentalis nullius eſt Idiomatis.

De Alijs diuiſionibus propoſitionis. *Cap. VI.*

Prima Superdiuiſio propoſitionum ſecundum materiam.

Propoſitio triplex {
Neceſſaria: quæ non poteſt non eſſe vera: vt Deus eſt miſericors.
Impoſſibilis, quæ non poteſt non eſſe falſa: vt homo eſt lapis.
Cõtingens, quę põt eſſe vera, vel falſa: vt homo ſaluatur.

Secunda Superdiuiſio ſecundum ſubſtantiam.

Propoſitio duplex { Simplex, vel Cathegorica.
 Coniuncta, vel Hypothetica.

Propoſitio ſimplex eſt, quæ aliquod vnum de aliquo vno, vel aliquod vnum ab aliquo vno enunciat: vt Deus eſt ſubſtantia: Angelus non eſt lignum.

Id de quo, vel à quo aliquid enunciatur, eſt ſubiectum propoſitionis.

Id quòd de aliquo, vel ab aliquo enunciatur, eſt prædicatum propoſitionis.

Subiectum, prædicatum, & copula uniens prædicatum cum ſubiecto, ſunt partes principales propoſitionis ſimplicis. I

Si ſubiectum, & prædicatum ad inuicem conferantur: ſubiectum materiæ, prædicatum, formæ aſſimilatur.

Digitized by Google

Si ſubiectum, & prædicatum ad copulam comparentur, tàm ſubiectum quàm prædicatum materiæ, copula verò formæ ſimilitudinem gerit.

Tertia Superdiuiſio ſecundum qualitatem.

Propoſitio duplex
- Affirmatiua: Enunciatio alicuius de aliquo.
- Negatiua: Enunciatio alicuius ab aliquo.

Quarta Superdiuiſio ſecundum quantitatem.

Propopoſitio ſimplex quadruplex
- Vniuerſalis, cuius ſubiectum eſt terminus communis cum ſigno vniuerſali ſumptus: vt omnis homo eſt animal, nullus homo eſt Aſinus.
- Particularis, cuius ſubiectum eſt terminus communis cum ſigno particulari ſumptus: vt quidam homo currit.
- Indefinita, cuius ſubiectum eſt terminus communis ſinè aliquo ſigno: vt homo eſt animal.
- Singularis, cuius ſubiectum eſt terminus ſingularis, ex impoſitione, aut ex demonſtratione: vt Petrus currit, iſte homo currit.

Quinta Superdiuiſio ſecundum tempus.

Propoſitio triplex
- De præſenti, cuius copula eſt temporis præſentis.
- De præterito, cuius copula eſt temporis præteriti.
- De futuro, cuius copula eſt temporis futuri.

Sexta Superdiuiſio per Aequiuoca.

Propoſitio duplex
- Vna. duplex
  - Simpliciter, vt Cathegorica.
  - Coniunctione vna: vt Hypothetica.
- Plures. Vt canis currit; Teſtuſto delectat,

Subdiuiſio.

Propoſitio coniunctione vna duplex
- Hypothetica, conſtans ex pluribus Cathegoricis
- Cathegorica duplex
  - De extremo copulato: vt Deus eſt iuſtus, & miſericors.
  - De extremo diſiuncto: vt Deus prædeſtinat, vel damnat.
  - De extremo conditionato: vt Ioannes mouetur, ſi ambulat.

Pro-

Digitized by Google

Propoſitio plures,nõ eſt propoſitio,ſed tollit rationem formalem propoſitionis, ſicut homo mortuus. quando enim aliquid non eſt vnum, non eſt amplius illud: vt domus, non eſt domus, niſi ſit vna. K

Quandocumque in propoſitione ponitur terminus æquiuocus, eſt propoſitio plures.

Propoſitio,plures,eſt illa,in qua ex parte alterius extremi plura,ſine coniunctione ponuntur, non ſe habentia, vt actus & potentia, determinatio & determinabile: vt album, muſicum, calidum; vel cum in ea ponitur terminus æquiuocus.

Propoſitio plures quintuplex:
- Plura de vno,vt lignum eſt album, calidum.
- Vnum de pluribus: vt templum, lignum, eſt frigidum.
- Plura de pluribus: vt homo,aſinus,equus eſt rationalis,rudibilis, hinnibilis:
- Plures propoſitiones ſine coniunctione: vt Deus eſt bonus,homo eſt peccator.
- Propoſitio in qua ponitur terminus æquiuocus: vt Acutum penetrat.

De Compoſitione Propoſitionum. Cap. VII.

PRopoſitio mentalis ex pluribus conceptibus componitur intrinſecè:ex obiectis cognitis componitur extrinſecè. L

Propoſitio vocalis, & ſcripta ex pluribus vocibus, & ſcripturis formaliter, vel æquiualenter componuntur intrinſecè: ex pluribus verò obiectis ſignificatis componuntur extrinſecè.

Propoſitionem intrinſecè componi eſt ipſam habere partes eſſentiales, & integrales, ex quibus conſtat.

Propoſitionem componi extrinſecè,& obiectiuè,eſt,ipſam eſſe de pluribus obiectis,quorum vnum in ordine ad aliud concipitur.

De Veritate Propoſitionum, & Primò.

De Veritate Propoſitionis ſingularis. Cap. VIII.

AD veritatẽ propoſitionis ſingularis affirmatiuæ non requiritur,quod ſubiectum,& prædicatum ſint idem realiter: nàm iſta eſt vera: Salomon eſt ſapiens, & tamen Salomon,& eius ſapientia realiter diſtinguuntur.

Ad veritatem ſingularis affirmatiuæ non requiritur, quòd à parte rei prædicatum inſit realiter ſubiecto: iſta enim eſt vera: Sol eſt viſus, & tamen viſio non eſt realiter in Sole, ſed in oculo videntis. M

Ad

Ad veritatem propoſitionis ſingularis affirmatiuæ requiritur, quòd ſubiectum,& prædicatum pro eodem ſupponant,& accipiantur : ſi enim pro diuerſis ſupponant,& accipiantur,propoſitio erit falſa.

Ad veritatem propoſitionis ſingularis affirmatiuę non requiritur, quod ſubiectum,& prædicatum diſtinguantur realiter : nàm iſta vera eſt : Deus eſt Deus, cuius ſubiectum,& prædicatum ex parte rei realiter non diſtinguuntur. Similiter iſtæ : Homo eſt rationalis : Equus eſt animal.

Ad veritatem propoſitionis ſingularis negatiuæ requiritur, quòd ſubiectum, & prædicatum ſupponant, & accipiantur pro diuerſis aliquo modo diſtinctis : vel quòd ſubiectum pro nullo ſupponat : vt Petrus non eſt Aſinus. Voluntas mea non eſt intellectus. Hæc chimera non eſt homo.

De Veritate propoſitionis Indefinitæ,& particularis. Cap. IX.

N Propoſitio indefinita, & particularis conuertuntur: Probatur quia iſtæ duæ æquiualent : Homo eſt albus: Aliquis homo eſt albus,quarum altera eſt indefinita, altera particularis.

Ad veritatem propoſitionis Indefinitæ,& particularis affirmatiuæ ſufficit, quòd pro aliquo eodem ſupponant.

Ad veritatem Indefinitæ,& particularis negatiuæ requiritur,quòd ſubiectum pro nullo ſupponat,vel quòd non ſupponat pro eo, pro quo ſupponit prædicatum: vt chimera non eſt homo : aliquòd animal non eſt planta.

Omnis propoſitio, in qua ſubiectum ſupponit ſimpliciter, vel materialiter ad ſingularem reducitur : vt homo eſt ſpecies : animal eſt genus:Deus eſt biſſyllabus : animal eſt triſyllabum.

De Veritate propoſitionis Vniuerſalis. Cap. X.

- Signa Vniuerſalia duplicia.
  - Diſtributiua pro omnibus,tàm ſubſtãtia,quàm accidente.
    - Pro partibus ſubiectiuis, & integralibus.
      - Pro omnibus; omnis, nullus.
      - Pro duobus.
        - Vterq.
        - Neuter.
    - Pro integralibus tantum: vt Totus.
  - Pro accidentibus tantum,vt qualelibet,quotiens, &c.

O Ad veritatem vniuerſalis affirmatiuæ cùm ſigno pro omnibus diſtribuente,non requiritur,quòd ſubiectum,& prædicatum ſint idem realiter ; vt iſta eſt vera : Omnis Angelus eſt intelligens : cum tamen Angelus, & eius intellectio ſint res diſtinctæ.

Ad

Digitized by Google

Ad veritatem vniuerſalis affirmatiuæ cum ſigno pro omnibus diſtribuente, requiritur, quòd prædicatum ſupponat, eique conueniat, pro quibus ſupponit, & conuenit ſubiectum: vt omnis homo eſt animal: omnis homo eſt ſapiens: Omnis lepus eſt velox.

Ad veritatem vniuerſalis affirmatiuæ requiritur, quod quælibet eius ſingularis ſit vera.

Quando natura ſpecifica in vno tantum ſaluatur Indiuiduo, ad veritatem vniuerſalis affirmatiuæ ſufficit, quòd ſua ſingularis ſit vera: vt omnis Sol eſt lucidus: Omnis Luna eſt eclipſibilis: quælibet phœnix eſt auis.

Quando in vniuerſali affirmatiua fit diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum, ſiue pro partibus ſubiectiuis propinquis, non remotis: ſiue pro partibus ſecundum ſpeciem, non ſecundum numerum: eſt vera ſecundum intentionem proferentis, de rigore ſermonis eſt falſa: vt omne animal fuit in Arca Noë.

Quando in vniuerſali affirmatiua ſignum accipitur collectiuè, non diſtributiuè, ad eius veritatem ſufficit, quòd prædicatum conueniat omnibus ſimul ſumptis, de quibus dicitur ſubiectum: vt omnes Apoſtoli ſunt duodecim. Omnes hominum digiti ſunt viginti.

Ad veritatem vniuerſalis negatiuæ requiritur, vt prædicatum verè remoueatur ab omni illo, de quo ſubiectum verificatur: vt nullus homo eſt aſinus, nullus lapis eſt planta.

Omnis propoſitio vniuerſalis, particularis, & ſingularis, in qua ſubiectum, vel prædicatum verificatur de pluribus contentis, falſa eſt; ſi prædicatum ſumatur vniuerſaliter: vt omnis homo eſt omne animal: homo, vel aliquis homo eſt omnis ſubſtantia: Socrates eſt omnis Philoſophus.

Omnis propoſitio vniuerſalis, particularis, & ſingularis, in qua ſubiectum, & prædicatum verificantur de vno ſolo, eſt vera, etiam ſi prædicatum ſumatur vniuerſaliter: vt omnis Luna eſt omnis Planeta, deſtructis cæteris Planetis: Adam eſt omnis homo: fuit vera, quando nondum Eua fuerat formata: Matthias eſt omnis Imperator Romanorum.

Ad veritatem vniuerſalis affirmatiuæ cùm ſigno diſtribuente pro duobus, requiritur, quòd prædicatum verè competat vtrique illorum: vt vterque illorum currit.

Ad veritatem vniuerſalis negatiuæ cùm ſigno diſtribuente pro duobus, requiritur, quòd prædicatum vtrique diſconueniat: vt Neuter illorum diſputat.

Omnis propoſitio vniuerſalis affirmatiua, in qua ex parte ſubiecti ponitur vterque eſt falſa, ſi prædicatum ſumatur vniuerſaliter, ſiue cùm ſigno (Omnis) ſiue cum ſigno, vterque: vt vterque illorum eſt omnis homo: vterque illorum eſt vterque illorum. Ratio eſt, quia illud ſignum, vterque, ſemper duo ſuppoſita requirit, quorum vnum non eſt alterum. P

Totum dupliciter { Cathegorematicè, & eſt idem, quod perfectũ, vel integrum ex partibus. / Syncathegorematicè, & eſt ſignum diſtributiuum partium.

Quicquid verè dicitur de termino ſumpto cum hoc ſigno (totum) cathegorematicè ſumpto, verè dicitur de eodem termino ſine hoc ſigno (totũ:) vt totus Socrates currit, Socrates currit: Totus homo eſt aĩal: homo eſt aĩal: imò ab vna ad aliã eſt bona conſequentia: ſequitur. n. Totus Leo rugit, ergo Leo rugit.

Totum

Totum ſyncathegorematicè, idem eſt, quod quælibet pars illius, cui additur: vt totus lapis mouetur: ideſt, quælibet pars lapidis mouetur.

Ad veritatem affirmatiuæ, cuius ſubiectum determinatur hoc ſigno, totum, Syncathegorematicè, requiritur, quòd prædicatum conueniat cuilibet parti totius, cui additur: vt totus lapis mouetur: ideſt, quælibet pars lapidis mouetur.

Ad veritatem negatiuæ, cuius ſubiectum determinatur hoc ſigno (totum) ſyncathegorematicè; requiritur, quòd prædicatum non conueniat omnibus partibus totius: vt non totus homo intelligit: ideſt non quælibet pars hominis intelligit.

De Veritate Propoſitionum de Præterito. Cap. XI.

Q A D veritatem propoſitionis affirmatiuæ de præterito, requiritur, quòd prædicatum prædicetur de eo, pro quo ſupponit ſubiectum: vt Petrus fuit currens.

Ad veritatem affirmatiuæ de præterito, requiritur, quòd prædicatum aliquandò fuerit verè enunciatum de pronomine demonſtrante illud, pro quo ſupponit ſubiectum: vt ad hoc, quod ſit vera iſta: Album fuit Socrates, non requiritur, quòd iſta fuerit vera: Album eſt Socrates: ſed iſta; hoc eſt Socrates. nam poteſt eſſe, quòd Socrates ſit modo albus, ſed priùs non fuerit albus, ſed niger.

Ad veritatem negatiuæ de præterito, requiritur, quod prædicatum non ſupponat pro eodem, pro quo ſupponit ſubiectum: vt Claudum non fuit Adam.

Omnis propoſitio de præterito vera, neceſſariò eſt vera.

Propoſitio de Præterito, non eſt vera, niſi ſua de præſenti aliquando fuerit vera.

De Veritate Propoſitionum de Futuro. Cap. XII.

A D Veritatem propoſitionum de futuro affirmatiuæ, requiritur, quòd prædicatum, aliquando verè affirmabitur de illo, pro quo ſupponit prædicatum: vt puer erit ſenex: hic eſt ſenex.

Propoſitio de futuro non eſt vera, niſi ſua de præſenti aliquando ſit vera.

R Futurum duplex.
- Neceſſarium.
- Contingens triplex.
  - Vt in pluribus.
  - Vt raro.
  - Ad vtrumlibet.

De futuris contingentibus, vt in pluribus, eſt determinata veritas, vt in pluribus: vt homo naſcetur cum vno capite.

De futuris contingentibus, vt in pluribus, falſitas contingit, vt rarò.

De futuris contingentibus, vt rarò, falſitas contingit, vt in pluribus, veritas autem vt rarò.

De

De futuris contingentibus ad vtrumlibet,non eſt determinata veritas,vel falſitas: vt Petrus cras curret.

Omnis propoſitio de futuro contingenti enuntians,nũc verùm eſſe, quòd aliquid erit in futuro,eſt determinatè falſa.

Vt ſi dicatur, Petrus cras curret, eſt propoſitio falſa, ſignificando nunc verum eſſe, quòd Petrus cras curret: nam ſi nunc verum eſſet, neceſſariò eueniret, quòd falſum eſt.

Omnis propoſitio de futuro contingenti enuntians aliquid fore, vel non fore,eſt indeterminata vera,vel falſa:vt Petrus cras curret: Petrus cras nõ diſputabit.

Præſcientia Dei de futuris contingentibus nullam ijs neceſſitatem imponit: non enim quia videt,ideò eueniunt,ſed quia eueniunt,ideò ſic videt. Videt autem Deus ſic res contingentes euenire: quia ſic eius voluntas prædeterminauit. S

Propoſitiones dependentes ab aliquo futuro ſunt veræ,vel falſæ, ſicut illæ de futuro: vt Deus nouit Antechriſtum fore.

Omnis propoſitio de futuro contingenti, ſiue vt in pluribus,ſiue vt raro, ſiue ad vtrumlibet,abſolutè loquendo eſt indeterminatè vera, vel falſa. Hæc non contradicit primæ.Probatur iſta propoſitio,quia omne tale cótingés, licet ſit magis determinatum ad vnam,vel ad aliam partem: tamen ſimpliciter poteſt eſſe, & non eſſe.

Conceptus orationis prolatæ, non habetur, niſi in vltimo inſtanti prolationis verborum.

Semper oportet orationem eſſe veram in illo inſtanti, in quo cauſatur conceptus in audiente. Nàm ſi dicam,Deus creauit mundum eſt vera, quando cauſatur eius conceptus.

Non oportet orationem eſſe veram pro illo inſtanti, in quo cauſatur eius conceptus in audiente, ſed pro illo inſtanti, vel tempore, quòd ſignificatur per verbum copulans extrema:vt Deus creauit mundum, eſt vera propoſitio pro inſtanti temporis præteriti: ſed iſta, Deus iudicabit mundum, eſt vera pro vltimo tempore.

Veritas orationis intelligitur pro illo inſtanti,vel tempore,pro quo ſit compoſitio,& vnio extremorum:vt ego viuo:ego dormio: nam aliàs iſtæ propoſitiones, & conſimiles, numquam eſſent veræ.

De Oppoſitione Propoſitionum Cathegoricarum. Cap. XIII.

Paſſio Propoſitionũ triplex { Oppoſitio; Aequipollentia; Conuerſio } Oppoſitio dupl. { Largè ſũpta.; Strictè ſũpta. }

Oppoſitio primo modo,ſiue largè ſumpta, eſt repugnantia duarum propoſitionũ vtroque termino participantium,ſecundum eundem ordinem,vel in qualitate tantùm,vel in quantitate tantùm, vel in qualitate,& quantitate ſimul. T

Propoſitiones quædã participant. { Vtroq; termino:vt homo eſt animal,homo non eſt animal. Altero tantùm:vt homo eſt animal: homo non eſt lapis. Neutro:vt homo eſt animal: Planta non eſt Equus. }

P Oppo-

Oppoſitio ſolum reperitur in propoſitionibus vtroque termino participantibus.

Propoſitionum participantium vtroque termino, quædam participant.
- Secundum eundem ordinem: vt homo animal, non eſt animal.
- Secundum ordinem inuerſum: vt homo eſt animal: animal non eſt homo.

Oppoſitio propriè in his ſolum reperitur propoſitionibus, quæ vtroque termino ſecundum eundem ordinem participant.

Oppoſitio ſtrictè ſumpta eſt repugnantia inter duas propoſitiones eiuſdem omninò ſubiecti, & eiuſdem prædicati, quarum altera eſt affirmatiua, altera negatiua: vt homo eſt animal, homo non eſt animal, quæ ſic ab Ariſtotile deſcribitur.

Oppoſitio eſt affirmatio, & negatio oppoſitæ.

Oppoſitio ſtrictè ſumpta eſt tantum triplex.
- Contraria.
- Subcontraria.
- Contradictoria.

Largè ſumpta 4.
- Contraria.
- Subcontraria.
- Contradictoria.
- Subalterna.

Oppoſitio contraria eſt duarum propoſitionum eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prędicati, ſecundum eundem ordinem, quarum vna eſt vniuerſalis affirmatiua, altera vniuerſalis negatiua: vt quilibet homo currit, nullus homo currit.

Oppoſitiones contrariæ repugnant in qualitate tantùm.

Oppoſitio ſubcontraria eſt repugnantia duarum propoſitionum eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati, ſecundum eundem ordinem; quarum vnà eſt particularis affirmatiua, altera particularis negatiua: vt quidam homo currit, quidam homo non currit.

Propoſitiones ſubcontrariæ repugnant in qualitate tantùm.

Differunt à contrarijs ſicut totum & pars: illæ enim ſunt vniuerſales, iſtæ particulares, quaſi illarum partes: Vnde ſub illis continentur.

Oppoſitio contradictoria eſt repugnantia duarum propoſitionum eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati ſecundum eundem ordinem, quarum vna eſt vniuerſalis affirmatiua, altera particularis negatiua: vel vnà, vniuerſalis negatiua, altera particularis affirmatiua: vt nullus homo currit, quidam homo currit. Vel quilibet homo currit, quidam homo non currit.

Propoſitiones contradictoriæ repugnant in qualitate, & quantitate ſimul.

Oppoſitio ſubalterna eſt repugnantia duarum propoſitionum eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati ſecundum eundem ordinem, quarum vna eſt vniuerſalis affirmatiua, altera particularis affirmatiua: vel vna eſt vniuerſalis negatiua, altera particularis negatiua: vt quilibet homo currit, quidam homo currit: vel nullus homo currit, quidam homo non currit.


Propoſitiones ſubalternæ repugnant in quantitate tantùm: Vnde non verè repugnant, cùm ſe ſimul compatiantur, ſed ſatis impropriè: proinde Philoſophus non poſuit eas inter oppoſitiones.

Dicuntur ſubalternæ, eo, quod vna ſub altera continentur, ſcilicet particularis ſub vniuerſali.

Præſenti

Digitized by Google

Præſenti figura Oppoſitiones clarè conſpiciuntur.



Quatuor Oppoſitionum Conditiones. Cap. XIV.

1 IN propoſitionibus contrarijs, tàm ſubiectum, quàm prædicatum in vna, ſaltem, accipienda ſunt vniuerſaliter: vel, quod vulgo dicitur, Diſtributiuè.

2 In ſubcontrarijs, nec ſubiectum, nec prædicatum in vtraque illarum accipiendum eſt vniuerſaliter; ſed ſolum in negatiua, prædicatum vniuerſaliter accipitur.

3 In Contradictorijs, nec ſubiectum, nec prædicatum accipiẽdum eſt in vtraque vniuerſaliter; nec in vtraque particulariter: ſed in vna vniuerſaliter, in altera particulariter.

4 In Subalternis nullus terminus ponatur uniuerſaliter in particulari, quin idem ponatur uniuerſaliter in uniuerſali.

De Legibus Oppoſitionum. Cap. XV.

LEges Oppoſitionum ſunt Regulæ, quibus iudicatur, quomodo propoſitiones oppoſitæ repugnent inter ſe, uel in ueritate tantùm, uel in falſitate tantùm; uel in ueritate, & falſitate ſimul.

Lex ſiue natura Contrariorum.

Contrariarum ſi altera eſt uera, altera eſt falſa: ſed ſi una eſt falſa: non pro-

X pter hoc altera erit vera : vt omnis homo eſt animal; nullus homo eſt animal: Omnis homo eſt albus;nullus homo eſt albus .

Contrariè poſſunt eſſe ſimul falſæ in materia contingenti: vt omnis homo ſaluatur : nullus homo ſaluatur.

Contrariæ repugnant in veritate : ſed non in falſitate.

Lex, ſiue natura Subcontrariorum:

SVbcontrariorum ſi vna eſt falſa, altera neceſſariò erit vera : ſed ſi vna eſt vera ; non propter hoc altera erit falſa : vt quidam homo eſt animal, quidam homo non eſt animal : quidam homo eſt iuſtus : quidam homo non eſt iuſtus.

Subcontrariæ poſſunt eſſe ſimul veræ, in materia contingenti .

Subcontrariæ repugnant in falſitate, non autem in veritate .

Lex, ſiue Regula Contradictoriarum:

COntradictoriarum ſi vna eſt vera , altera eſt falſa : & ſi vna eſt falſa , altera erit vera: vt quilibet homo non currit : Nullus homo currit : quidam homo currit .

Contradictoriæ non poſſunt eſſe ſimul veræ, nec ſimul falſæ.

Contradictoriæ repugnant in veritate , & in falſitate.

Lex, & Regula Subalternarum.

SVbalternarum ſi vniuerſalis eſt vera, particularis erit vera, non è conuersò: & ſi particularis erit falſa, vniuerſalis erit falſa, non è conuersò. Vt omnis homo eſt animal, quidam homo eſt animal ; Omnis homo currit, quidam homo currit . Vel, nullus homo eſt lapis : quidam homo non eſt lapis ; Nullus homo ſaluatur, quidam homo non ſaluatur .

In ſubalternis veritas vniuerſalis infert veritatem particularis, & falſitas particularis infert falſitatem vniuerſalis .

Subalternæ non repugnant in veritate, neque in falſitate .

Omnes hæ regulæ ſecundum prædicationes ordinatas ſunt accipiendæ, non autem ſecundum inordinatas .

Propoſitiones oppoſitæ dupliciter.
- De Forma
  - Contrariæ.
  - Subcontrariæ.
  - Contradictoriæ.
  - Subalternæ .
- De Lege.
  - Contrariæ.
  - Subcontrariæ.
  - Contradictoriæ .
  - Subalternæ .

Y Contrariæ de forma ſunt, quarum totum vtriuſque ſubiectum vniuerſaliter, & vnius prædicatũ vniuerſaliter, ſ. negatiuæ , & alterius tenetur particulariter, ſ.

affir-

Digitized by Google

affirmatiuæ:vt quilibet homo currit,nullus homo currit. in vtraq; enim iſtarum ſubiectum ſtat vniuerſaliter, ideſt diſtributiuè : ſed prædicatum ſtat vniuerſaliter,tantùm in negatiua,ratione negationis : in affirmatiua verò particulariter.

Contrariæ de forma propriè ſunt contrariæ,& doctrinales, aliæ verò,quæ ſecundum legem à diſciplinis reijciuntur.

Contrariæ ſecundum legem ſunt, quæ contrariarum legem participant, non tamen totum vtriuſq; ſubiectum ſemper vniuerſaliter ſumitur:vt ſunt iſtæ duæ; Nullus homo in tempore præſenti eſt currens. Quilibet homo in tempore præſenti eſt currens. Totum ſubiectum vtriuſq; eſt, (homo in tempore præſenti) quod ſubiectum in prima totum eſt acceptum vniuerſaliter ratione negationis:ſed in ſecunda tantum pars eius,ſcilicet (homo) ſtat vniuerſaliter diſtributiuè.

Regula pro his dignoſcendis:

CVm duarum propoſitionum diuerſæ qualitatis vtroq; termino, eodem ordine participantium omnes termini communes diſtribuuntur : aut vnius earum aliquis vniuerſaliter,reliqui verò alterius vniuerſaliter tenentur, contrariarum legem participant. Exemplum primi modi. Nullus homo in tempore præſenti eſt currens : quilibet homo in omni tempore præſenti eſt omne currens.

Exemplum ſecundi modi. Nullus homo in tempore præſenti eſt currens ; quilibet homo in tempore præſenti eſt currens : vel aliquis homo in omni tempore præſenti eſt currens,&c.

Subcontrariæ de forma ſunt, quarum totum vtriuſque ſubiectum particulariter tenetur : alterius verò prædicatum vniuerſaliter, alterius verò particulariter: vt quidam homo currit, quidam homo non currit : prædicatum in affirmatiua,ſtat particulariter;in negatiua vniuerſaliter,ratione negationis.

Subcontrariæ de lege ſunt, quæ ſubcontrariarum legem participant, quarum totum vtriuſq; ſubiectum non ſemper particulariter tenetur : vt quidam homo in omni tempore præſenti eſt currens : quidam homo in aliquo tempore præſenti non eſt currens. In prima enim iſtarum non totum ſubiectum particulariter tenetur,ſed tantum pars illius,ſcilicet (homo) altera verò pars,ſcilicet in omni tempore præſenti, tenetur vniuerſaliter.

Regula pro his dignoſcendis:

CVm duarum propoſitionum ſubcontrariarum nullus terminorum communium vniuerſaliter tenetur,aut vnius earum aliquis particulariter, alterius verò omnes tenentur particulariter,legem ſubcontrariarum participant.Exemplum primi Quidam homo in aliquo tempore præſenti eſt currens; Quidam homo in aliquo tempore præſenti non eſt currens. Exemplum ſecundi Quidam homo in omni tempore præſenti eſt omne currens ; Quidam homo in aliquo tempore præſenti non eſt omne currens.

Con-

Contradictoriæ duplices {
- Quarum vna eſt vniuerſalis affirmatiua; altera particularis negatiua: vel vna vniuerſalis negatiua; altera particularis affirmatiua.
- Quarum ambæ ſunt ſingulares: vt Petrus currit, Petrus non currit.

Aa Contradictoriæ de forma ſunt, quarum totum vnius ſubiectum vniuerſaliter, alterius particulariter: & totum vnius prædicatum vniuerſaliter, alterius verò particulariter tenetur.

Contradictoriæ ſecundum legem ſunt, quæ contradictoriarum legem participāt: pro quibus dignoſcendis talis datur regula.

Quando ſunt duæ propoſitiones diuerſæ qualitatis vtroq; termino, eodem ordine participantes, quarum quilibet terminus communis diſtributus in vna, non diſtribuitur in altera, & è contra, legem contradictoriarum participant: vt quilibet homo in tempore præſenti eſt currens. Aliquis homo in omni tempore præſenti non eſt currens.

Vni propoſitioni contradictoriæ, vna tantum contradictoria poteſt aſſignari.

Plures propoſitiones eidem contradicere non poſſunt, niſi ſint æquipollentes.

Vna propoſitio poteſt habere plures ſibi contrarias de lege; plures etiam poſſunt eſſe vni propoſitioni ſubcontrariæ de lege: plures etiam ſubalternæ: quarum exempla conſulto prætermittimus, eo quod à diſciplinis reiectæ fuerint.

Subalternæ de forma ſunt, quarum totum vnius ſubiectum vniuerſaliter, & alterius particulariter; ambarum verò prædicatum conſimiliter tenetur, aut vniuerſaliter in negatiuis; aut particulariter in affirmatiuis.

Ab Subalternæ ſecundum legem ſunt, quæ ſubalternarum legem participant, pro quibus talis datur Regula.

Quæ terminum, aut terminos habet vniuerſaliter ſumptos, ad eam, quæ nullum, aut pauciores vniuerſaliter ſumptos habet, legem ſubalternarum participat, vicemq; vniuerſalis obtinet: vt quilibet homo in omni tempore præſenti eſt currens: Aliquis homo in tempore præſenti eſt currens: vel ſic. Nullus homo in tempore præſenti eſt currens: aliquis homo in omni tempore præſenti non eſt currens. Poſſuntq; vni propoſitioni plures, ſecundum legem, ſubalternari, ſicut de alijs oppoſitis diximus, quos tanquam inutiles, ſilentio prætermittimus.

De Aequipollentijs. Cap. XVI.

Aequipollentia eſt duarum propoſitionum cathegoricarum vtroq; termino eodem ordine participantium formalis æquiualentia, propter propoſitionem negationis tantùm, poſtpoſitionem tantùm, aut propoſitionem, & poſtpoſitionem ſimul.

Formaliter æquiualent propoſitiones, quando ſingula vnius, ſingulis alterius, quoad omnia conſimiliter ſe habebunt: vt quidam homo non currit: non omnis homo currit.

Ac Vniuerſalis modus dandi contradictionem eſt, toti propoſitioni proponere negationem, aut propoſitam auferendo: vt omnis homo currit; non omnis homo currit: Quidam homo currit; non quidam homo currit: Non omnis homo currit:

Digitized by Google

currit:omnis homo currit : Nullus homo currit;Nonnullus homo currit, &c.
Impoſſibile eſt plura ad inuicem non æquiualentia eidem contradicere : Vnum enim vni tantùm contradicit. Vnde ſequitur Regula.
Quæcumq; propoſitiones eidem contradicunt, illæ inter ſe æquipollent.
Quicquid contradicit vni æquiualentium, contradicit alteri.
Quæcumq; vni,& eidem æquiualent, illæ inter ſe æquiualent.

Prima Regula Aequipollentiarum:

NEgatio præpoſita ſigno vniuerſali, aut particulari, facit æquipollere contradictorias: vt iſtæ ſunt contradictoriæ. Quilibet homo currit; quidā homo non currit; cuiuis iſtarum præponatur negatio, æquipollebunt. Non quilibet homo currit, æquipollet huic: quidam homo non currit. & iſta: Non quidam homo non currit,æquipollet huic. Quilibet homo currit.

Secunda Regula.

NEgatio poſtpoſita ſigno vniuerſali,facit contrarias æquipollere: vt quilibet homo currit, nullus homo currit,ſunt contrariæ:ſi autem ſigno vniuerſalis negatiuæ, aut affirmatiuæ poſtponas negationem, æquipollebunt: vt ſi dicas: quilibet homo non currit, æquiualet huic, nullus homo currit: & iſta: Nullus homo non currit, æquiualet huic: quilibet homo currit. Ad

Tertia Regula.

NEgatio præpoſita,& poſtpoſita ſigno vniuerſali, aut particulari, facit ſubalternas æquipollere: vt, non omnis homo non currit, æquipollet huic, quidam homo currit: & iſta: Non quidam homo non currit,æquipollet huic; Nullus homo currit.

Quarta Regula.

SI in aliqua propoſitione duo ſigna vniuerſalia negatiua, vnū in ſubiecto,alterum in prædicato ponantur; primū contrario, ſecundum contradictorio æquipollent:vt nullus homo,eſt nullum animal: æquipollet huic; quilibet homo eſt aliquod animal.ſic etiam iſta: Nihil eſt Nihil, æquipollet huic, quodlibet eſt aliquid.
Nàm per ſecundum regulam;ſi alicui ſigno vniuerſali poſtponatur negatio,æquipollet ſuo contrario:& per primam, ſi alicui ſigno vniuerſali præponatur negatio,facit æquipollere ſuo contradictorio: hic autem vtrumq; contingit.
Si in propoſitione ſunt negationes numero pari,erit affirmatiua:ſi numero impari,negatiua.
Quantumcunq; negationem præponas,poſtponaſq;;ſubcontrariæ,nunquam æqui pollebunt:vt patet ex dictis.

De

De Conuerſionibus. Cap. XVII.

CONuerſio eſt ſubiecti in prædicatum mutatio.

Mutatio ſubiecti in prædicatum eſt, quando duarum propoſitionum ſubiectum vnius, eſt prædicatum alterius; & prædicatum vnius eſt alterius ſubiectum: vt homo eſt animal. Animal eſt homo.

Conuerſio duplex
- Bona: quando duarum propoſitionum, quæ conuertuntur vna de neceſſitate ſequitur ad aliam: vt aliquis homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt homo.
- Mala: quando ad conuerſam non de neceſſitate ſequitur cõuertens: vt omnis homo eſt animal, ergo omne animal eſt homo.

De neceſſitate in conſequentia neceſſaria, in conſequentia formali, idem ſunt.

Antecedens conuerſionis, ſiue conſequentiæ, quæ dicitur conuerſio, dicitur propoſitio conuerſa: conſequens verò dicitur conuertens.

Conuerſio bona triplex
- Simplex.
- Per accidens.
- Per contrapoſitionem.

Ae Conuerſio ſimplex eſt, quando conuerſæ ad conuertentem, manente eadem qualitate & quantitate, eſt formalis conſequentia: vt nullus homo eſt aſinus, ergo nullus aſinus eſt homo: vel aliquis homo eſt aĩal, ergo aliquod aĩal eſt homo.

Conuertitur conuerſione ſimplici vniuerſalis negatiua in vniuerſalem negatiuã, & particularis affirmatiua in particularem affirmatiuam. Particularis autem negatiua non conuertitur: Non enim ſequitur; quoddam animal non eſt homo, ergo quidam homo non eſt animal.

Conuerſio per accidens eſt quando conuerſæ ad conuertentem, manente eadem qualitate, ſed mutata quantitate eſt formalis conſequentia: vt omnis homo eſt animal, ergo aliquod animal eſt homo; vel nullus homo eſt lapis, ergo quidam lapis non eſt homo.

Conuerſio per contrapoſitionem eſt, quando mutatis terminis finitis in terminos infinitos, conuerſæ ad conuertentem eſt formalis conſequentia, manente eadẽ qualitate, & quantitate: vt omnis homo eſt animal, ergo omne non animal eſt non homo.

Conuertitur per contrapoſitionẽ vniuerſalis affirmatiua in vniuerſalẽ affirmatiuã, & etiã in particularẽ affirmatiuã; & vniuerſalis negatiua in particularẽ negatiuã: vt nullus homo eſt lapis, ergo quidã non lapis nõ eſt non homo. Conuertitur etiã particularis negatiua in ſeipſam, hac conuerſione: vt quidam homo non eſt lapis, ergo quoddam non lapis non eſt homo.

De particularibus, & indefinitis, & ſingularibus, quoad cõuerſionẽ idẽ eſt iudiciũ.

Conuerſio dicitur ſimplex, quãdo cõuertens immediatè infertur ex cõuerſa, non gratia alicuius propoſitionis intermediæ: vt nullus homo eſt Brutum: immediatè ex ipſa infertur; ergo nullum Brutum eſt homo, &c.

Cõuerſio aũt dicitur per accidẽs, quia cõuertens nõ infertur immediatè ex cõuerſa, ſed mediàte alia propoſitione: vt omnis homo eſt animal, nõ infert immediatè, ergo quoddã animal eſt homo; ſed immediatè infert iſtã, ergo quidã homo eſt animal, ad quam immediatè ſequitur, ergo aliquod animal eſt homo.

Con-

Conuerſio dicitur per contrapoſitionem, quia fit ſecundùm terminos oppoſitos, & contradictorios: nàm terminus infinitus opponitur, & contradicit termino finito.

Ratione contradictionis, conuerſio per contrapoſitionem eſt conſequentia formalis. vnde ſequitur, omnis homo eſt animal, ergo per locum à contradictorijs, nullus homo eſt non animal: nullus homo eſt non animal, ergo per conuerſionem ſimplicem, nullum non animal eſt non homo. tunc vlterà. Nullum non animal eſt non homo, ergo per locum à contradictorijs, omne non animal eſt non homo. Valet ergo à primo ad vltimum, omnis homo eſt animal, ergo omne non animal eſt non homo.

Sic etiam ſequitur: nullus homo eſt lapis, ergò quidam homo non eſt lapis: Quidam homo non eſt lapis, ergo quidam homo eſt non lapis, vt aliàs patebit ſuo loco. Quidam homo eſt non lapis, ergo per conuerſionem ſimplicem, quidam non lapis eſt homo. tunc vlterà quidam non lapis eſt homo, ergo per locum à contradictorijs: Quidam non lapis non eſt non homo; Valet ergo conſequentia. Nullus homo eſt lapis, ergo quidam non lapis non eſt non homo. ſic etiam immediatius ſequitur, ſi particularis negatiua conuertatur in particularem negatiuam.

De hac nó fecit mentionem Philoſophus, ſed eam adinuenit Boetius, vt formaliter etiam conuerteretur vniuerſalis affirmatiua in vniuerſalem affirmatiuam, & particularis negatiua in particularem negatiuam.

De Propoſitione Hypothetica. Cap. xviij.

PRopoſitio Hypothetica, eſt propoſitio habens plures Cathegoricas partes principales ſui mediante aliquo aduerbio, vel coniunctione coniunctas: vt ſi Socrates currit, Socrates mouetur. Plato ambulat, & ſanatur. Homo eſt iuſtus, vel eſt iniuſtus.

Propoſitio hypothetica ſextuplex { Conditionalis. Copulatiua. Disiunctiua. Cauſalis. Temporalis. Localis. } Ad quas omnes aliæ reduci poſſunt.

Conditionalis eſt illa, in qua coniunguntur duæ Cathegoricæ per hanc coniunctioné, ſi: vt ſi Christus dolet, patitur. Et ſi Deus remittit peccatum, miſeretur. Vel per aliam æquiualentem: vt Christus non recipitur, niſi ſit Meſſias: quæ æquiualet iſti: ſi Christus non ſit Meſſias, non recipitur.

Prima pars conditionalis dicitur eius antecedens; ſecunda, eius conſequens. Prima pars conditionalis eſt ea pars, quæ immediatè ſequitur coniunctionem, ſi, aut aliquid æquiualens: vt ſi homo currit, homo mouetur: (homo currit) eſt antecedens: (homo mouetur) eſt conſequens.

Prima, & ſecunda pars non attenditur ſecundũ ſitũ, ſed ſecundũ conſequentiã, & illationé, ſiue collationem ad notam illationis: vt in iſta; aliquis homo ſedet, ſi omnis homo ſedet: (Aliquis homo ſedet) licet primo loco ponatur, tamen dicitur conſequens, & alia pars, (omnis homo ſedet) dicitur antecedens.

Q Con-

Conditionalis duplex { Affirmatiua: cuius copula conditionalis eſt affirmatiua, ſiue eius partes ſint affirmatiuæ, ſiue non. Negatiua: cuius copula conditionalis negatur.

Exemplum primæ: vt ſi homo currit, homo mouetur: & iſta: ſi Signum non eſt homo, lignum non eſt rationale.

Exemplum ſecundæ. Non, ſi leo eſt animal, leo eſt homo: ideſt non ſequitur, leo eſt animal, ergo leo eſt homo.

Superdiuiſio.

Conditionalis duplex { Vna. Cuius antecedens impoſſibile eſt eſſe verum conſequente exiſtente falſo: vt ſi homo eſt, animal eſt. Falſa. Cuius antecedens poteſt eſſe verum. Conſequente exiſtente falſo: vt ſi Clerici manent in Clauſtro antè cœnam, malè agunt.

Ad veritatem conditionalis non requiritur veritas antecedentis, nec veritas conſequentis: vt ſi Valentinus eſt Equus, Valentinus eſt rudibilis. Et ſi Aſinus volat, aſinus habet alas.

Ad veritatem conditionalis requiritur, vt eius conſequens neceſſariò ſequatur ex antecedente: vt ſi homo eſt, animal eſt.

Poteſt eſſe conditionalis neceſſaria, & tamen quælibet eius pars erit impoſſibilis: vt, ſi, Valentinus eſt Brutum, Valentinus eſt irrationalis.

Conditionalis propoſitio nihil ponit in eſſe, ideſt nullam partem tanquam veram ponit, ſed tantum vnam ſequi ex altera manifeſtat.

Ag A tota conditionali, à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis eſt bona conſequentia; ſed non, è conuerſo: vt, ſi homo currit, animal currit; ſed homo currit, ergo animal currit. e conuerſo verò, à poſitione conſequentis, ad poſitionem antecedentis non valet conſequentia: Ideò non ſequitur: ſi homo currit, animal currit; ſed animal currit, ergo homo currit: poteſt enim animal currere, vt putà leo, & tamen homo non currit.

Ponere antecedens eſt aſſerere ipſum, conſtituendo illud in loco antecedentis, ſicut erat prius: vt ſi homo currit, animal currit: ſed homo currit, ergo animal currit.

Ponere conſequens eſt ipſum aſſerere, & conſtituere in loco antecedentis; ponendo illud, quod erat antecedens in loco conſequentis: vt ſi homo currit, animal currit; ſed animal currit, ergo homo currit.

A deſtructione conſequentis, ad deſtructionem antecedentis eſt bona conſequentia, ſed non econuerſo: vt ſi homo currit animal currit; ſed nullum animal currit, ergo nullus homo currit: ſed e conuerſo; à deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis non valet conſequentia. Vnde non ſequitur: ſi homo currit, animal currit; ſeu nullus homo currit, ergo nullum animal currit: poteſt enim non currente homine, aliud animal currere; vt Leo, vel Equus.

Deſtruere conſequens, vel antecedens, eſt illorum contradictorium accipere, de quo paulò ſupra tractauimus.

De

De Copulatiua. Cap. XIX.

COpulatiua propoſitio eſt illa, in qua coniunguntur plures cathegoricæ per coniunctionem copulatiuam, vel ei æquiualentem: vt Olympius eſt negligens, & Valentinus eſt diligens: & iſta: Raphael tàm eſt vorax, quàm ſomnolentus.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur quamlibet eius partem eſſe veram: vt homo eſt animal, & Equus eſt hinnibilis. A h

Quæcumq; pars copulatiuæ ſit falſa, tota erit falſa.

Ad neceſſitatem copulatiuæ requiritur quòd quælibet pars eius ſit neceſſaria: vt Petrus eſt homo, & eſt rationalis.

Ad hoc quod copulatiua ſit poſſibilis, requiritur, quod quælibet eius pars ſit poſſibilis, ideſt repugnantiam non includens: vt Franciſcus currit, & Ioannes diſputat.

Ad hoc quòd copulatiua ſit impoſſibilis, requiritur, quòd vna pars ſaltem ſit impoſſibilis; vel quod vna ſit alteri incompoſſibilis. Exemplum primi; Homo eſt Aſinus, & eſt legens. Exemplum ſecundi, vt Petrus ſedet, & Petrus non ſedet.

Ad hoc quòd copulatiua ſit contingens, ſatis eſt, vt altera pars ſit contingens alteri parti non repugnans: vt homo eſt animal, & ille ſtudet.

Ad falſitatem copulatiuæ ſufficit vnam partem eſſe falſam.

Præcedentes Regulæ traditæ ſunt de copulatiua affirmatiua. Dicitur autem copulatiua affirmatiua, quando copula non negatur, licet partes propoſitionis copulatiuæ ſint negatiuæ. Iſta enim propoſitio copulatiua, (homo non eſt lapis, & idem non eſt inſenſibilis) eſt affirmatiua, ſicut & iſta: homo eſt animal, & idem eſt rationalis. Negatiua verò erit quando copula negatur: ad hunc modum, non Homo eſt lapis, & idem eſt inſenſibilis: ideſt, non eſt vera iſta propoſitio: (Homo eſt lapis, & idem eſt inſenſibilis.)

Ad veritatem copulatiuæ negatiuæ requiritur, quòd vtraq; pars ſit falſa, vel ſaltem altera tantùm. Exemplum primi. Non homo eſt lapis, & idem eſt inſenſibilis: ideſt non eſt vera iſta propoſitio: (homo eſt lapis, & idem eſt inſenſibilis. Exemplum ſecundi. Non homo eſt animal, & homo eſt Equus: ideſt non eſt iſta propoſitio vera: homo eſt animal, & homo eſt Equus: verum eſt autem, iſtas propoſitiones non eſſe veras; ideò illæ duæ negatiuæ ſunt veræ.

Ad falſitatem copulatiuæ negatiuæ requiritur neceſſariò, ꝙ vtraq; pars ſit vera. Exemplũ ſit iſta propoſitio. Non homo eſt animal; & idem eſt rationalis: cuius ſenſus eſt: non eſt vera iſta propoſitio: (homo eſt animal, & idem eſt rationalis: falſum tamen eſt, quòd illa non ſit vera, ergo iſta negatiua erit falſa. Sed ad ipſam affirmatiuam redeamus, quæ magis propoſito noſtro conducit.

A tota copulatiua ad quamlibet eius partem eſt bona conſequentia: vt Socrates currit, & Plato diſputat, ergò Socrates currit: & ſimiliter. Socrates currit, & Plato diſputat, ergò Plato diſputat: ſed contrà à parte copulatiuæ ad totã copulatiuã non valet conſequentia: Ratio eſt, quia ad veritatẽ totius, ſequitur veritas vtriuſq; partis; ſed ad veritatem vnius partis tantùm, non ſequitur veritas totius. Vel dicas, quòd ideò eſt, quia totum continet in ſe partes ex quibus conſtruitur, ſed vna pars non complectitur totum.

Digitized by Google

De Diſiunctiua. Cap. XX.

Diſiunctiua propoſitio eſt, in qua coniunguntur plures Cathegoricæ per con iunctionem diſiunctiuam, aut ei æquiualentem: vt homo ſedet, vel currit.

Ad veritatem diſiunctiuæ requiritur, quod altera pars ſit vera, altera ſit falſa: vt dies eſt, aut non eſt.

Ad falſitatem requiritur, ꝙ vtraq; ſit falſa, vel vtraq; ſit vera: vt homo aſinus eſt, aut leo: & iſta homo eſt animal, aut ſubſtantia. Idcircò namq; diſiunctiua appellatur, eo quòd vna pars remoueatur ab altera: quarè ſi ambæ ſint veræ, & denotetur vnam rei competere, non ambas, falſo denotabit, ac per conſequens illa diſiunctiua falſa erit.

Ai Ad neceſſitatem diſiunctiuæ non requiritur, quod aliqua pars ſit neceſſaria; vt Petrus ſedet, vel Petrus nõ ſedet, eſt neceſſaria; & tamẽ neutra pars eſt neceſſaria.

Ad neceſſitatem diſiunctiuæ, requiritur, aut neceſſitas alterius partis, aut, ꝙ partes ſibi contradicant. Exemplum primi, homo currit, vel Deus eſt. Exemplum ſecundi, Deus creat, vel non creat: lapis eſt videns, vel non videns.

Ad poſſibilitatem diſiunctiuæ ſufficit, quòd altera pars ſit poſſibilis: vt homo eſt brutum, vel homo ſedet.

Ad impoſsibilitatem diſiunctiuæ requiritur, quòd vtraq; pars ſit impoſſibilis: vt homo eſt aſinus, vel eſt lapis.

Ad contingentiam eius requiritur, ambas partes eſſe contingentes, & inuicem non repugnantes.

A qualibet parte diſiunctiuæ ad totam diſiunctiuam eſt bona conſequentia: vt Socrates currit, ergo Socrates currit, vel Plato diſputat; vel ſub alijs verbis formetur regula ad hunc modum.

Quælibet propoſitio cathegorica, infert ſeipsã, cũ qualibet alia cathegorica, in vna diſiunctiua; idq; formaliter, ſiue in cõſequẽtia bona, formali, & neceſſaria.

A tota diſiũctiua cũ deſtructione alterius partis ad poſitionẽ alterius, eſt bonã cõſequẽtia: vt homo eſt lapis, vel homo eſt animal: at nullus homo eſt lapis, ergo omnis homo eſt animal: vel ſic; Socrates dormit, vel vigilat: ſed nõ dormit, ergo vigilat: ita etiam; Socrates dormit, vel vigilat: ſed non vigilat, ergo dormit.

A tota diſiunctiua cum poſitione alterius partis ad deſtructionem alterius, eſt bona conſequentia: vt homo eſt rationalis, vel eſt lapis: ſed eſt rationalis, ergo nõ eſt lapis. Ratio iſtarum regularum eſt, quia vt diximus ſemper propoſitio diſiunctiua aſſerit vnam partem, alteram renuit.

De Cauſali. Cap. xxi.

Propoſitio cauſalis eſt illa, in qua iunguntur plures cathegoricæ, per hãc cõiũctionẽ, quia, vel ei æquiualentẽ: vt, quia Chriſtus eſt Deus, eſt oĩpotẽs: peccator recedit à ſua mala via, ne in perpetuũ damnetur: hoc eſt quia peccator nõ vult in perpetuũ damnari, recedit à ſua mala via. Ioannes benè agit vt ſaluetur: ideſt, quia vult ſaluari, benè agit: Remex caleſit, in quantum verberatur hoc eſt, quia verberatur, caleſit.

Ak Ad veritatem cauſalis requiritur, quòd quælibet pars eius ſit vera, & ſimul cum hoc, quòd antecedens ſit cauſa conſequentis. Ideò iſta non eſt vera, Gregorius eſt albus, quia Baſilius eſt albus.

Digitized by Google

Cauſa hoc in loco accipitur largè,ſiue ſit per ſe, ſiue per accidens, ſiue naturalis, ſiue voluntaria: vt Dionyſius eſt riſibilis, quia homo eſt riſibilis: Titius comedit de nocte, quia habet liberum arbitrium. Antonius canit, quia eſt homo: lignum calefit, quia ignis eſt ſibi præſens, & non impeditus.

Ad falſitatem eius ſufficit, quòd aliqua ſuarum partium ſit falſa, vel quod antecedens non ſit cauſa conſequentis. Exemplum primum, homo eſt riſibilis, quia eſt aſinus: vel homo eſt rationalis, quia eſt lapis. Exemplum ſecundum. Ioannes mouetur, quia eſt albus. Vel Frãciſcus eſt doctus, quia Nicolaus ẽ ignorãs.

Ad neceſſitatem cauſalis requiritur neceſſitas vtriuſque partis: vt; quia homo eſt ſubſtantia, homo eſt per ſe exiſtens: quia albedo eſt color, eſt motiua viſus.

Ad impoſsibilitatem cauſalis non requiritur impoſsibilitas, nec falſitas alicuius partis, ſed ſufficit, quòd antecedens non poſsit eſſe cauſa conſequentis: vt quia homo eſt rationalis, homo eſt aſinus: vel quia homo eſt riſibilis, homo eſt albus.

A cauſali ad alteram eius partem eſt bona conſequentia: vt homo eſt animal, quia habet ſenſum, ergo homo habet ſenſum: Vel ſic, homo eſt animal, quia habet ſenſum, ergo homo eſt animal.

A cauſali ad copulatiuam ex eidem partibus eſt bona conſequentia: vt homo eſt animal, quia habet ſenſum, ergo homo eſt animal, & habet ſenſum. Vel ſic: Petrus quia eſt muſicus, canit, ergo Petrus eſt muſicus, & canit: ſed è conuerſò non ſequitur: Non enim ſequitur: Petrus vigilat, & eſt albus; ergo quia vigilat eſt albus.

De Temporali. Cap. XXII.

PRopoſitio temporalis eſt illa, in qua plures Cathegoricæ coniunguntur per aliquod temporis aduerbium: vt Ioannes ludit, dùm Gabriel ſtudet. Franciſcus comedit, quando Raphael dormit.

Ad veritatem temporalis requiritur veritas vtriuſque partis pro eodem tempore, vel diuerſo. Exemplum primi. Deus agit, quandò creatura agit. Exemplum ſecundi. Paulus fuit conuerſus, poſtquam Chriſtus fuit Crucifixus.

Ad falſitatem temporalis ſufficit alteram partem eſſe falſam: vt Paulus fuit conuerſus antequàm Chriſtus fuit Crucifixus.

Ad neceſsitatem temporalis requiritur neceſsitas vtriuſque partis: vt Petrus homo eſt, dùm animal eſt.

Ad impoſsibilitatem temporalis requiritur impoſsibilitas vnius ſaltem partis, aut quòd partes ſint incompoſsibiles. Exemplum primi: vt Petrus eſt planta, dùm dormit. Exemplum ſecundi: vt Petrus legit, quando non legit.

Ad poſsibilitatem, requiritur poſsibilitas vtriuſque partium: vt Petrus dum biberet, ſuffocatus eſt.

A temporali ad aliquam partem eius eſt bona conſequentia. Exemplum. Petrus dum biberet ſuffocatus eſt, ergo Petrus ſuffocatus eſt; Non tamen è contra.

A temporali ad copulatiuam ex eiſdem partibus eſt bona conſequentia. Verbi gratia: Paulus fuit conuerſus, poſtquam Chriſtus fuit Crucifixus. Ergo Paulus fuit conuerſus, & Chriſtus fuit crucifixus; è conuerſo autem non eſt bona conſequentia. vnde non ſequitur: Adam fuit à Deo de limo formatus, &

Eua

Eua fuit à Deo de coſta formata : ergo Adam fuit à Deo de limo formatus, poſtquam Eua fuit à Deo de coſta formata.

Si tamen copulatiua formetur, vt æquiualens temporali, valet etiam conſequentia, è conuerſo: vnde ſequitur: Paulus fuit conuerſus, poſtquam Chriſtus fuit crucifixus: ergo Paulus fuit conuerſus, & Chriſtus anteà fuit crucifixus. ſic è diuerſo probè ſequitur: Paulus fuit conuerſus, & Chriſtus anteà fuit crucifixus: Eodem modo ſequitur: Adam fuit à Deo de limo formatus, & Eua poſtea fuit à Deo de coſta Adæ formata: ergo Adam fuit à Deo de limo formatus, priuſquàm Eua fuit à Deo de coſta Adæ formata.

De Locali. Cap. XXIII.

A m Propoſitio hypothetica localis eſt, in qua coniunguntur plures Cathegoricæ per aduerbium locale, vel aliquod ei æquiualens: vt Chriſtus patiebatur, vbi Chriſtus prædicabat: Accidens eſt, vbi ſubiectum eſt.

Ad veritatem propoſitionis localis requiritur veritas vtriuſque partis pro eodem loco, vel pro diuerſis: vt Accidens eſt, vbi ſubiectum eſt: Iacobus mortuus eſt alibi, quàm Petrus.

Ad falſitatem localis ſufficit alteram partem eſſe falſam. quæ diximus de temporali, poſſunt dici etiam de locali.

Si quæ aliæ reperiantur hypotheticæ, ad aliquam iſtorum reduci poſſunt. Inter quas illa eſt, quæ rationalis appellatur, de qua in libro Syllogiſmorum agetur.

Animaduerſiones quædam pro Hypotheticis. Cap. XXIV.

Animaduertendum eſt propoſitiones prædictas, quãdoque non completè exprimi: & tunc poſſunt eſſe hypotheticæ, vel cathegoricæ: Ideò tunc opus eſt diſtinctione: nam vno modo poſſunt eſſe veræ, alio modo falſæ.

Quando coniunctiones, & aduerbia ponuntur inter propoſitiones, tunc manifeſtæ ſunt hypotheticæ, nec opus eſt diſtinctione: vt omnis homo currit, vel omnis homo non currit. Omnis homo diſputat, & omnis Clericus eſt bonus.

Quando coniunctiones, & aduerbia ponuntur inter terminos, tunc ambiguum eſt, an hypothtecæ ſint, an cathegoricæ: vt omnis homo currit, & diſputat: Omnis homo eſt doctus, vel indoctus.

Quando coniunctio, vel, ponitur inter terminos, ſemper propoſitio eſt diſtinguenda, eo quòd poteſt eſse hypothetica diſiunctiua, vel cathegorica de diſiũcto extremo: vt omnis homo ſaluabitur, vel condemnabitur: quæ ſi ſit hypothetica diſiunctiua, æquiualet iſti: Omnis homo ſaluabitur, vel omnis homo condemnabitur, & eſt falſa; nàm non omnis homo ſaluabitur, nec omnis homo condemnabitur.

Si verò cathegorica de diſiuncto extremo, æquiualet huic. De quolibet contento ſub homine verificatur hoc totum extremum diſiunctim, ſaluabitur, vel condemnabitur: vt putà, Petrus ſaluabitur, vel condemnabitur: Iudas ſaluabi-

uabitur, vel condemnabitur : & ſic de ſingulis, & eſt propoſitio vera.

Quando tamen talis propoſitio diſtinguenda, eſt ſingularis : tunc diſiunctiua, & de diſiuncto extremo æquipollent : vt Petrus currit, vel ſcribit; idem valet, quod Petrus currit, vel Petrus ſcribit : non autem quando eſt vniuerſalis, vt patet. An

Quando hæc coniunctio, &, ponitur inter terminos diſtinguenda eſt, quòd poteſt eſſe hypothetica copulatiua, vel cathegorica de extremo copulato: vt tria, & duo ſunt quinque ; ſi ſit copulatiua, æquiualet huic, tria ſunt quinque, & duo ſunt quinque, & eſt falſa : ſi verò ſit de copulato extremo, æquiualet huic, tria, & duo ſimul ſumpta ſunt quinque, & eſt vera.

Vbicumque ponitur hæc coniunctio (ſi) inter terminos eſt diſtinguenda, eo quòd poteſt eſſe hypotheca conditionalis, vel cathegorica de cõditionato extremo : vt omne poſsibile ſi ſit neceſſarium, eſt vernm : quæ ſi ſit conditionalis, æquiualet huic, ſi omne poſsibile ſit neceſſarium, omne poſsibile eſt verum : & in hoc ſenſu propoſitio eſt vera. ſi verò ſit de conditionato extremo, æquiualet iſti : De quocumque verificatur hoc totum (poſsibile ſi eſt neceſſarium) verificatur etiam hoc prædicatum (verum,) & eſt falſa : Nam, te eſſe aſinum eſt poſsibile, ſi eſt neceſſarium: & tamen non ſequitur, hoc eſſe verum, ſcilicet, te eſſe aſinum.

Vbicumque coniunctio cauſalis (quia) ponitur inter terminos poteſt, eſſe hypothetica cauſalis illa propoſitio, aut cathegorica de cauſali extremo : vt omnis homo eſt capax Dei, quia habens animam rationalem, quæ ſi ſit cauſalis, valet iſtam : Omnis homo eſt capax Dei, quia omnis homo eſt habens animam rationalem, & eſt vera. Si verò ſit de cauſali extremo, valet iſtam. De quolibet homine verificatur hoc totum extremum cauſale, ſcilicet capax Dei, quia habens animam rationalem, & ſimiliter eſt propoſitio vera.

Semper vel frequenter ſenſus cauſalis, & ſenſus propoſitionis de cauſali extremo conuertitur; ideò vt plurimum, ſi in vno ſenſu eſt vera, in alio ſenſu erit vera, & ſi falſa in vno, falſa etiam in alio.

In quacumque propoſitione ponitur aduerbium temporis, illa poteſt eſſe temporalis, vel de temporali extremo : vt omnis damnatus, dùm fuit viator, peccauit. quæ ſi ſit temporalis, æquiualet iſti : dum omnis damnatus fuit viator, omnis damnatus peccauit : quæ falſa eſt : nàm quando Eſau fuit viator, Iudas nnn peccauit, quia nondum erat. Si verò de temporali extremo, æquiualet iſti. De quolibet damnato, verificatur hoc totum, dùm fuit viator peccauit : Nàm Eſau dum fuit viator peccauit, Iudas dùm fuit viator peccauit, & ſic de ſingulis: & eſt propoſitio vera.

Idem dicendum de aduerbio locali, vt in iſta propoſitione : Omnis homo currebat, vbi diſputabat, præſuppoſito, quòd quilibet homo currebat, vbi diſputabat, ſed diuerſis in diuerſis locis : quæ ſi ſit localis valet iſtam : Omnis homo currebat, vbi omnis homo diſputabat, & eſt falſa, quia diuerſi in diuerſis locis currebant, & diſputabant. Si verò ſit de locali extremo ; ſenſus eſt : De quolibet homine verificatur hoc totum extremum locale (currebat, vbi diſputabat :) & eſt vera, cum ex hypotheſi quilibet curreret, vbi diſputaret, & ideò quælibet ſingularis ſit vera.

Hæc dicta ſint de Hypotheticis.

Sequuntur Modales. Cap. xxv.

PRopoſitio Modalis eſt, quæ à modo non quocunque, ſed aliquo iſtorum quatuor, poſsibili, impoſsibili, contingenti, & neceſſario nomen habet.

Modus eſt adiacens rei determinatio quæ eſt duplex.
- Per adiectiuum nominis: vt albus poſſibilis, &c.
- Per adiectiuum verbi: vt fortiter, poſsibiliter, &c.

Propoſitio Modalis duplex.
- Compoſita.
- Diuiſa.

Et eſt diuiſio æquiuoci; nam compoſita non eſt verè modalis, ſed tantùm diuiſa.

A o Modalis Compoſita eſt propoſitio cathegorica, cuius vnum extremū eſt modus, & alterum eſt dictum, non aliunde modificata.

Dictum, eſt oratio ex accuſatiuo, & infinitiuo conſtituta, aut oratio tali orationi æquiualens. Exemplum primi. Hominem currere. Exemplum ſecundi. Homo currit. Nàm iſta modalis prout eſt compoſita: (hominem currere eſt poſsibile) reſoluitur in iſtam æquiualentem ſibi: Homo currit, eſt propoſitio poſsibilis.

Auctores ſæpius infinitiua oratione, quàm indicatiua vtuntur.

In Modali compoſita iſti quatuor modi ſignificatiuè, & cathegoricè accipiuntur: ſuntque modalium paſsiones: nempè poſsibilitas, impoſsibilitas, contingentia, neceſsitas.

Dicitur non aliunde modificata, quia modalis compoſita, debet ſolùm habere modum in ſubiecto, vel prædicato.

Poſsibile, & contingens, prout faciunt modales compoſitas, idem ſunt, ſicut enſis, & gladius. Vtrumque namque, idem eſt quòd propoſitio poſsibilis.

Impoſsibile verò idem eſt, quòd propoſitio impoſsibilis, & neceſſe, idem quòd propoſitio neceſſaria.

De Modalibus compoſitis tales dantur Regulæ. Cap. XXVI.

PRima; ſi aliqua propoſitio eſt poſsibilis, eadem eſt contingens, eadem non eſt impoſsibilis, & eius contradictoria oppoſita non eſt neceſſaria. Vnde benè ſequitur. Homo currit; eſt propoſitio poſsibilis, ergò eſt contingens, ergo non eſt impoſsibilis, ergo (nullus homo currit) non eſt propoſitio neceſſaria.

Prima pars patet, quia poſsibile, & contingens æquiualent: Secunda etiam patet, quia ſi eſt propoſitio poſsibilis, cùm idem contraria, ſiue oppoſita in eſſe non poſsint ſimul, ergo alterū remouebitur: ſi ergo eſt poſsibilis, non eſt impoſsibilis. Tertia pars probatur, quia ſi ſua contradictoria ſit neceſſaria, duæ contra-

dicto-

Digitized by Google

dictorię erunt ſimul veræ:Nam iſta (homo currit)poteſt eſſe vera in aliquo inſtanti,cum ſit poſsibilis, ſua autem contradictoria(nullus homo currit)cum ſit neceſſaria ex hypotheſi,ſemper erit vera,ergo etiam in illo inſtanti,in qua homo currit,ponitur propoſitio vera : quod eſt abſurdum , &c. Ap.

Secunda;ſi aliqua propoſitio non eſt poſsibilis,eadem non eſt contingens, eadem eſt impoſsibilis,& eius oppoſita contradictoria eſt neceſſaria . ſequitur enim ; (Homo eſt aſinus)non eſt propoſitio poſsibilis,ergo non eſt contingens , ergo eſt impoſsibilis,ergo ſua contradictoria:Nullus homo eſt aſinus eſt neceſſaria, patet Per oppoſitum ad præcedentem .

Iſtæ duæ Regulæ intelligendæ ſunt, tum de affirmatiuis, tùm de negatiuis propoſitionibus .

Iſtis duabus Regulis,quatuor Regulæ Petri Hiſpani correſpondent .

Prima, cuicumque dicto affirmato attribuitur poſsibile, eidem attribuitur contingens,ab eodem remouetur impoſsibile, vt ab eius contradictorio oppoſito remouetur neceſſe .

Secunda,cuicumque dicto negato attribuitur poſsibile,eidem attribuitur contingens , ab eodem remouetur impoſsibile , & ab eius contradictorio oppoſito remouetur neceſſe .

Hæ duæ Regulæ,correſpondent primæ,quæ vtrique communis eſt.

Tertia,à quocumque dicto affirmato remouetur poſsibile , ab eodem remouetur contingens,eidem attribuitur impoſsibile, & eius contradictoriè oppoſito attribuitur neceſſe .

Quarta,à quocumque dicto negato remouetur poſsibile , ab eodem remouetur contingens , eidem attribuitur impoſsibile,& eius contradictoriè oppoſito attribuitur neceſſe .

Exemplum primi.Homo eſt Equus,non eſt propoſitio poſsibilis,ergo non eſt cótingens , ergo eſt impoſsibilis,ergo ſua côtradictoria,nullus homo eſt Equus, eſt propoſitio neceſſaria .

Exemplum ſecundi.Iſta propoſitio,homo non eſt ſubſtantia,non eſt poſsibilis,ergo non eſt contingens,ergo eſt impoſsibilis,ergo eius contradictoria : Omnis homo eſt ſubſtantia,eſt propoſitio neceſſaria .

Iſtæ duæ poſteriores Regulæ,ſecundæ Regulæ communi correſpondent .

Dictum affirmatum eſt,inter cuius partes non ponitur negatio:vt hominem currere,vel homo currit .

Dictum negatum eſt inter cuius partes ponitur negatio : vt hominem non currere,vel homo non currit .

Attribui,eſt affirmari : Remoueri , eſt negari .

Si aliqua æquipollentium eſt poſsibilis,contingens,impoſsibilis , aut neceſſaria , & reliqua ſimiliter : vt ſi omnis homo currit, eſt propoſitio poſsibilis , ergo ſua æquiualens : Non quidam homo non currit , eſt propoſitio poſsibilis.Vel ſic, omnem hominem currere eſt poſsibile, ergo non aliquem hominem non currere eſt poſsibile . Ita de alijs,&c.

Si conuerſa eſt poſsibilis,& eius conuertens erit poſsibilis: vt omnis homo currit,eſt propoſitio poſsibilis; ergo quoddam currens eſt homo , erit propoſitio poſsibilis.Idem dicas de contingenti .

Si conuerſa eſt impoſsibilis,non oportet eius conuertentem eſſe impoſsibilem. : vt omne animal eſſe hominem eſt impoſsibile , non tamen aliquem hominem

Digitized by Google

eſſe animal eſt impoſsibile: Vel ſic. Omne animal eſt homo, eſt propoſitio impoſsibilis;non tamen ſua conuertens,aliquis homo eſt animal, eſt impoſsibilis, imò neceſſaria.

Si propoſitio conuerſa eſt neceſſaria, & eius conuertens erit neceſſaria: vt omnis homo eſt animal,eſt propoſitio neceſſaria; ergo eius conuertens eſt neceſſaria; iſta ſcilicet,Aliquod animal eſt homo.

Si conuerſa non eſt poſsibilis,aut non eſt contingens, non oportet eius conuertentem non eſſe poſsibilem, aut non eſſe contingentem: vt omne currens eſt homo,non eſt propoſitio poſsibilis,aut contingens;ergo aliquis homo eſt currens,non eſt propoſitio poſsibilis,aut contingens, non ſequitur.

Si aliqua propoſitio non eſt impoſsibilis, neque eius conuertens erit impoſsibilis: vt omnem hominem currere non eſt impoſsibile: ergo aliquòd currens eſſe hominem,non eſt impoſsibile.

Si aliqua propoſitio non eſt neceſſaria: non oportet eius conuertentem non eſſe neceſſariam:vt non ſequitur:Omne animal eſt homo,non eſt propoſitio neceſſaria;ergo aliquis homo eſt animal,non eſt propoſitio neceſſaria.

De Modalibus Diuiſis. Cap. xxvij.

IN Modalibus diuiſis,poſsibile,contingens,impoſsibile,& neceſſe accipiuntur ſyncathegorematicè,ſiue conſignificatiuè, ſuntque determinationes copularum,faciuntque modales diuiſas.

Aq Propoſitio Modalis diuiſa eſt propoſitio cathegorica, cuius copula aliquo modorum poſsibili, contingenti,impoſsibili, & neceſſario conſignificatiuè ſumptorum determinatur:vt hominem poſsibile eſt currere: vel homo poſsibiliter currit.

Propoſitio Modalis abſolutè ſumpta,ſemper intelligitur modalis diuiſa; nàm iſta eſt vera modalis,non autem illa,quæ dicitur compoſita. Modalis autem nunquam intelligitur compoſita,niſi exprimatur.

In Modalibus diuiſis, modus ſemper determinat copulam verbalem propoſitionis:vt hominem poſsibile eſt currere:vel hominem poſsibile eſt eſſe currenté: vel homo poſsibiliter currit: ſiue homo poſsibiliter eſt currens.

Hæ omnes inter ſe æquiualent,vt patet: & in prima ſubiectum eſt,ly,hominem, prædicatum eſt ly(currere.)In ſecunda ſubiectum eſt iſta dictio (hominem, & prædicatum,iſta dictio)currentem.)In tertia ſubiectum eſt iſta dictio (homo) & prædicatum eſt iſta dictio(currit.)In quarta ſubiectum eſt iſta dictio (homo)& prædicatum,eſt iſta dictio(currens.)

Modalium de verbo infinitiuo frequentior eſt vſus.

Modi facientes propoſitiones Modales duplices.
- Vniuerſales.
  - Impoſsibile.
  - Neceſſe.
- Particulares.
  - Poſsibile.
  - Contingens.

Item,quidam
- Affirmatiui,vt neceſſe.
- Negatiui,vt Impoſsibile.

De

Digitized by Google

De Oppoſitionibus Modalium. Cap. xxviij.

Oppoſitio Modalium duplex. { De forma. / De Lege.

Contrariæ Modales de forma, ſunt modales eiuſdem ſubiecti, & prædicati, quarum vna eſt tota vniuerſalis affirmatiua, altera eſt tota vniuerſalis negatiua.

Modalis tota eſt vniuerſalis, quæ de ſubiecto, & de modo eſt vniuerſalis: vt omnem hominem neceſſe eſt eſſe animal, & omnem hominem impoſsibile eſt eſse animal: quarum prima eſt tota vniuerſalis affirmatiua, ſecunda tota vniuerſalis negatiua. Ar


Subcontrariæ Modales de forma, ſunt modales eiuſdem ſubiecti, & prædicati, quarum vna eſt tota particularis affirmatiua, & alia tota particularis negatiua.

Modalis eſt tota particularis, quæ de ſubiecto, & de modo eſt particularis: vt aliquem hominem poſsibile eſt eſſe animal: & aliquem hominem poſsibile eſt non eſse animal: quarum prima eſt tota particularis affirmatiua, ſecunda tota particularis negatiua.

Contradictoriæ Modales de forma, ſunt modales eiuſdem ſubiecti, & prædicati diuerſæ qualitatis, quarum vna eſt tota vniuerſalis, altera tota particularis: vt omnem hominem neceſſe eſt eſſe animal, & aliquem hominem poſsibile non eſſe animal.


Subalternæ modales de forma ſunt modales eiuſdem ſubiecti, & prædicati, & eiuſdem qualitatis, quarum vna eſt tota vniuerſalis, altera tota particularis: vt omnem hominem neceſse eſt eſse animal: & aliquem hominem poſsibile eſt eſse animal.

Figura Oppoſitionis ſecundum formam.



Digitized by Google

Quoniam verò vnicuiq; iſtarum quadrupliciter propoſitionum tres aliæ æquiualentes dari poſſunt, ideò figura hoc pacto ordinanda erit.



Regula æquiualentiarum. Cap. XXIX.

A 2 1 NEgatio præpoſita modo vniuerſali facit æquipollere contradictorio; ſimiliter præpoſita modo particulari: vt aliquem hominem non neceſsè eſt currere, æquiualet huic, aliquem hominem poſsibile eſt non currere: ſimiliter iſta: aliquem hominem non poſsibile eſt currere, æquiualet huic, aliquem hominem impoſſibile eſt currere.

2 Negatio poſtpoſita modo vniuerſali facit æquipollere contrario: vt omnem hominem neceſſe eſt non currere, æquipollet huic: omnem hominem impoſsibile eſt non currere, æquiualet huic, omnem hominem neceſſe eſt currere.

3 Negatio præpoſita, & poſtpoſita modo vniuerſali, & particulari facit æquipollere ſubalterno: vt hominem non neceſſe eſt non currere, æquipollet huic, hominem poſsibile eſt currere. Et iſta, hominem non poſsibile eſt non currere, æquipollet huic, hominem neceſſe eſt currere.

Ad Modalium æquipollentiam requiritur, quòd ex parte ſubiecti ſint eiuſdem quantitatis.

Moda-

Modales compoſitæ ad diſciplinas pertinent, diuiſæ ad ſophiſticam.
Quare propoſitiones diſciplinarum, in quibus aliquis dictorum modorum ponitur, ſiue præponatur, ſiue poſtponatur, ſiue interponatur, intelligendæ ſunt eſſe modales compoſitæ.

De Conuerſionibus Modalium. Cap. XXX.

1 Propoſitio Modalis tota vniuerſalis affirmatiua, per accidens, in totam particularem affirmatiuam conſequentia formali, ac neceſſaria conuertitur: vt omnem hominem neceſſe eſt eſſe animal: ergo quoddam animal poſſibile eſt eſſe hominem.

2 Tota vniuerſalis negatiua ſimpliciter, in totam vniuerſalem negatiuam conuertitur, & per accidens in totam particularem, & maximè in partim vniuerſalem partimq; particularem. Exemplum primi; Omnem hominem impoſſibile eſt eſſe aſinum, ergo omnem aſinum impoſſibile eſt eſſe hominem. Exemplum ſecundi; omnem hominem impoſſibile eſt eſſe aſinum, ergo aliquem aſinum impoſſibile eſt eſſe hominem: vel aliquem aſinum non neceſſe eſt eſſe hominem. Exemplum tertij; omnem hominem impoſſibile eſt eſſe aſinum, ergo omnem aſinum poſſibile eſt eſſe hominem: vel ſic; omnem hominem impoſſibile eſt eſſe aſinum, ergo aliquem aſinum neceſſe eſt non eſſe hominem. prima conuertens eſt vniuerſalis de ſubiecto, & particularis de modo: ſecunda eſt vniuerſalis de modo, particularis de ſubiecto. A t

3 Propoſitio modalis tota particularis negatiua, non conuertitur. Vnde non ſequitur: quoddam animal poſſibile eſt non eſſe hominem, ergo quemdam hominem poſſibile eſt non eſſe animal.

4 Tota particularis affirmatiua conuertitur ſimpliciter in totam particularem affirmatiuam: vt quemdam hominem poſſibile eſt eſſe animal, ergo quoddam animal poſſibile eſt eſſe hominem.

5 Propoſitio modalis affirmatiua partim vniuerſalis, partim particularis in totam particularem conuertitur: vt omnem hominem poſſibile eſt eſſe animal, ergo quoddam animal poſſibile eſt eſſe hominem: vel ſic, quemdam hominem neceſſe eſt eſſe animal, ergo quoddam animal poſſibile eſt eſſe hominem.

Propoſitio modalis negatiua partim vniuerſalis, partim particularis, nullo pacto conuertitur. Vnde primò non ſequitur: omne habens pedes, poſſibile eſt non eſſe ambulans, ergo quoddam ambulans poſſibile eſt non habere pedes.
Nec ſecundò ſequitur, quoddam animal neceſſe eſt non eſſe hominem, ergo quẽdam hominem poſſibile eſt non eſſe animal: prima conuertens eſt vniuerſalis de ſubiecto, particularis de modo, ſecunda particularis de ſubiecto, vniuerſalis de modo.
Conuerſio propoſitionum de contingenti poteſt fieri per oppoſitas qualitates, hoc eſt, affirmatiua conuertitur in negatiuam, & negatiua in affirmatiuam, nulla ſubiecti, & prædicati mutatione facta.
Iſta conuerſio fit in propoſitione de contingenti ad vtrumlibet, & in ſenſu diuiſionis: vt omnis homo contingenter currit, conuertitur in iſtam; omnis homo contingenter non currit.

Quan-

Quando propoſitio conuertitur per oppoſitas qualitates, in vtraq; propoſitione, modus debet eſſe affirmatiuus, non negatiuus. Idcircò non ſequitur: omnis homo contingenter currit, nec è conuerſo: ſed probè ſequitur: omnis homo contingenter currit, ergo omnis homo contingenter non currit: & è contrà omnis homo contingenter non currit, ergo omnis homo contingenter currit.

Quæ duæ propoſitiones æquiualent iſtis duabus: hominem contingit currere. Hominem contingit non currere. Eadem conuerſio fit in ſingularibus: vt, Deus contingenter creat; Deus contingenter non creat: Socrates contingenter currit, Socrates contingenter non currit.

De Oppoſitione Modalium ſecundum legem. Cap. XXXI.

PRopoſitiones Modales eiuſdem ſubiecti, & prædicati, diuerſæ qualitatis, quarum vna eſt tota vniuerſalis, & altera partim vniuerſalis, legem contrariarum participant: vt omnem hominem neceſſe eſt currere, contrariatur ſecundum legem his duabus: omnem hominem poſsibile eſt non currere, & aliquē hominem neceſſe eſt non currere, quarum prima eſt vniuerſalis de ſubiecto, ſecunda de modo.

Au Propoſitiones Modales eiuſdem ſubiecti, & prædicati diuerſæ qualitatis partim diſsimiliter vniuerſales, partim diſsimiliter particulares, legem contradictoriarum participant: Vt huic, quemdam hominem, neceſſe eſt eſſe currentem, contradicit iſta: omnem hominem poſsibile eſt non eſſe currentem: & huic, omnem hominem poſsibile eſt eſſe currentem, contradicit iſta, aliquem hominem impoſsibile eſt eſſe currentem.

Sunt diſsimiliter vniuerſales, & diſsimiliter particulares, quando vna eſt vniuerſalis de ſubiecto, altera de modo: & vna particularis de ſubiecto, altera de modo.

Propoſitiones modales eiuſdem ſubiecti, & prædicati, diuerſæ qualitatis, quarum vna eſt tota particularis, altera partim particularis, legem ſubcontrariarum participant: vt hæc, quæ eſt tota particularis affirmatiua. Aliquem hominem poſsibile eſt currere: ſubcontrariatur his duabus: omnem hominem poſsibile eſt non currere; & aliquem hominem neceſſe eſt currere.

Propoſitiones modales eiuſdem ſubiecti, & prædicati, & eiuſdem qualitatis, quarum vna eſt tota vniuerſalis, altera partim vniuerſalis, legem ſubalternarum participant: vt hæc, quæ eſt tota vniuerſalis affirmatiua. Omnem hominem neceſſe eſt eſſe currentem, ſubalternat has duas, quæ ſunt partim particulares affirmatiuæ; omnem hominem poſsibile eſt eſſe currentem, & aliquem hominem neceſſe eſt eſſe currentem.

Item hæc, quæ eſt tota vniuerſalis negatiua. Omnem hominem impoſsibile eſt eſſe currentem, ſubalternat has duas partim particulares negatiuas: omnem hominem poſsibile eſt non eſſe currentem, & aliquem hominem neceſſe eſt non eſſe currentem.

Similiter quoq; hæc, quæ eſt tota particularis affirmatiua, habet duas ſubalternantes partim vniuerſales affirmatiuas. Aliquem hominem poſsibile eſt eſſe ſeden-

ſedentem : habet iſtas, aliquem hominem neceſſe eſt eſſe ſedentem,& omnem hominem poſsibile eſſe ſedentem .

Item hæc, quæ eſt tota particularis negatiua . Aliquem hominem poſsibile eſt non eſſe ſedentem, habet duas ſubalternantes partim vniuerſales negatiuas . Aliquem hominem neceſſe eſt non eſſe ſedentem , & omnem hominem poſsibile eſt non eſſe ſedentem .


De Modalibus de ſubiecto ſingulari. Cap. XXXII.

Propoſitiones Modales eiuſdem ſubiecti , & prædicati diuerſæ qualitatis de ſubiecto ſingulares,& de modo vniuerſales,legem contrariarum participant.

De ſubiecto ſingulares,quarum vna de modo eſt vniuerſalis, altera particularis, legem contradictoriarum participant.

De ſubiecto ſingulares , de modo particulares , legem ſubcontrariarum participant . A x

De ſubiecto ſingulares,& eiuſdem qualitatis , quarum vna eſt de modo vniuerſalis,altera particularis,legem ſubalternarum habent.



Propoſitiones modales eiuſdem ſubiecti , & prædicati diuerſæ qualitatis,partim conſimiliter vniuerſales, partim conſimiliter particulares,nullam legem participant ; vt omnem hominem poſsibile eſt currere,& omnem hominem poſsibile eſt non currere . Legem enim participare eſt aliquas propoſitiones , & omnes ſimilis formæ, aliquam oppoſitarum legem obſeruare.

Dicuntur partim conſimiliter vniuerſales,quarum vtraq; eſt vniuerſalis , aut ex parte ſubiecti tantum,aut ex parte modi tantum .

Dicuntur partim conſimiliter particulares , quarum vtraq; eſt particularis , aut

ex

Digitized by Google

ex parte ſubiecti tantum, aut ex parte modi tantùm.

A y Propoſitiones modales eiuſdem ſubiecti,& prædicati,& qualitatis,partim diſſimiliter vniuerſales,partim diſſimiliter particulares,nullam legem participant:vt quendam hominem neceſſe eſt eſſe currentem; & omnem hominem poſſibile eſt eſſe currentem.

De Propoſitionibus exponibilibus. Cap. XXXIII.

PRopoſitio exponibilis eſt ſubobſcura propoſitio,expoſitione, & declaratione indigens:qualis iſta: omnis homo præter Socratem eſt albus: vel iſta: omnis homo in quantum animal ſenſum habet, & aliæ id genus.

Propoſitiones exponibiles poſſunt eſſe innumerabiles,quia innumerabiles poſſunt eſſe obſcuræ propoſitiones: Doctores tamen ad quendam præfinitum numerum reduxerunt,in quibus ſpeciales difficultates offenduntur.

Exponibilis propoſitio multiplex {
- Reduplicatiua.
- Exceptiua.
- Excluſiua.
- De incipit, & deſinit.
- De fit,factum eſt, & fiet.
- Et aliæ huius generis.

1 Omnis propoſitio exponibilis eſt propoſitio habens plures propoſitiones illam exponentes, quæ ſenſum illius obſcurum dilucidant, & clariorem reddunt.

2 Omnis propoſitio exponibilis æquiualet propoſitioni hypotheticæ: nàm pluribus exponentibus æquiualet, quæ propoſitionem hypotheticam conficiunt.

3 Exponibilis æquiualet hypotheticæ non in ſignificando, ſed in veritate, & falſitate, ſeu in conſequendo,ſecundum aliquam conſequentiam formalem, vel materialem, de quibus ſuo loco dicendum.

De Reduplicatiua. Cap. XXXIV.

PRopoſitio reduplicatiua ea eſt,in qua ponitur dictio duplicans, quemadmodum ſunt iſtæ: vt, in quantum,quatenus,ſub ratione qua,& conſimiles his æquiualentes. Exemplum primi; Homo in quantum animal, vel quatenus animal,vel ratione,qua animal,vel ſecundum quòd animal, vel ſecundum rationem animalis, eſt ſenſitiuus.

Iſta dictio in quantum,& conſimiles capiuntur dupliciter {
- Reduplicatiuè.
- Specificatiuè.

A z Dictio in quantum,vel etiam alia conſimilis, tunc reduplicatiuè ſumitur, quando dicit cauſam, aut rationem, propter quàm aliud eſt tale, ſeu dicit cauſam inhærentiæ prædicati ad ſubiectum.

Exem-

Exemplum . Homo in quantum rationalis , intelligit : vbi iſta dictio (inquantum) dicit cauſam,& rationem,ob quàm homo intelligit; nempè quia rationalis . ſi enim rationalis non eſſet,non intelligeret : Dicit etiam cauſam quare prædicatum ineſt ſubiecto : Rationale nàmq; eſt cauſa quare intelligere ineſt homini , qui eſt ſubiectum principale præfatæ propoſitionis . Denotat ergò,in propoſito,iſta dictio (inquantum) illud,quòd determinat,vel cui additur eſſe cauſam inhærentiæ prædicati ad ſubiectum .

Dictio (inquantum) vel alia conſimilis, ſpecificatiuè ſumitur , quando deſignat determinatam acceptionem, ſub qua ſubiectum principale propoſitionis conſideratur,non tamen cauſam indicat,aut exprimit .

Exemplum . Socrates in quantum albus mouetur . Nunc dictio iſta (inquantum) non dicit cauſam,ſed tantum determinatam acceptionem , ſub qua Socrates,qui eſt principale ſubiectum,conſideratur in habitudine ad illud prædicatum,quod eſt. (moueri) Cuius ſenſus eſt : Socrates, qui eſt albus , vel Socrates albus,mouetur : Deſignatur enim , quòd moueri non repugnat Socrati ob id , quòd albus ſit ; ſed in eodem ſe compatiuntur,albedo,& motus: neutrum tamen iſtorum eſt cauſa alterius,vt inſit ſubiecto .

Propoſitio reduplicatiua cum dictione ſpecificante dupliciter {
- Dicens concomitantiam neceſſariam , vt homo in quantum riſibilis,eſt diſciplinæ capax .
- Dicens concomitantiam per accidens : vt Socrates inquantum albus eſt diſciplinæ capax .

In prima iſtarum duarum propoſitionum illa dictio (inquãtum) dicit vniuerſalem,& neceſſariam concomitantiam,riſibilis,& diſciplinæ capacis,in homine. In ſecunda dicit concomitantiam per accidens,albedinis,& motus in Socrate .

Superdiuiſio .

Rurſus reduplicatiua duplex {
- **Affirmatiua, in qua nulla apponitur negatio : vt homo inquantum rationalis intelligit .**
- **Negatiua duplex** {
  - **In qua reduplicatio non eſt negata : vt homo in quãtũ rationalis non eſt equus.**
  - **In qua reduplicatio negatur: Socrates non eſt homo inquantum albus .**

De veritate, & falſitate Reduplicatiuæ.

AD veritatem Reduplicatiuæ affirmatiuæ,in qua fit reduplicatio gratia cauſæ, quatuor requiruntur propoſitiones illam exponentes, & declarantes . Prima in qua prædictum principale de ſubiecto principali prædicatur , quæ præiacens appellatur,quòd ſubiectum, & prædicatum eius præiaceat , & præ- B a

Digitized by Google

habentur in reduplicatiua : altera in qua illud, ſuper quòd reduplicatio cadit, aſſeritur de ſubiecto principali. Tertia, in qua prædicatum principale de illo ſuper quod reduplicatio cadit, vniuerſaliter enuntiatur. Quarta eſt vna cauſalis, in qua arguitur ab illo, ſuper quòd cadit reduplicatio ad prædicatum principale, eo modo, quo ab inferiori ad ſuperius dicitur eſſe bona conſequentia. Exemplum ſit iſta propoſitio, quæ ad hunc modum exponitur.

Bc Homo inquantum habens animam intellectiuam eſt diſciplinæ capax
1 Homo eſt diſciplinæ capax. hæc eſt præiacens.
2 Homo eſt habens animam intellectiuam.
3 Omne habens animam intellectiuam eſt diſciplinæ capax.
4 Et quia aliquid habet animam intellectiuam illud eſt diſciplinæ capax.

Ad veritatem Reduplicatiuæ, gratia concomitantiæ vniuerſalis & neceſſariæ, quatuor identidem exponentes exiguntur. Quarta tamen non cauſalis, ſed conditionalis eſſe debet ad hunc modum.

Homo inquantum riſibilis eſt diſciplinæ capax
1 Homo eſt diſciplinæ capax. Hæc eſt præiacens.
2 Homo eſt riſibilis.
3 Omne riſibile eſt diſciplinæ capax.
4 Et ſi aliquid eſt riſibile, illud eſt diſciplinæ capax.

Regula.

1 AD veritatem Reduplicatiuæ affirmatiuæ tàm gratia cauſæ, quàm vniuerſalis concomitantiæ requiritur, quòd omnes exponentes ſint veræ.

2 Si aliqua exponentium erit falſa, Reduplicatiua affirmatiua erit falſa.

3 Vna, & eadem Reduplicatiua poteſt eſſe diuerſimodè conſiderata, tùm vera, tum falſa : Iſta enim homo in quantum riſibilis, eſt diſciplinæ capax, gratia cauſæ eſt falſa, gratia concomitantiæ vera.

De Negatiua.

AD veritatem reduplicatiuæ negatiuæ, in qua reduplicatio non eſt negata, ſiue ſit gratia neceſſariæ concomitantiæ, ſiue gratia cauſæ, quattuor exponentes requiruntur; duæ negatiuæ, vna affirmatiua, & quarta vna conditionalis, ſiue cauſalis.

Exemplum primæ.

Homo inquantum riſibilis, non eſt Equus.
Homo non eſt Equus. Præiacens.
Homo eſt riſibile.
Nullum riſibilis eſt Equus.
Et ſi aliquid eſt riſibile, ipſum non eſt Equus.

Exem-

Digitized by Google

Exemplum ſecunda.

Homo inquantum rationalis, non eſt Equus
- Homo non eſt Equus. Præiacens.
- Homo eſt rationalis.
- Nullum rationale eſt Equus.
- Et quia aliquid eſt rationale, ipſum non eſt Equus.

Nonnulli volunt, quòd in omnibus ſupradictis, quarta propriè debeat eſſe vna conditionalis: quòd rationabiliter concedi poteſt. Hoc ſolùm animaduerto, quòd in vna intelligatur cauſa inhærentiæ prædicati ad ſubiectum, in altera non.

Regula.

1 AD veritatem reduplicatiuæ negatiuæ, in qua reduplicatio non eſt negata, exigitur, quòd omnes exponentes ſint veræ.

2 Si aliqua exponentium ſit falſa, talis reduplicatiua erit falſa.

3 Vna, & eadem reduplicatiua talis, poteſt eſſe vera, & falſa. Nàm iſta, homo inquantum riſibilis, non eſt Equus, quæ eſt vera gratia concomitantiæ, eſt gratia cauſæ falſa.

Regula Generalis.

QVando aliqua exponentium eſt falſa, propoſitio exponibilis eſt falſa.

Exemplum.

Homo inquantum corporeus eſt coloratus, ſic exponitur
- Homo eſt coloratus. Præiacens.
- Homo eſt corporeus.
- Omne corporeum eſt coloratum.
- Et ſi aliquid eſt corporeum ipſum eſt coloratũ.

Hæc exponibilis, ſiue ſit gratia cauſæ, ſiue gratia concomitantiæ, eſt falſa. Quoniam duæ vltimæ falſæ eſſe dignoſcuntur: falſum enim eſt; omne corporeũ eſſe coloratum, cum elementa, & Cœli corporei ſint, & tamen colorati non ſunt. Nec eſt verum, quòd ſi quicquam corporeum eſt, illud coloratum eſt: Aqua namque corporea eſt; eſt tamen coloris expers, ſicut etiam aer, & cœlum.

Reduplicatiua negatiua, in qua reduplicatio negatur, contradicit reduplicatiuæ, in qua reduplicatio affirmatur: & exponentes vnius exponentibus alterius aduerſantur.

Digitized by Google

Exemplum vtriuſq;.

Socrates non inquantum homo, eſt albus.	Socrates non eſt albus. Socrates non eſt homo. Nō omnis homo eſt albus. Nec ſi aliquid homo eſt album eſt.
Socrates inquantum homo eſt albus.	Socrates eſt albus. Socrates eſt homo. Omnis homo eſt albus Et ſi aliquid homo eſt, album eſt.

Ad veritatem reduplicatiuæ, in qua reduplicatio eſt negata, ſufficit veritas cuiuslibet contradictorij propoſitionis exponentis reduplicatiuam, in qua reduplicatio eſt affirmata. Quamobrem ad iſtius veritatem, Socrates non inquantum homo eſt albus, ſufficit veritas iſtius, Socrates non eſt albus: vel iſtius, Socrates non eſt homo: vel iſtius: Non omnis homo eſt albus: vel tandem iſtius: Non ſi aliquid homo eſt, album eſt. Ob id communiter dicunt, hanc exponibilem exponendam eſſe disiunctiuè, per quattuor exponētes, hoc modo.

Socrates non inquantum homo eſt albus, ſic exponitur.	Socrates non eſt albus. Vel Socrates non eſt homo. Vel non omnis homo eſt albus. Vel, non, ſi aliquid homo eſt, album eſt.

Regula.

1 SI aliqua exponentium ſit vera, reduplicatiua, in qua reduplicatio negatur, erit vera ſub alijs verbis.

2 Quando aliqua propoſitio in qua reduplicatio negatur, contradicit alicui habenti plures exponentes, tunc ad veritatem iſtius, ſufficit veritas cuiuſcūq; contradictorij exponentis oppoſitæ.

Regulæ Generales.

1 A Reduplicatiua ad ſuam præiacentem eſt optima conſequentia: vt Angelus inquantum ſpiritus, eſt incorporeus, igitur Angelus eſt incorporeus. Ratio huius regulæ, eſt regula ſequens.

2 Ab expoſita ad quamlibet exponentem, eſt optima conſequentia, ſi copulatiuè exponatur.

3 A Reduplicatiua gratia cauſæ, ad vniuerſalem ex ſubiecto ſuper quòd cadit reduplicatio, & ex prædicato eiuſdem eſt optima conſequentia: vt Angelus inquantum ſpiritus, eſt incorporeus: igitur omnis ſpiritus, eſt incorporeus. Ratio huius regulæ, eſt alia vniuerſalior talis.

4 Om-

4 Omne prædicatum, quòd conuenit alicui per rationem alterius, veriùs, & priùs conuenit illi alteri.

5 A Reduplicatiua gratia concomitantiæ, ad huiuſmodi vniuerſalem, infirma eſt conſequentia: Non enim ſequitur; homo inquantum corporeus eſt coloratus, igitur omne corporeum eſt coloratum.

6 In propoſitione reduplicatiua, argumentari à ſuperiori ad inferius, ſiuè diſtributione ſuperioris, ſiuè ipſo particulariter ſumpto, eſt optima conſequentia. Nàm optimè ſequitur: homo inquantum rationalis intelligit, igitur animal inquantum rationale intelligit.

De ſuppoſitione Terminorum Reduplicatiuæ.

SVbiectum, & prædicatum Reduplicatiuæ ſupponunt, vt in ſua præiacente. Vndè in iſta: omnis homo inquantum rationalis eſt riſibilis: ſupponunt, homo, & riſibilis: vt in iſta, omnis homo eſt riſibilis. Bſ

Terminus, cui additur reduplicatio, ſupponit confusè diſtributiuè; niſi impediatur: vt, ſi dicamus: Angelus inquantum ſpiritus eſt incorporeus, ille terminus, ſpiritus, ſupponit confusè diſtributiuè: poteſt enim ad ſua inferiora deſcendi copulatiuè.

Dicitur niſi impediatur: quia ſi formemus hanc propoſitionem. Homo inquantum homo, eſt natura ſpecifica: vel ſic, homo inquantum homo, eſt prædicabilis de pluribus numero differentibus, ille terminus (homo) ob impedimentum, cùm ſupponat ſimpliciter, non diſtribuitur. ſic etiam Socrates inquantū Socrates eſt indiuiſibilis, dictio reduplicata non poteſt diſtribui.

De Conuerſione Reduplicatiuæ.

1 PRopoſitio reduplicatiua, non conuertitur in aliam reduplicatiuam, Vndè non ſequitur: Socrates inquantum homo eſt riſibilis, ergo riſibile inquantum homo eſt Socrates.

2 Propoſitio Reduplicatiua conuertitur in vnam non reduplicatiuam, cuius ſubiectum erit aggregatum ex prædicato prioris, & ex illo ſuper quòd cadit reduplicatio, vnà cum reduplicatione, mediante hoc pronomine (quòd) vt Socrates inquantum homo eſt riſibilis, ergo aliquid, quòd inquantum homo eſt riſibile, eſt Socrates.

De Exceptiua. Cap. XXXV.

PRopoſitio exceptiua illa dicitur, in qua dictio exceptiua, exceptiuè ſumpta, collocatur: vt ſunt iſtæ: præter, præterquàm, niſi, & conſimiles.

Dicitur exceptiuè ſumpta, eo quòd præfatæ dictiones, & ſyncathegoremata, aliquando non capiuntur exceptiuè. Nàm, dictio (niſi) poteſt quandoq; capi executiuè, & tunc facit propoſitionem hypotheticam; vt homo non poteſt currere, niſi pedes habeat: ſic & dictio (præter) quandoq; diminutionem ſignificat,

ficat, vt decem præter duo, ſunt octo. His modis non faciunt propoſitionem exceptiuam, ſed ſolùm cum exceptiuè capiuntur: vt homo omnis præter Be Chriſtum, eſt purus homo. Nullus homo, niſi beatus, facie ad faciem, Deum intuetur in patria.

De Veritate Exceptiuæ.

AD veritatem exceptiuæ, ſi ſit affirmatiua requiritur, quòd prædicatum remoueatur à parte excepta, & omni contento ſub ſubiecto attribuatur: vt

Omnis homo præter Chriſtum eſt purus homo, ſic exponitur.	Chriſtus non eſt purus homo Et omnis alius à Chriſto eſt purus homo.

Habebit ergo exceptiua affirmatiua duas exponentes, alteram negatiuam, alteram affirmatiuam. In prima negatur prædicatum à parte excepta. In ſecunda de ſubiecto vniuerſaliter affirmatur.

Ad veritatem negatiuæ exceptiuæ requiritur, quòd prædicatum affirmetur de parte excepta, & remoueatur ab omni contento ſub ſubiecto, vel vniuerſaliter negetur: atq; ita duas exponentes expoſcit, primam affirmatiuam, ſecundam verò negatiuam: vt in hoc exemplo.

Nullus homo præter Chriſtum, eſt ſimul Deus, & homo: ſic exponitur	Chriſtus eſt ſimul Deus, & homo; & Nullus homo alius à Chriſto, eſt ſimul Deus, & homo.

Regulæ.

1 IMpoſsibile eſt aliquam exceptiuam eſſe veram, niſi vtraque exponens ſit vera.

2 Ad falſitatem vtriuſq;, vel alterius exponentis, ſequitur falſitas exceptiuæ, non autem ècontra: vt patet in iſta: Omnis homo præter Socratem eſt coloratus, quæ falſa eſt, & tamen non vtraq; exponens eſt falſa.

De Suppoſitione terminorum Exceptiuæ.

PRædicatum in exceptiua affirmatiua habet ſuppoſitionem confuſam tantum: Non enim ad eius inferiora deſcendere contingit, nec per diſiunctiuam, nec per copulatiuam.

Subiectum verò ſupponit confuſè diſtributiuè, diſtributione limitata, & arctata, quia non abſolutè pro omnibus, idq; propter exceptionem.

In exceptiua negatiua tàm ſubiectum, quàm prædicatum ſupponit confuſè diſtributiuè, ſed limitate: vt nullus homo præter Socratem eſt currens.

Dictio exceptiua facit terminum, ſuper quem cadit, ſupponere ſimpliciter: vt omne animal, præter hominem, eſt irrationale.

De

De Conuerſione Exceptiuæ.

PRopoſitio exceptiua non conuertitur in aliam exceptiuam: Non enim valet iſta conſequentia: Omnis homo præter Socratem currit, ergo currens præter Socratem eſt homo: ſignificatur enim, quod Socrates non ſit homo, quod falſum eſt. B f

Propoſitio exceptiua conuertitur in vnam propoſitionem non exceptiuam, cuius ſubiectum erit vnum aggregatum ex prædicato exceptiuæ, & parte excepta mediante hoc toto (quod non eſt.) Vt omne animal præter hominem, eſt irrationale, ergo irrationale, quòd non eſt homo, eſt animal: Item, nullum animal præter hominem eſt rationale, ergo nullum rationale, quòd non eſt homo, eſt animal.

Regulæ Quædam.

1 SI præiacens exceptiuæ ſit vera, exceptiua erit falſa. Exemplum: Omne animal, præter hominem, eſt ſenſitiuum: eſt falſa, quia ſua præiacens eſt vera; ſcilicet iſta: Omne animal eſt ſenſitiuum: cuius ſubiectum etiam de homine verificatur: cum ergo in exceptiua excipiatur homo, qui etiam eſt ſenſitiuus, erit falſa ipſa propoſitio exceptiua: Omne animal præter hominem eſt ſenſitiuum. Similiter hæc quoque falſa erit: Nullum corpus, præter Cœlum, eſt quantitatis expers, quia ſua præiacens, eſt vera, Nullum corpus eſt quantitatis expers.

2 Nunquam exceptiua erit propria, niſi ſua præiacens ſit vniuerſalis. Hæc enim eſt impropria: Homo præter Socratem currit: vnde talis nec vera, nec falſa dicitur. Ex iſta ſequitur alia Regula.

3 Non ſemper ab vniuerſali ad indefinitam, vel particularem eſt bona conſequentia. Quamobrem non ſequitur: Omnis homo præter Socratem currit, ergo homo præter Socratẽ currit. Nec iſta ſequitur, ergo aliquis homo præter Socratem currit: quia vt dictum eſt in ſecunda Regula, vtraque iſtarum eſt impropria, nec vera, nec falſa.

4 Non cuilibet propoſitioni vniuerſali contradicit indefinita, vel particularis ei correſpondens. Non enim iſtæ contradicunt. Omnis homo præter Socratem currit, homo præter Socratem non currit: Nec iſtæ contradicunt. Nullus homo præter Socratem currit: Aliquis homo præter Socratem currit. Ratio dicta eſt: quia exceptiua indefinita, vel particularis eſt impropria, nec vera, nec falſa, cuiuslibet autem contradictionis altera pars eſt vera, altera falſa. Bg

5 Non omnis homo præter Socratem currit: aliquis homo præter Socratem non currit; non æquiualent: quia ſecunda eſt impropria, nec vera, nec falſa, cùm ſit particularis exceptiua, prima verò propria eſt, ac proinde vera, vel falſa.

6 Dictio exceptiua exceptiuè capta ex ſuo modo ſignificandi non poteſt addi alicui, niſi illud à quo ſit exceptio ſit terminus communis ſigno vniuerſali determinatus: Hæc regula poteſt eſſe ratio ſecundæ Regulæ ſuprapoſitæ.

7 Sunt aliquę propoſitiones vniuerſales contrariæ, quę tamen non habent aliquas

quas propoſitiones cathegoricas ſubcontrarias, ſiue ſint particulares, ſiue indefinitæ: vt ſunt iſtæ: Omne animal præter hominem eſt irrationale: Nullum animal præter hominem eſt irrationale: quæ non habent ſubcontrarias, vt putà iſtas: aliquòd animal præter hominem eſt irrationale; aliquod animal præter hominem non eſt irrationale: ſiue iſtas: Animal præter hominem eſt irrationale: Animal præter hominem non eſt irrationale. Ratio eſt, quia iſtæ ſunt impropriæ, non veræ, neque falſæ. Contrariæ autem non ſunt veræ, niſi ſubcontrariæ ſint veræ.

8 Semper illud, quod excipitur in exceptiua, debet eſſe aliquòd contentum ſub ſubiecto exceptiuæ. Ideò tales ſunt impropriæ: Omnis homo præter animal ridet: Omnis equus præter hominem eſt hynnibilis.

Quàdo illud ſuper quòd cadit exceptio eſt commune, ad veritatem talis exceptiuæ non requiritur, quòd prædicatum inſit vniuerſaliter illi, ſuper quòd cadit exceptio, ſi ſit exceptiua negatiua. vel remoueatur vniuerſaliter ab illo, ſi ſit affirmatiua. Exemplum vtrinſque. Nullum animal præter hominem beatificatur: Omne animal præter hominem ignorat Deum: Nec enim omnis homo beatificatur. quantum ad primam, nec iſta eſt vera; nullus homo ignorat Deum, quantùm ad ſecundam.

Nonnulli exponunt exceptiuam per tres exponentes, & multa alia dicunt; ſed non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate.

Exponendo exceptiuam per duas exponentes, vt dictum eſt, nulla illarum eſt ſua præiacens, vt videre poteris in hoc exemplo.

Nullum animal præter hominem beatificatur: ſic exponitur. { Homo beatificatur. / Et nullum animal aliud ab homine beatificatur.

Quarum neutra eſt præiacens: ſed ad habendam præiacentem exceptiuæ, auferas dictionem exceptiuam cum termino excepto, & habebis præiacentem, quæ ſemper falſa erit, ſi exceptiua ſit vera, vt prius diximus.

De Propoſitione excluſiua. Cap. xxxvj.

PRopoſitio excluſiua eſt ea, in qua ponitur dictio excluſiua ſyncathegorematicè ſumpta. Qualis eſt iſta: Tantùm homo, vel ſolus homo eſt riſibilis.

Iſtæ duæ dictiones (tantùm) & (ſolùm) propoſitiones excluſiuas efficiunt.

Hæc dictio (ſolùm) capitur dupliciter { Cathegorematicè, ſiuè ſignificatiuè. / Syncathegorematicè, ſiuè cóſignificatiuè

(Solùm) cathegorematicè, idem eſt, quòd ſolitarium, ſiuè non cum alio: vt Monachus ſolus iacet in cubili. Hoc modo non facit propoſitionem excluſiuam.

B h Solùm ſyncathegorematicè, deſignat aliquid conuenire illi, cui additur, & nulli alij, vel alteri, vel ab omnibus alijs remoueri. vt ſi dicatur: Solus Deus eſt bonus per eſſentiam, deſignatur, quòd Deus eſt bonus per eſſentiam, & nullus alius à Deo eſt per eſſentiam bonus.

Dictio

Dictio excluſiua quandoque ponitur.
- A parte ſubiecti: vt ſolus Plato diſputat.
- A parte prædicati, ſiue compoſitionis, ita quod eſt determinatio totius compoſitionis: vt Socrates eſt tantum albus, vel tantum eſt albus.

Item dictio excluſiua excluſiuè ſumpta, dupliciter.
- Propriè, ſiue ex primaria inſtitutione,
- Impropriè, ſiue ſecundaria inſtitutione.

Quando dictio excluſiua propriè, & ſecundum primariam inſtitutionem accepta ponitur à parte ſubiecti; deſignat, quòd prædicatum verè prædicatur de ſubiecto, & quòd remouetur ab omni illo, de quo non prædicatur ſubiectum, ſi propoſitio ſit affirmatiua: vt tantum homo eſt riſibilis, quæ duas habet exponentes, vnam præiacentem affirmatiuam, alteram negatiuam. Vnde iſta.

Tantùm homo eſt riſibilis: ſic exponitur.
- Homo eſt riſibilis. Præiacens.
- Et nihil aliud ab homine, vel nihil, quòd non eſt homo, eſt riſibile.

Si autem ſit negatiua, deſignatur, quòd prædicatum verè remouetur à ſubiecto, & quòd ineſt omni illi, à quo verè remouetur ſubiectum: Habetque duas exponentes, vnam præiacentem negatiuam, alteram affirmatiuam. Exemplum.

Tantùm ſubſtantia nō eſt accidens: ſic exponitur.
- Subſtantia non eſt accidens. Præiacens.
- Et omne aliud à ſubſtantia, vel omne quòd nō eſt ſubſtantia, eſt accidens.

Correlatiuè ſequitur, quòd ſumpta dictione in proprio, ac primario ſignificato, omnes iſtæ ſunt falſæ: Tantùm homo eſt aliquid: Tantùm aer eſt hic intus: Tantùm pater eſt: & conſimiles, quæ omnes contradictionem includunt: ſi enim verbi gratia: Tantùm pater eſt, filius non eſt, & ſi filius non eſt, pater non eſt: ſi ergo tantum pater eſt, pater non eſt. Similiter iſtæ ſunt falſæ: ſolus pater eſt Deus: ſolus pater ſpirat Spiritumſanctum: ſolus pater creat: ſolus pater eſt bonus. Similiter quoque hæ falſæ ſunt: Tantùm omnis homo eſt riſibilis: Tantùm omne animal eſt ſenſibile. Deſignatur enim, quòd iſte, vel ille homo, cum non ſint (omnis homo) non ſunt riſibile: Et quòd Equus, vel Leo, &c. cum non ſint (omne animal) non ſunt ſenſibiles.

Dictio excluſiua impropriè ſumpta, ſiue ſecundum ſecundariam inſtitutionem quadrupliciter.
1. Excludēs præciſè prædicatū ab eo ī diſtributo, de quo nō dicitur ſubiectum.
2. Excludens præciſè ea, quæ non importantur per ea, quæ importātur per ſubiectum, nec ſunt partes eorum.
3. Excludēs præciſè maiorē pluralitatē, quàm ſit expreſſa per ſubiectum.
4. Excludens præciſè illa, quæ non importāt aliquòd intrinſecè, nec aliquid inhærens formaliter ſubiecto.

Exemplum primi modi. Tantùm omnis homo eſt docilis, Pro cuius explicatione ponitur iſta regula.

1 Quando dictio excluſiua additur termino communi diſtributo, poteſt eſſe excluſio, vel propriè dicta, & tunc excluditur omne illud, de quo non verificatur id, cui additur dictio excluſiua: vel poteſt eſſe excluſio impropriè dicta, & tunc denotatur, prædicatum remoueri à quolibet alio communi, de quo non verificatur ſubiectum. B i

Primo modo ſic exponitur.

Tantùm omnis homo eſt docilis. { Omnis homo eſt docilis.
Et nihil aliud ab omni homine eſt docile.

In hoc ſenſu propoſitio eſt falſa includens contradictoria: nàm ſequitur, quòd cum Petrus, & Ioannes non ſint omnis homo, non ſint dociles; ſed cum omnis homo ſit docilis, ſequitur, quòd Petrus, & Ioannes ſint dociles.

Secundo modo ſic exponitur.

Tantùm omnis homo eſt docilis { Non omnis equus eſt docilis.
Non omnis leo eſt docilis.
Non omnis canis eſt docilis.
Et ſic de ſingulis communibus, ergo tantùm omnis homo eſt docilis.

In hoc ſenſu propoſitio poteſt eſſe vera: dato quod non quodlibet ſingulare aliarum ſpecierum ſit docile, ſed aliqua ſint docilia, alia minùs: ſatis eſt, quòd vt ſic, propoſitio contradictionem non includit. Hæc diſtinctio non habet locum, niſi quando excluſiua additur termino communi vniuerſaliter ſumpto.

Exemplum ſecundi modi. Tantùm Cæſar eſt albus. Pro cuius explicatione ponitur hæc regula.

Quando dictio excluſiua additur termino importanti aliquid habens plures partes, ſi ſit excluſio propriè dicta, denotatur prædicatum conuenire ſubiecto, & remoueri à quolibet, à quo remouetur ſubiectum; ſi ſit excluſio impropria, excluditur omne illud, de quo non verificatur ſubiectum, nec importans partes ſubiecti: Et poteſt vocari excluſio impropria cuiuslibet importãtis extrinſecum.

Primo modo ſic exponitur.

Tantùm Cæſar eſt albus { Cæſar eſt albus.
Et nihil aliud à Cæſare eſt album.

In hoc ſenſu propoſitio eſt falſa includens contradictionem: Nàm ſequitur: Cæſar eſt albus, ergo aliqua pars Cæſaris eſt alba: ſequitur etiam, nihil aliud à Cæſare eſt album, & quælibet pars Cæſaris eſt alia à Cæſare, ergo nulla pars Cæſaris eſt alba.

Secundo modo ſic exprimitur.

Tantùm Cæſar eſt albus { Cæſar eſt albus.
Et nihil aliud à Cæſare extrinſecum eſt album.

In hoc ſenſu propoſitio poteſt eſſe vera, quia contradictionem non includit: poſſet.n. contingere, quòd ſolus Cæſar ſit albus, & nihil aliud in vniuerſo ſit albũ.

Exemplum tertij modi. Tantùm quatuor ſunt Euangelia: Tantùm duo ſunt Teſtamen-

ſtamenta. Tantùm duodecim ſunt Apoſtoli, &c. Pro cuius modi explicatione ponitur talis regula.

5 Quando dictio excluſiua additur termino numerali, ſiuè æquipollenti, ſiuè connotanti numerum, vel vnitatem, ſi ſit excluſio propria; excludit omne illud, de quo non verificatur ſubiectum; ſi ſit impropria, maiorem pluralitatem excludit, quàm ſit illa, cui denotatur prædicatum competere.

Primo modo ſic exponitur.

Tantùm quatuor ſunt Euangelia { Quatuor ſunt Euangelia. / Et non ſunt alia à quatuor Euangelijs.

In hoc ſenſu propoſitio eſt falſa, & includens contradictoria: deſignat etenim, quod aliæ res non reperiuntur, niſi quatuor Euangelia, & quòd Euangelium Matthæi, & Euangelium Lucæ non ſunt Euangelia, quia iſta duo non ſunt quatuor Euangelia; Huius modi expoſitio appellatur ab aliquibus gratia alietatis.

Secundo modo ſic exponitur.

Tantum quatuor ſunt Euangelia { Quatuor ſunt Euangelia. / Et non ſunt plura Euangelia quam quatuor.

In hoc ſenſu propoſitio eſt vera, & appellatur excluſio gratia maioris pluralitatis.

Exemplum quarti modi. Tantùm ignis calefacit; præſuppoſito, quòd ignis non calefaciat, niſi per calorem. Pro cuius explicatione ponitur talis regula.

Quando dictio excluſiua additur alicui operanti per inſtrumentum, quo agit, vel per accidens ſibi formaliter inhærens, ſi ſit excluſio propriè ſumpta, deſignatur prædicatum remoueri ab omni illo, à quo remouetur ſubiectum: ſi verò ſit excluſio impropriè dicta, denotatur remoueri ab omni illo, quòd nó eſt intrinſecum ſubiecto, nec accidens illi formaliter inhærens.

Primo modo ſic exponitur.

Tantum animal videt. { Animal videt. / Et nihil aliud ab animali videt.

In hoc ſenſu propoſitio eſt falſa: quia cum oculus non ſit animal, ſignificatur, quòd animal ſine oculo videt: ſicut ſi dicatur: Tantum ignis calefacit, cùm calor non ſit ignis, deſignatur quòd ignis ſine calore calefacit.

Secundo modo ſic exponitur.

Tantum animal videt. { Animal videt. / Et nihil non intrinſecum, nec inhærens animali videt.

In hoc ſenſu propoſitio eſt vera : non enim excluditur oculus, quo videre dicitur. Nec in iſta, quæ poſſibilis eſt, ſcilicet (Tantùm ignis calefacit) excluditur calor, quo mediante ignis calefacit.

De Dictione excluſiua à parte Prædicati.

BX Dictio excluſiua à parte prædicati ſimiliter pôt capi dupliciter. { Propriè. / Impropriè.

Dictio excluſiua propriè accepta ex parte prædicati, indicat prædicatum dici de ſubiecto, & omne illud, de quo non verificatur prædicatum remoueri de ſubiecto: vt, homo eſt tantum albus, per iſtam deſignatur, quod homo eſt albus, & quòd non eſt aliud ab albo : non tamen excluditur, quia ſit calidus, ſanus, humidus, intelligens, &c.

Dictio excluſiua impropriè ſumpta ex parte prædicati, excludit omnia alia prædicabilia alterius, vel eiuſdem generis, cum prædicato, à prædicato diſtincta: vt homo eſt tantùm animal, Homo tantùm videt: Homo eſt tantum albus, &c.

Primo modo ſic exponitur.

Homo eſt tantum animal. { Homo eſt animal. / Et non eſt aliud ab Animali.

Homo eſt tantum albus { Homo eſt albus. / Et non eſt aliud ab albo.

Homo tantum videt { Homo videt. / Et non eſt aliud à vidente.

Secundo modo ſic exponitur.

Homo eſt tantum animal. { Homo eſt animal. / Et nullum aliud diſtinctum ab animali dicitur de homine.

Hoc pacto; Homo non eſt lignum, non eſt calidus, non planta : nec quicquam aliud ab animali diuerſum.

Ad eundem modum exponitur iſta.

Homo eſt tantum albus { Homo eſt albus. / Et non eſt niſi albus.

Ideò non eſt frigidus, non calidus, non ſanus, non infirmus, nec aliud accidens diſtinctum ab albo, vel ab albedine.

Digitized by Google

Sic quoque exponitur iſta.

Homo tantùm videt. { Homo videt. / Et nihil aliud agit, quam videt

Idcircò non audit, non guſtat, non tangit, non odorat, non intelligit, &c. ſimilia.

De excluſiua negatiua.

Excluſiua negatiua triplex. {
- In qua negatio præponitur termino excluſiuo. Vt non tantùm homo eſt albus.
- In qua negatio poſtponitur ſigno excluſiuo. Vt tantùm ſubſtantia non eſt accidens.
- In qua negatio præponitur, & poſtponitur ſigno excluſiuo. Vt non tantùm lapis non eſt animal.

Propoſitio excluſiua, in qua negatio præponitur dictioni excluſiuæ, exponitur per duas propoſitiones, ſi ſit gratia alietatis, quarum prima eſt præiacens affirmatiua: Secunda quoque eſt affirmatiua, cuius ſubiectum eſt hoc comple- B I
xum, Aliquid aliud ab: vel aliquid quod non eſt. Exemplum.

Non tantùm homo eſt albus; ſic exponitur. { Homo eſt albus. / Et aliquid aliud ab homine, vel aliquid, quòd non eſt homo, eſt album.

Alij aliter exponunt, ſed ipſi viderint.

Propoſitio excluſiua, in qua negatio poſtponitur ſigno excluſiuo, ſi gratia alietatis exponatur, duas habet exponentes, quarum prima eſt præiacens negatiua: Secunda vniuerſalis affirmatiua, cuius ſubiectum eſt hoc complexum: Omne, quòd non eſt, vel omne aliud ab: Exemplum.

Tantum ſubſtantia non eſt accidens ſic exponitur. { Subſtantia non eſt accidens. / Et omne aliud à ſubſtantia, vel omne, quòd non eſt ſubſtantia eſt accidens.

Propoſitio excluſiua, in qua negatio præponitur, & poſtponitur ſigno excluſiuo, gratia alietatis expoſita, duas habet exponentes, quarum prima eſt vniuerſalis negatiua: Secunda quoque eſt negatiua, cuius ſubiectum eſt hoc complexum, Aliquid aliud ab: Vel aliquid quod non eſt. Exemplum.

Non tantum homo non eſt Aſinus, ſic exponitur. { Nullus homo eſt Aſinus. / Et aliquid aliud ab homine, vel quòd non eſt homo, non eſt Aſinus. Vt puta, Equus, Leo, Capra, &c.

Alij aliter exponunt. Sed conſidera quòd iſtæ æquipollent. Non tantùm homo non eſt Aſinus; & non ſolus homo, non eſt Aſinus.

De ſuppoſitione terminorum Excluſiuæ.

1 QVando dictio excluſiua ponitur à parte ſubiecti, & ſubiectum eſt terminus communis ſinè diſtributione, ſubiectum ſupponit confusè tantum: vt tantum homo eſt riſibilis. non enim licet ſub illo ad inferiora deſcendere per diſiunctiuam, nec per copulatiuam. Prædicatum verò ſupponit confusè diſtributiuè. contingit enim ſub illo ad inferiora deſcendere, per copulatiuam. Optimè enim ſequitur: tantùm homo eſt riſibilis, ergo tantùm homo eſt hoc riſibile, & i lud riſibile, & ſic de ſingulis, quocumq; riſibili demon-
B m ſtrato. Nàm ſequitur: tantum homo eſt riſibilis, ergo nihil aliud ab homine eſt riſibile, vel nullum riſibile eſt aliud ab homine: ergo hoc riſibile non eſt aliud ab homine: & ſi aliquid eſt riſibile, eſt homo, & per conſequens, homo eſt hoc riſibile, ergo tantum homo eſt hoc riſibile.

2 Quando excluſiua eſt negatiua, & excluſio negationem antecedit, tàm ſubiectum, quam prædicatum ſupponit, vt in affirmatiua, nempè ſubiectum confusè tantum; prædicatum verò confusè diſtributiuè: vt tantum ſubſtantia; vel ſola ſubſtantia non eſt accidens.

3 Quando excluſiua eſt affirmatiua, & dictio excluſiua ponitur à parte prædicati, ſubiectum & prædicatum ſupponit vt in exponente: vt homo eſt tantum animal rationale: ſubiectum ſupponit determinatè, cum ſub illo per diſiunctiuam ſaltem, deſcendere valeamus; prædicatum verò confusè tantum: cum ſub illo, nec per copulatiuam, nec per diſiunctiuam fieri poſſit deſcenſus: ſua enim exponens eſt iſta: Homo non eſt aliud ab animali rationali.

Similiter in negatiua ſubiectum ſupponit determinatè, ſi ſubiectum ſit terminus communis ſinè diſtributione, prædicatum verò confusè tantum, ſicut in præiacente; vt homo non eſt tantum albus: quæ ſic exponitur: homo eſt albus; & eſt etiam aliquid aliud ab albo.

De Conuerſione.

OMnis excluſiua affirmatiua, in qua nulla ponitur negatio, conuertitur in vniuerſalem affirmatiuam de terminis tranſpoſitis, remota dictione excluſiua: vt tantùm animal eſt homo, ergò omnis homo eſt animal.

Propoſitio negatiua excluſiua, in qua dictio excluſiua non negatur, conuertitur in vniuerſalem affirmatiuam de terminis tranſpoſitis, cuius ſubiectum eſt terminus infinitus, vel cum hoc complexè, quòd non eſt, vel aliud ab: vt tantum ſubſtantia non eſt accidens, ergò omne non accidens, vel omne, quòd non eſt accidens, vel omne aliud ab accidente, eſt ſubſtantia.

Negatiua excluſiua, in qua dictio excluſiua negatur, conuertitur in particularem negatiuam de terminis tranſpoſitis: vt non tantum homo eſt animal, ergo aliquod animal non eſt homo, vel non omne animal eſt homo.

Excluſiua, in qua ponuntur duæ negationes, conuertitur ſimpliciter in excluſiuâ de terminis tranſpoſitis, in qua ponuntur duæ negationes: vt, Non tantum animal non eſt inanimatum, ergo non tantum inanimatum non eſt animal.

Plan-

Planta enim animata eſt, & tamen non eſt animal. In quibus magis apparet eſſe conſecutionem quandam, quàm conuerſionem.

Regulæ quædam.

1 AB excluſiua ad eius totalem exponentem, eſt bona conſequentia, & è cõtra: vt tantùm homo eſt animal rationale, ergo homo eſt animal rationale, & nihil aliud ab homine eſt animal rationale: & è contra: Homo eſt animal rationale, & nihil aliud ab homine eſt animal rationale, ergo tantùm homo eſt animal rationale.

2 Ab excluſiua affirmatiua expoſita gratia alietatis ad ſuam vniuerſalem affirmatiuam de terminis tranſpoſitis eſt bona conſequentia: vt tantùm homo eſt animal rationale, ergò omne animal rationale eſt homo; & è contra.

De Propoſitione exponibili, in qua ponitur hoc verbum, incipit vel deſinit. Cap. xxxvij.

PRopoſitio omnis, in qua ponitur hoc verbum, Incipit, aut deſinit, diuerſas habet exponentes, cum quælibet vni copulatiuæ æquipolleat. Exemplo ſit iſta propoſitio: Socrates incipit eſſe albus, quæ duas habet exponentes, quæ vnam copulatiuam conficiunt: has videlicet, Socrates modò eſt albus, & immediatè antè, non fuit albus.

Ab aliquibus auctoribus diuerſimodè aſſignantur exponentes reſpectu diuerſorum entium; aliter in permanentibus, aliter in ſucceſſiuis aſſignantibus: quòd quamuis ita eorum arbitratu aſſignari queant: attamen quia non multum videtur neceſſarium, idcircò, tàm non in ſucceſſiuis, quàm in permanentibus eaſdem exponentes afferemus, cætera in phyſicis tractaturi, quemadmodum, & propoſitiones, de, fit, factum eſt, & fiet.

Propoſitio, in qua ponitur hoc verbum, Incipit, duas habet exponentes: Exemplum: iſta propoſitio, Socrates incipit eſſe albus, duas habet, quarum altera eſt de præſenti affirmatiua, altera de præterito negatiua ad hunc modum.

Socrates incipit eſſe albus. { Socrates modò eſt albus. / Et immediatè ante, non fuit albus.

Non autem exponens negatiua erit iſta. Socrates non fuit albus, niſi addas hoc totum: (immediatè ante) quoniam fieri poteſt quòd Socrates fuerit primò albus: quo poſito, ſequitur, quòd Socrates incipit eſſe albus, & tamen falſum eſt, quòd Socrates non fuit albus: ſicut menſe Februarij Amigdala florere incipit, quæ tamen etiam ſuperiori anno floruit.

Veruntamen aduertendum, quòd hoc verbum, incipit, poteſt dupliciter accipi; propriè, & tunc ſignificat primo aliquid incipere, vel primam rei inceptionem: Tunc enim aliquis propriè dicitur incipere eſſe albus, qui immediatè antè non fuit albus; non dico, quòd nunquam aliàs non fuerit albus, cum potuerit priùs fuiſſe albus, deinde factus ſit niger.

Ter-

Tertiò, iterum incipiat fieri albus; ſed dico quòd quando incipit fieri albus, tùnc propriè dicitur incipere, quando immediatè ante non fuit albus: ſic Amigdala propriè dicitur, quòd florere incipit, quandò immediate antè non florebat: In qua ſignificatione exponitur ſicut dictum eſt.

Amigdala incipit florere. { Amigdala tùnc floret. / Et immediatè ante, non florebat.

Alio modo accipitur impropriè, ac fuſiori vocabulo: Prout aliquid dicitur incipere, quando paulò antè incepit, vel non multum vltra progreſſum eſt: eo modo, quo ſacerdos dicitur incipere miſſam, vel prædicator concionem; licet ille introitum, iſte prohœmium abſoluerit. In quo ſenſu opus eſt, vt loco illius aggregati, immediatè ante, ponatur hoc totum, non diù antè, vel paulò antè, ad hunc modum.

Amigdala incipit florere. { Amigdala nunc floret. / Et paulò antè, vel paucis antè diebus non florebat.

Propoſitio in qua ponitur hoc verbum deſinit, duas habet exponentes, quarum altera eſt de præſenti affirmatiua, altera de futuro negatiua, nõ qualitercumq; ſed cum iſta, vel conſimili additione, & immediatè poſt, ſi (deſinere) propriè accipiatur: ſi verò impropriè, cùm iſta additione paulò poſt, vel non diù poſt, ſicut per oppoſitum dictum eſt de duplici ſignificatione huius verbi incipere. Exemplum primi modi.

Socrates deſinit eſſe albus. { Socrates nunc eſt albus. / Et immediatè poſt non erit albus.

Exemplum ſecundi modi.

Socrates deſinit eſſe albus. { Socrates nùnc eſt albus. / Et paulò poſt non erit albus.

De ſuppoſitione terminorum.

Svbiecta in his propoſitionibus ſupponunt ſicut in ſuis præiacentibus: Prædicatum verò in vniuerſali affirmatiua ſupponit confusè tantùm: vt eſt in iſta. Omnis homo incipit eſſe albus: Ratio eſt, quia non poteſt fieri deſcenſus ſub illo nec copulatiuè, nec diſiunctiuè: Non ſequitur enim: Omnis homo deſinit eſſe albus, ergo omnis homo deſinit eſſe hoc album, & illud album, nec etiam diſiunctiuè, hoc, vel illud album.

Prædicatum autem in vniuerſali negatiua ſupponit confusè diſtributiuè. Vt nullus beatus incipit eſſe damnatus: contingit enim ſub prædicato deſcendere per copulatiuam, vel diſiunctiuam: Nullus beatus incipit eſſe damnatus: ergò, Nullus beatus incipit eſſe hic damnatus, nec ille damnatus; & ſic de ſingulis: ſimili modo diſiunctiuè; Nullus beatus incipit eſſe hic damnatus, vel ille damnatus, &c.

Prædicatum in propoſitione indefinita, particulari, & ſingulari determinatè ſupponit. Vt homo incipit eſſe beatus, hic homo incipit eſſe ſapiens: Socrates incipit eſſe doctus.

Sed eſt aduertendum, quòd ſuppoſitio determinata, ſicut & confuſa, & diſtributiua poteſt eſſe duplex. Vna, quando contingit deſcendere ad illa pro quibus terminus ſupponit per nomina demonſtratiua, ſicut in iſta. Omnis homo

currit

Digitized by Google

currit, ergo hic currit, & ille currit, & ſic de ſingulis demonſtrato quocunque homine. Alia eſt, quando contingit deſcendere per nomina demonſtratiua ſimul ſumpta cum termino communi, ſub quo debet fieri deſcenſus: vt in in eadem propoſitione: Omnis homo currit, ergo hic homo currit, & ille homo currit, &c.

Accipiendo deſcenſum primo modo, prædicatum in propoſitione non vniuerſali, in qua ponitur incipit, vel deſinit, non ſupponit determinatè. Non enim ſequitur, Socrates incipit eſſe ſapiens, ergo incipit eſſe hoc, vel illud, quocumque demonſtrato: ſed accipiendo deſcenſum ſecundo modo prædicatum determinatè ſupponit: Vnde probè ſequitur: Socrates incipit eſſe ſapiens, ergo incipit eſſe hoc ſapiens, vel illud ſapiens, & ſic de ſingulis. Nec valet iſta conſequentia, Socrates incepit eſſe hoc ſapiens, ergo Socrates incepit eſſe hoc, demonſtrando idem, ſed eſt fallacia figuræ dictionis commutando quale quid, in hoc aliquod, vt ſuo loco patebit.

Si obijcias, quòd (hoc ſapiens) in propoſito, & (hoc) demonſtrando idem, nempe Socratem, conuertuntur, idem enim ſunt in propoſito, hoc, & hoc ſapiens: igitur ab vno ad alterum eſt valida conſequentia. Reſpondeo, quòd illa Regula, ab vno conuertibili ad aliud conuertibile eſt bona conſequentia, non ſemper eſt vera: ſed multoties fallit; & in particulari quando conuertibilia non ſunt ſimpliciter, & abſolutè conuertibilia, ſed ſunt conuertibilia, vt nunc, ideſt contingenter, & pro aliquo tantum tempore: ſicut accidit in ſuperiori exemplo, de Socrate, in quo, hoc, & hoc ſapiens ſunt conuertibilia, vt nunc, nempe dum Socrates eſt ſapiens: quando verò Socrates non eſt ſapiēs, non conuertuntur. B p

Secundò eſt aduertendum, quòd eſt aliquando ſuppoſitio determinata, in qua licet deſcendere, & aſcendere: vt in iſta: Homo currit, ergo hic homo currit, vel ille homo currit, & ſic de ſingulis: & è contra: Hic homo currit, vel ille homo currit, & ſic de ſingulis, ergo homo currit. Aliquando verò licet deſcendere, non autem aſcendere, vt accidit in ſuppoſitione determinata prædicati in propoſitione de (incipit, vel deſinit) in qua aliquando licet aſcendere, quandoque non licet. Vnde optimè ſequitur: Socrates incipit eſſe hoc coloratum, ergo incipit eſſe album, vel nigrum, vel medij coloris, ergo incipit eſſe coloratus. Ratio eſt, quia Negatiua exponens antecedentis, non infert negatiuam exponentem conſequentis: quare non ſequitur: Socrates non fuit albus, ergo non fuit coloratus. Eſt enim Regula generalis, quæ ſic ſe habet. Quando antecedens, & conſequens habent exponentes, & exponens conſequentis non ſequitur ad exponentem antecedentis, inter antecedens, & conſequens infirma eſt conſequentia.

Ex his patet, quòd ab inferiori ad ſuperius cum verbo incipit, vel deſinit, ex parte parte prædicati nulla eſt conſequentia. Ideò non ſequitur: homo incipit eſſe albus, ergo incipit eſſe coloratus: nec etiam ſequitur: filius Dei incipit eſſe homo, ergo incipit eſſe aliquod: ſed eſt fallacia accidentis, vt ſuo loco manifeſtum erit: quando namque in prima figura, maior eſt affirmatiua, & minor negatiua, eſt fallacia accidentis: ſic quando minor propoſitio habet vnam exponentem negatiuam. Quapropter inutile eſt hoc argumentum. Homo eſt aliquid, Filius Dei incipit eſſe homo, ergo Filius Dei incipit eſſe aliquid: nam minor habet vnam exponentem negatiuam, ſcilicet iſtam: B q

Filius Dei immediatè, ante non fuit homo.

Quando vero ſuperius,& inferius ſic ſe habent,quòd de eodem non poteſt prius verificari ſuperius, deinde inferius,tunc à tali inferiori ad tale ſuperius, & communius, optima eſt conſequentia: vt Socrates incipit eſſe homo, ergo incipit eſſe animal: Socrates incipit eſſe rationalis, ergo incipit eſſe ſenſibilis. Non tamen ſequitur, Filius Dei incipit eſſe homo, ergo Filius Dei incipit eſſe aliquid, quia prius nempe ab æterno Filius Dei erat aliquid, non tamen erat homo.

De Conuerſione.

Propoſitiones autem de incipit, & definit ſic conuertuntur: Omnis homo incipit eſſe intelligens: Aliquòd,quòd incipit eſſe intelligens eſt homo: Omnis homo definit viuere: Aliquid definens viuere,eſt homo. Nullus Equus incipit eſſe Leo.Nihil quòd incipit eſſe Leo eſt Equus, & ita de alijs.

De exponibili,in qua ponitur verbum fit, factum eſt,vel fiet. Cap. xxxvij.

Propoſitio in qua ponitur hoc verbum fit,vel factum eſt, vel fiet, aut aliud æquiualens duas habet exponentes,quarum vna eſt de præſenti, alia de præterito,vel futuro.

Exemplum prima.

Socrates fit albus. { Socrates eſt albus. / Et non fuit ſemper albus.

Exemplum ſecunda.

B 1 Socrates fiet albus { Socrates nunc nōn eſt albus. / Et poſt aliquod tempus erit albus.

Vel ſic ſecundum aliquos.

Socrates fiet albus { Socrates pro aliquo tempore non erit albus. / Et poſtea erit albus.

In his propoſitionibus per ſolam terminorum tranſpoſitionem,non fiat conuerſio abſque aliqua mutatione. Vnde non ſequitur, hic homo factus eſt albus, ergo album factum eſt homo: Probè autem ſequitur: Hic homo factus eſt albus, ergo hoc, quod factum eſt album, eſt homo: ſic etiam de rigore ſermonis non valet iſta conſequentia: Filius Dei naturalis factus eſt homo, ergo homo factus eſt Filius Dei naturalis. Optimè tamen ſequitur, ergo aliquid,

Digitized by Google

quid, quòd factum eſt homo, eſt Filius Dei naturalis.

Simili modo in his propoſitionibus à parte prædicati inualida eſt conſequentia: ob id non ſequitur: Socrates factus eſt albus, ergò Socrates factus eſt coloratus: quia deſignatur per ipſum conſequens, quod Socrates prius non eſſet coloratus, vt eius exponentes oſtendunt. Ad eundem modum non ſequitur: Verbum diuinum factum eſt homo, ergo Verbum diuinum factum eſt aliquid, quaſi priùs non eſſet aliquid, vel non eſſet ens.

Si contrà argumenteris: Verbum diuinum factum eſt homo, ergo Verbum diuinum factum eſt aliquid, vel nihil: non factum eſt nihil, ergo aliquid. Reſpondeo negando conſequentiam: Ratio eſt, quia de vi ſermonis deſignatur, quòd Verbum diuinum prius non eſſet aliquid. Similiter non poteſt dici, quòd factum ſit nihil, cum factum ſit homo, & homo aliquid ſit. Dicendum igitur quòd nec factum eſt aliquod, neque nihil: ſed factum eſt aliquid, quod eſt homo, vel factum eſt tale aliquid, & ens, quòd eſt homo. non autem ſimpliciter factum eſt aliquid, vel ens.

De Nonnullis alijs exponibilibus.
Cap. xxxix.

PRopoſitio in qua ponitur hoc verbum (differt) tres habet exponentes: ſi ſit affirmatiua, quarum duæ ſunt affirmatiuæ, tertia negatiua ad hunc modum.

Homo differt ab æquo. { Homo eſt ens.
Equus eſt ens.
Et homo non eſt equus.

Differens, aliud, diuerſum, non dicuntur niſi de entibus.

Quamobrem licet Chymera non ſit homo, non tamen chymera differt ab homine, quia chymera non eſt ens. B ſ

Propoſitio de differt, negatiua habet tres exponentes contradicentes exponentibus affirmatiuæ hoc pacto.

Bucefalus non differt ab equo. { Bucefalus non eſt ens.
Vel equus non eſt ens.
Vel Bucefalus non eſt equus.

Iſtæ contradicunt exponentibus affirmatiuæ oppoſitæ, quæ ſunt.

Bucefalus differt ab equo. { Bucefalus eſt ens.
Equus eſt ens.
Et Bucefalus non eſt equus.

Propoſitio habens comparatiuum comparatiuè ſumptum, & non abuſiuè, habet tres exponentes hoc pacto.

Paulus eſt doctior Ioanne. { Paulus eſt doctus.
Ioannes eſt doctus.
Et Paulus eſt magis doctus, quàm Ioannes.

Propoſitio habens ſuperlatiuũ propriè ſumptũ, habet tres exponẽtes hoc modo.

Hector eſt fortiſſimus Troianorum { Hector eſt fortis.
Troiani ſunt fortes.
Et nullus Troianus ẽ tã fortis quã Hector.

Digitized by Google

Multæ aliæ reperiuntur exponibiles, cum ſint innumerabiles: ſed quæ dicta ſunt ad alia intelligenda ſufficiunt: pro quibus ſit hæc regula generalis.

Quicumque rectè nouerit ſignificata terminorum, & in quo ſenſu accipiuntur, facilè poterit proprio Marte omnes propoſitiones obſcuras exponere, & explicare.

De Propoſitione Inſolubili. Cap. xxxx.

MVlta de Propoſitionibus Inſolubilibus dicuntur à Logicis, quæ diſcipulorum mentem fatigant. Nos autem pauca, & facilia dicemus, ad vtiliora properantes. Pro intelligentia ergo talium propoſitionum.

Sciendum primò, quòd vox eſt impoſita ad ſignificandam rem, cuius conceptus præhabetur in mente: vt iſta dictio (homo) impoſita eſt ad ſignificandam humanam naturam, cuius conceptus præhabetur in mente: non autem impoſita eſt ad ſignificandam ſeipſam: iſta ergo dictio (homo) ſignificat naturam humanam, non autem ſeipſam dictionem.

Bt Si obijcias, quòd iſta vox, conceptus, ſignificat conceptum, & iſta vox (nomen) ſignificat nomen, & cæteræ multæ voces ſignificant ſeipſas. Reſpondeo, quòd iſta vox (conceptus) impoſita eſt ad ſignificandum conceptum, qui in mente per alium conceptum, fuit conceptus: & ita impoſita eſt iſta vox (conceptus) ad ſignificandam rem mente conceptam, non autem ſeipſam, niſi quatenus etiã iſta vox, vel dictio eſt res concepta, vt aliàs diximus.

Sciendum ſecundò, quod ſicut diximus de vocibus ſimplicibus, ità dicendum ſuo modo de voce complexa, ſiuè de propoſitione, quæ ſignificat ſuum totale ſignificatum, quod eſt propoſitionis obiectum, non autem ſeipſam ſignificat: ſed ſi ipſa ſignificari debeat, hoc ſit per aliam propoſitionem, ita vt prior propoſitio ſit poſterioris propoſitionis obiectum.

Exemplum quando dico, omnis propoſitio eſt negatiua; iſta ſignificat omnes alias propoſitiones, quæ ſunt iſtius obiectum: non autem ſeipſam ſignificat; ſed ſignificatur per aliam propoſitionem, quæ eſt illius cognitio reflexa complex. Quando ergo dico: omnis propoſitio eſt negatiua: ſubiectum huius ſupponit pro omnibus alijs propoſitionibus, quæ ſunt eius ſignificata, non autem pro ſe ipſa, quia ſeipſam non ſignificat ex præſuppoſitis.

Bu Sciendum tertiò, quòd propoſitio inſolubilis dicitur, ex qua poteſt formari argumentum; quòd eſt ſolutu difficile, non quod nullo modo ſolui poſſit, vel vt alij dicunt. Propoſitio inſolubilis eſt propoſitio falſificans ſeipſam: vt omnis propoſitio eſt negatiua: Nulla propoſitio eſt negatiua: Socrates dicit falſum, præſuppoſito, quod non dicat niſi iſtam. Ita quoque ſi Plato proferat ſolam iſtam: Plato non dicit verum. Hæ propoſitiones, & conſimiles appellantur inſolubiles, cum argumenta ex illis deducta ſint quaſi ſolutu impoſſibilia.

Exempli gratia: data hypotheſi, quòd omnes mundi propoſitiones ſint negatiuæ: ſi quiſpiam hoc mihi indicare volens, dicat iſtam propoſitionem: Omnis propoſitio mundi eſt negatiua: tunc formari poteſt argumentum. Omnis propoſitio mundi eſt negatiua, ergo iſta eſt negatiua: ſed eſt affirmatiua, ergo non omnis propoſitio mundi eſt negatiua.

Sciendum quartò, quòd ab eo, quòd res eſt, vel non eſt, propoſitio dicitur vera, vel falſa ſecundum Philoſophum: Si enim ſignificat rem ita eſſe, ſicut eſt, in re,

Digitized by Google

in re, dicitur vera ; ſin minus, dicitur falſa .

Ex his patet ſolutio prædictarum propoſitionum, & conſimilium, ſiuè argumentorum, quæ ex ipſis deducuntur . Et primò cum data hypotheſi, quòd omnes mundi propoſitiones ſint negatiuæ ; & mihi hoc indicare volens dicit hanc propoſitionem : Omnis propoſitio mundi eſt negatiua , dico quòd eſt vera, quia ita res ſe habet, ſicut per ipſam ſignificatur: Cùm argumẽtaris, quòd falſa ſit , eo quòd ipſa quoque ſit vna propoſitio mundi , & tamen eſt affirmatiua . Reſpondeo, quod ipſa non connumeratur alijs, nec pro ſe ipſa ſupponit, ſed eſt tantùm aliarum annuntiatiua, & cum omnes aliæ ſint negatiuæ, ipſa hoc ſignificans vera erit .

Quòd hæc reſponſio bona ſit patet, quia de æquiualentibus idem eſt iudicium : data autem hypotheſi, quòd omnes mundi propoſitiones ſint negatiuæ : hæc veritas poteſt per duas propoſitiones æquipollentes enunciari: quarum vna ſit præfata affirmatiua , ſcilicet : Omnis propoſitio eſt negatiua : Altera verò ſit negatiua dicens : Nulla propoſitio eſt affirmatiua : quæ duæ æquiualent cùm habeant idem obiectum, & idem pœnitus deſignent, neutraque ſeipſam ſignificet, aut pro ſeipſa ſupponat : ſed iſta (ſtante hypotheſi), conceditur eſſe vera, videlicet : Nulla propoſitio eſt affirmatiua , ergo & altera æquiualens erit vera, videlicet : Omnis propoſitio eſt negatiua . B 2

Et erit quaſi accommoda diſtributio : ſicut cum dicimus : Cœlum Empyreum tegit omnia, non tamen tegit ſeipſum ; cum inter omnia, quæ teguntur , non connumeretur, nec illud prædicatum ſupponat pro Cœlo Empyreo, in præfata propoſitione .

Si verò poſteà intellectus reflectat ſuam conſiderationem ſuper iàm dictam propoſitionem affirmatiuam , quæ eſt : Omnis mundi propoſitio eſt negatiua , tùnc etiam ipſa alijs connumerabitur , tamquàm vna mundi propoſitio : & tùnc ſi intellectus diceret : Omnis mundi propoſitio eſt negatiua , falſum enunciaret, iſtaq; ſecunda propoſitio affirmatiua, falſa eſſet .

Si quis pronunciaret hanc propoſitionem, videlicet : (Hæc eſt vera, volens per ipſam demonſtrare ſuam contradictoriam , quæ talis eſt : Hæc, non eſt vera:) Tùnc ſequitur, quòd ipſa ſit falſa , quia ſua contradictoria eſt vera; ergò ipſa eſt falſa : & ſua contradictoria eſt iſta, (Hæc non eſt vera,) ergò eſt ſimùl vera, & non vera, etſi non vera, ergò ſua contradictoria, ſcilicet (Hæc eſt vera) erit vera, & diximus eſſe falſam, ergò ſimul vera, & falſa .

Reſpondeo, datis duabus iſtis contradictorijs, Hæc eſt vera (Hæc non eſt vera) dico alteram illarum eſſe veram, alteram falſam, ſi dicas primam eſſe veram, concedes ſecundam eſſe falſam : Si ſecundam veram aſſeras, primam falſam eſſe non negabis . Cùm vltra ſubiungis : quòd iſta (Hæc eſt vera) demonſtrat ſuam contradictoriam, nego, quòd aſſumis : nullum enim contradictorium alterum ſignificat , neque demonſtrat : Sed per aliam propoſitionem hoc, vel illud indicari poterit : vt puta propoſitis illis duabus , & velim indicare ſecundam illarum propoſitionum eſſe veram , & dicam, hæc eſt vera : hæc non eſt eius contradictoria , ſed alia quæ ſecundam propoſitionem annuntiat eſſe veram: ex quo ſequitur , primam earum eſſe falſam. Quia fortè per illam demonſtrabatur, iſta propoſitio. (Homo eſt lapis,) de qua poſſum formare duas contradicentes dicendo; Hæc eſt vera : Hæc non eſt vera , demonſtrando per ambas eandem propoſitionem (Homo eſt lapis ,) quarum affirmatiua

eſt

eſt falſa, negatiua vera.

Si quis tertiò dicat hanc propoſitionem ſolam: (Hæc eſt falſa) intelligens, quòd iſta demonſtrat ſeipſam, erit ne vera, an falſa? ſi vera, igitur non eſt falſa; ſi falſa, ergò verùm eſt illam eſſe falſam, & quia ſignificat ſicut eſt, ergò eſt vera, ergò ſi eſt falſa, eſt vera.

Reſpondeo ſecundùm ſuperiorem doctrinam, quòd ipſa non poteſt demonſtrare, nec ſignificare ſeipſam, ideò conſequentia illa ſequitur ex præſuppoſito falſo: ſi verò ſit alterius demonſtratiua, & enunciatiua, tùnc penes illud quòd demonſtrat, & ſignificat, eſt vera indicanda, vel falſa: nàm illud, ſi falſum eſt, ipſa eſt vera, quia ſignificat ſicut res ſe habet; ſi verò id, quòd ſignificat aliter quàm res ſit.

Exemplum: Si iſta præpoſitio (Hæc eſt falſa) demonſtret hanc propoſitionem (Homo eſt lapis) ipſa eſt vera: ſi verò demonſtrat hanc(Deus eſt bonus)ipſa eſt falſa.

Si verò nullam aliam demonſtret, non eſt vera, neque falſa, ſed neutra: propoſitio enim quæ nihil ſignificat, aut demonſtrat, non eſt vera, neque falſa, ſed tantùm eſt propoſitio materialiter capta.

Similiter quartò. Si Plato dicat hanc ſolam: (Plato dicit falſum) vel iſtam ſolam, Plato non dicit verum. Dicendum quòd iſtæ propoſitiones, cùm nec ſeipſas, nec aliàs ſignificent, aut indicent, non ſunt veræ, neque falſæ; ſed tantùm materialiter pronunciatæ, & per conſequens ſunt neutræ.

Si obijcias: Plato dicit falſum, & non dicit niſi iſtam, & verum eſt, quòd dicit iſtam, ergò iſta eſt vera. Reſpondeo, ſi quis dicat hanc (Homo eſt lapis) verùm eſt ipſum dicere hanc propoſitionem (Homo eſt lapis) ergò dicit propoſitionem veram, non ſequitur: Ideò in argumento eſt fallacia conſequentis à pluribus cauſis veritatis ad vnam tantùm. Eſt etiam fallacia ſecundum quid, & ſimpliciter, videlicet, dicit hanc propoſitionem, ergò dicit hanc propoſitionem veram. Eſt quoque fallacia conſequentis, argumentando à toto in modo, ad ſuam partem affirmatiuè, de quibus fallacijs ſuo loco differendum.

Sunt multa alia, quæ ſunt ſimilia inſolubilibus: Vt ſunt iſtæ propoſitiones, & conſimiles: Ego dormio, ego bibo, ego nihil dico, ego taceo; quarum ſolutiones Magiſter Diſcipulo indicare poterit, imò ipſemet Diſcipulus, ex præcedentibus in hoc libello probè intellectis, ſuo Marte diſſoluet.

Reductio ad ſacram Theologiam. Cap. Vltimum.

CVm ad calcem huius libelli perueneris, conuerte contemplationis aciem ad Dominum Deum tuum, qui fecit, & creauit te, vt ipſum contempleris, & in ipſo delecteris; & primo.

In voce tamquam in veſtigio ad id aptiſſimo, Verbum incarnatum contemplare: nàm quemadmodum noſtræ mentis conceptus, qui eſt verbum noſtrum, eſt inuiſibilis, & audientibus imperceptibilis, ſi tamen vocem ſenſibilem fuerit indutus, fit cuilibet audienti perceptibilis, aures illius ingrediens, à mente noſtra non recedens; ſic Verbum diuinum, inuiſibile exiſtens, nouiſſimis tem-

B y

poribus à ſinu patris non recedens,carnem humanam indutum , viſibile nobis factum eſt,& habitauit in nobis,& cum hominibus conuerſatum eſt:& quemadmodum conceptus nullius idiomatis eſt : ſed diuerſorum idiomatum poſſet vocibus inueſtiri, illisque vniri : ità Verbum diuinum nulla eſt ex naturis creatis : potuiſſet tamen , ſi voluiſſet, diuerſas aſſumere naturas, non ſolùm humanam , verùm etiam & angelicam : at miſertus noſtri nuſquàm Angelos ſed ſemen Abrahæ appræhendit, vt nos morti deſtinatos viuificaret, & ad regna Cœlorum reuocaret .

2 In nomine , quæ eſt prima pars orationis ab alijs præſuppoſita , primam in Trinitate perſonam intuere , quæ totius Trinitatis fons eſt, & origo : In verbo verò altera orationis parte, quæ à nomine, quaſi fluens dimanat , Verbum diuinum agnoſce,à Patre generatione ineffabili procedentem : In connexione autem Verbi grammaticalis cùm nomine,Spiritum ſanctum, vtriuſq; Patris & Filij nexum ediſce,ità vt nihil tibi occurrat quantumlibet minimum in rebus creatis,etiam in ſignis doctrinalibus, quod te ad Diuina meditanda non ſuſtollat .

3 In Propoſitionibus ex nomine , & verbo conſtantibus , Deum videns ſiuè terminos , percipias , ſiuè propoſitiones . Capit enim intellectus noſter terminorum ſignificata , cùm compræhendit , quid eſt ipſorum vnumquodque per definitionem . Definitio fit per ſuperiora , & illa per alia ſuperiora,quouſque ad generaliſſima perueniatur, quibus ignoratis inferiora quoque ignorantur. Generaliſſima quoque ignorato ente , ipſa quoque ignorare neceſſe eſt . Ens autèm perfectè non cognoſcitur , niſi cum ſuis conditionibus cognoſcatur , quæ ſunt vnum, verùm, bonum : quæ tria Sanctiſſimam Trinitatem de longinquo ſaltem , nobis exprimunt . Ens quoque poteſt à nobis excogitari , vt perfectum , & imperfectum : vt ens in potentia , & vt ens in actu : vt ens ſecundùm quid , & vt ens ſimpliciter : vt ens in parte , & vt ens totalitèr : vt ens tranſiens,& vt manens : vt ens impurum , & vt ens purum : vt ens dependens , & vt ens independens : vt ens priùs , & vt ens poſteriùs : vt ſimplex,& compoſitum: vt immutabile,& mutabile, & ſic de ſingulis conditionibus entis .

4 Priuationes autem , atque defectus dignoſci non poſſunt, niſi per habitus oppoſitos , idcircò intellectus noſter non percipit adamuſſim ens imperfectum , niſi cognoſcat perfectum : nec ens in potentia , niſi per ens in actu ; nec ens ſecundùm quid, niſi per ens ſimplicitèr : nec ens in parte, niſi per ens totalitèr ; nec impurum , niſi agnoſcendo purum ; nec dependens , niſi quoquomodo concipiat ipſum independens , & ſic de ſingulis defectiuis dicendum . Ens autem perfectiſſimum,completiſſimum,actualiſſimum, puriſsimum, omninò primum , & independens , &c. Deus eſt : Non poteris ergò alicuius termini veram notitiam adipiſci , niſi Deum rerum omnium principium , & terminum appræhenderis .

Intellectus noſter propoſitionum conceptum, tunc veraciter appræhendere dicitur : cùm certitudinaliter ſcit eas eſſe veras : & hoc ſcire, eſt verè ſcire : B 2
quoniam in illa appræhenſione falli non poteſt : ſcit enim,quòd veritas illius propoſitionis , vt putà iſtius (Homo eſt rationalis,) vel iſtius (Deus eſt ſummum bonum) non poteſt alitèr ſe habere : ſcit ergò illam veritatem eſſe incommutabilem : At cum mens noſtra commutabilis ſit , illam veritatem ſic

incom-

incommutabiliter relucentem videre non poteſt, niſi per aliquam lucem omninò incommutabiliter irradiantem, quàm impoſsibile eſt eſſe creaturam mutabilem: Scit ergò in illa luce, quæ Ioan. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quæ eſt lux vera, & verbum in principio apud Deum, qui eſt ratio rationum, quidditas quidditatum, in quo omnes veritates incommutabiles, & Regulæ æternæ, & infallibiles continentur.

Sacra Scriptura plena eſt Dominicis præceptis, prohibitionibus, conſilijs, exhortationibus, admonitionibus, promiſsionibus, & comminationibus: quæ omnia ad vtilitatem noſtram ſcripta ſunt: proindè conſiderabis quæ agenda, quæ fugienda ſunt, vt declines à malo, & facias bonum in conſpectu Dei.

Ex his manifeſtum eſſe poterit: Cur tot præceptiones, prohibitiones, comminationes, exhortationes, promiſsiones, deprecationes, ac conſimiles plurimæ orationes, & propoſitiones contingentes habeantur in ſacra Scriptura, magis quam propoſitiones per ſe notæ, & neceſſariæ. Ratio, quià tota ſacra Scriptura ad praxim, & ad vtilitatem noſtram ordinata eſt, non ad ſciendum quidditates, & naturas rerum, & ad proprietates occultas inueſtigandum, ſed ad benè operandum, vt ſaluemur. Quapropter ſeruemus præcepta, declinemus prohibita, impleamus conſilia, comminationibus deterreamur, aſpiremus ad promiſſa, deducamus in actú conditiones, Deoque conditori noſtro obediamus in terris, vt ei in perpetuum iungamur in Cœlis.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte cuius nomen ineffabile tantæ efficacitatis eſt, & virtutis vt nullum aliud Nomen ſit ſub Cœlo datum, in quo oporteat nos ſaluos fieri, qui es Verbum æternum incomprahenſibile, in principio apud Deum, in quo ſunt omnes rationes & incommutabiles veritates; fac nos tua irradiante luce perfuſos verè, quæ agenda ſunt proſequi, & fugienda, pro amore tuo declinare, ne cruciatibus iure mancipemur æternis; ſed ijs, quæ promiſſa ſunt miſericorditer potiamur in Cœlis. Amen.

Finis Libri Octaui.

DIA-

Digitized by Google

DIALECTICAE
LIBER NONVS.

De Syllogiſmo in communi differens.

PRÆFATIO.

PERTRACTATIS integralibus ſyllogiſmi partibus tàm remotis, quàm propinquis, nunc de ſyllogiſmo, qui totius logicæ ſubiectum à nobis conſtituitur, breuiter agendum eſt; & primò de ipſo in communi ad nullam eius ſpeciem contracto, deinde ſuo loco de partibus eius ſubiectiuis, ſiuè ſpeciebus, ſiuè illæ eſſentiales ſint, ſiuè accidentariæ, demõſtratiuo, ſcilicet, Topico, atque Sophiſtico perſtringemus.

Quid ſit Syllogiſmus. Cap. I.

SYllogiſmus eſt ſpecies argumentationis propriè dictæ.
Argumentatio propriè dicta eſt argumentatio bona: nàm mala argumentatio non eſt argumentatio. Vel ſic.

Argumentatio eſt argumenti per orationem explicatio; ideſt oratio argumentum explicans. A

Argumentum eſt ratio rei dubiæ fidem faciens; ideſt medium probans concluſionem, quæ debet per argumentum confirmari. Medium eſt quod habet duo extrema.

Differt argumentum à medio, & ab argumentatione; quia argumentum addit ſuprà medium, virtutem probandi concluſionem.

Argumentatio autem dicitur totalis oratio compoſita ex præmiſſis, & concluſione: In qua argumentatione manifeſtatur virtus argumenti, cùm oſtenditur ſuprà quam concluſionem poteſt ipſum argumentum.

Aliquando enim tota oratio ratione præmiſſarum poteſt inferre vniuerſalem affirmatiuam, aliquando vniuerſalem negatiuam, aliquando particularem, aut affirmatiuam, aut negatiuam. Hoc autem fit argumentatione.

Digitized by Google

Argumentatio quatruplex. { Inductio. Enthymema. Exemplum. Syllogiſmus. }

Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud ab his quæ poſita ſunt, de neceſſitate accedit, eo quòd hæc ſunt.

Vel ſic.

Syllogiſmus eſt oratio argumentatiua, in qua duabus præmiſſis in antecedente poſitis, concluſio ab vtraque diuerſa, ob vtraque ſimul neceſſario infertur.

Syllogiſmus eſt oratio, ideſt propoſitio hypothetica rationalis, & argumentatio, in qua quibuſdam poſitis, ideſt duabus præmiſſis in antecedente, & coniunctione copulatiua tacita aliter expreſſa connexis, aliud ab his, quæ poſita ſunt, de neceſſitate propter vtraque euenit: hoc eſt concluſio, quæ ab vtraque præmiſſarum alia eſt, neceſſariò propter vtraque, non propter maiorem tantùm, neque propter maiorem tantùm, ſed propter vtramque ſimul.

De neceſsitate euenit, conſequentia videlicet neceſſaria. Exemplum ſit, hæc argumentatio.

Omne animal eſt ſubſtantia.	Maior.
Et omnis homo eſt animal.	Minor.
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.	Concluſio.

Præmiſſa eſt propoſitio ſiue enunciatio ad concluſionem inferendam aſſumpta: Quarum prima coniunctionem copulatiuam præcedens, dicitur, Maior. Secunda coniunctionem ſequens: Minor appellatur. Tertia notam illationis ſequens, concluſio nuncupatur.

Maior, propoſitio maior, maior præmiſſa, maior aſſumptio, idem ſunt.

Minor, minor propoſitio, minor præmiſſa, minor aſſumptio idem ſunt.

Maior dicitur, quia vniuerſalior, & communior eſſe ſolet: Minor verò quia minus vniuerſalis, minuſque communis, ſeù etiam particularis, ſeù pars maioris eſſe conſueuit; idque ſaltem in potioribus, ac perfectioribus ſyllogiſmis.

Diximus maiorem eſſe illam, quæ coniunctionem copulatiuam præcedit ſecundum communem vſum loquendi: poteſt namque ſecundùm ſitum, minor præcedere, & maior ſequi coniunctionem copulatiuam: vt ſi dicatur.

B

Omnis homo eſt animal.	Minor.
Et omne animal eſt ſubſtantia.	Maior.
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.	Concluſio.

Præmiſſa dicitur, quià concluſioni inferendæ præmittitur.

Totum aggregatum ex maiore, & minore per coniunctionem copulatiuam, eſt ſyllogiſmi antecedens, & prima pars ſyllogiſmi, notam illationis præcedens.

Concluſio eſt enuntiatio ex ſyllogiſmi præmiſsis concluſa, & ſecunda pars principalis eius, notam illationis ſequens.

Concluſio antequam probatur, eſt dubitabilis propoſitio, & vocatur quæſtio.

Quæſtio eſt dubitabilis propoſitio cùm ſigno dubitationis, & quæſitiuo proportionato, nata fieri euidens per aliquem proceſſum: vt vtrum homo ſit riſibilis

Quo-

Digitized by Google

Quotuplex ſit Syllogiſmus. Cap. II.

Syllogiſmus. { Cathegoricus. Hypotheticus.

Syllogiſmus cathegoricus eſt, cuius vtraque præmiſſarum, & concluſio ſunt propoſitiones cathegoricæ: vt.

{ Omne animal eſt ſenſibile.
Et omnis homo eſt animal.
Ergò omnis homo eſt ſenſibilis.

Syllogiſmus hypotheticus eſt, cuius maior aùt minor, aùt cõcluſio, aùt omnes propoſitiones ſunt hypotheticæ.

Exemplum primum. { Si omnis homo eſt animal, omnis homo eſt ſenſibilis.
At omnis homo eſt animal.
Ergò omnis homo eſt ſenſibilis.

Exemplum ſecundum. { Omnis homo eſt animal.
At ſi omnis homo eſt animal, oĩs homo eſt ſenſibilis.
Ergò omnis homo eſt ſenſibilis.

C

Exemplũ tertiũ. { Omne animal eſt ſenſibile.
Et omnis homo eſt animal.
Ergò oĩs homo eſt ſenſibilis, vel aliquis homo nõ eſt sẽſibilis.

Exemplum quartum. { Si homo eſt, animal eſt.
Et omnis homo eſt animal.
Ergò ſi homo eſt, ſubſtantia eſt.

Syllogiſmus cathegoricus duplex. { Communis. Expoſitorius.

Syllogiſmus cathegoricus communis eſt, cuius medium eſt terminus communis.

Vt { Omne animal habet tactum.
Et omnis Leo eſt animal.
Ergò omnis Leo habet tactum.

Syllogiſmus expoſitorius eſt, cuius medium eſt terminus ſingularis.

Vt { Petrus eſt Pontifex.
Et Petrus eſt Apoſtolus.
Ergò aliquis Apoſtolus eſt Pontifex.

Syllogiſmus cathegoricus communis duplex. { Simplex. Compoſitus.

Syllogiſmus cathegoricus communis ſimplex eſt, cuius extrema & copula ſuarum propoſitionum, & concluſionis ſunt ſimplicia.

D

Vt { Omnis ſpiritus eſt incorruptibilis.
Et omnis Angelus eſt ſpiritus.
Ergò omnis Angelus eſt incorruptibilis.

Syllogiſmus cathegoricus communis compoſitus eſt, cuius extremum aliquod, aut copula eſt compoſita.

Exemplum primum. { Omne animal eſt ſubſtantia animata ſenſitiua.
Et omnis homo eſt animal.
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia animata, ſenſitiua.

Digitized by Google

Exemplum ſecundum. { Omne animal eſt ſubſtantia.
Et omne animal, rationale, mortale, eſt animal.
Ergò omne animal, rationale, mortale eſt ſubſtantia.

Exemplum tertium. { Omne animal eſt, vel fuit viuum.
Et omnis homo eſt, vel fuit animal.
Ergò omnis homo eſt, vel fuit viuus.

Syllogiſmi cõpoſiti modi 8. vel plures, vt ipſemet formare poteris. {
1 Quando maior extremitas eſt complexa.
2 Quando minor extremitas eſt complexa.
3 Quando maior & minor extremitas.
4 Quando maior extremitas, & medium.
5 Quando minor extremitas & medium.
6 Quando medium ſolum eſt complexum.
7 Quando maior, minor, & medium.
8 Quando copula propoſitionum, & cõcluſionis eſt cõplexa.

In ſyllogiſmo cathegorico termini tres. { Maior extremitas.
Minor extremitas.
Medius.

Maior extremitas eſt terminus, qui ſumptus in maiori propoſitione concluſionem ingreditur.

Minor extremitas eſt terminus, qui ſumptus in minori propoſitione concluſionem ingreditur.

Medius terminus eſt, qui bis ante concluſionem ſumptus, ſemel in maiori, & ſemel in minori propoſitione, concluſionem non ingreditur.

Exemplũ. { Omne animal eſt ſubſtantia. } Subſtãtia, eſt maior extremitas.
Omnis homo eſt animal. } Homo eſt maior extremitas.
Ergo omnis homo eſt ſubſtãtia. } Animal eſt medius terminus.

De figuris, & modis ſyllogiſmorum. Cap. III.

Qvilibet ſyllogiſmus habet modum & figuram.
Figura eſt ordinatio triũ terminorũ ſecundũ ſubiectionẽ, & prædicationẽ.
Modus eſt ordinatio duarũ propoſitionum ſecundũ qualitatem, & quantitatem.

Modi ſyllogiſmorum 19. { Barbara: Celarent: Darij: Ferio: Baralipton:
Celantes: Dabitis: Fapeſmo: Friſeſomorum:
Ceſare: Cameſtres: Feſtino: Barocco: Darapti:
Felapton: Diſamis: Datiſi: Brocardo: Feriſon.

Figuræ ſyllogiſmorum tres eſſe dicuntur: An verò detur quarta, infrà demonſtrabitur.

Syllogiſmus primæ figuræ eſt, cuius medium ſubijcitur in maiori, & prædicatur in minore: Patet ex ſuperioribus exemplis.

Prima figura nouem habet modos, quorum primi quattuor directè concludunt; reliqui quinque concludunt indirectè.

Directè concludere eſt, maiorem extremitatem de minori concludere.

Indirectè concludere eſt, minorem extremitatem de maiori concludere.

Con-

Concluſio primi modi, ſcilicet Barbara.

Ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minore vniuerſali affirmatiua fit ſyllogiſmus primæ figuræ, vniuerſalem affirmatiuam directè concludens.

Vt { Omnis homo eſt capax beatitudinis,
Et omne animal rationale eſt homo,
Ergo omne animal rationale eſt capax beatitudinis.

Concluſio ſecundi modi. Celarent.

Ex maiori vniuerſali negatiua, & minori vniuerſali affirmatiua fit ſyllogiſmus primæ figuræ, vniuerſalem negatiuam directè concludens.

Vt { Nullum animal Brutum eſt capax beatitudinis,
Et omnis equus eſt animal Brutum,
Ergo nullus equus eſt capax beatitudinis.

Concluſio tertij modi. Darij.

Ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori particulari affirmatiua fit ſyllogiſmus primæ figuræ, particularem affirmatiuam directè concludens.

Vt { Omne ſummum bonum eſt ſuper omnia diligendum,
Et Deus eſt ſummum bonum,
Ergo Deus eſt ſuper omnia diligendus.

Quicquid hoc in loco dicitur de particulari, dicendum de indefinita, & ſingulari.

Concluſio, quarti modi. Ferio.

Ex maiori vniuerſali negatiua, & minori particulari affirmatiua fit ſyllogiſmus primæ figuræ, particularem negatiuam directè concludens.

Vt { Nullum malum eſt amplectendum,
Ars aliqua eſt mala,
Ergo ars aliqua non eſt amplectenda.

Concluſio quinti modi. Baralipton.

Ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori vniuerſali affirmatiua fit ſyllogiſmus primæ figuræ, particularem negatiuam indirectã concludens.

Vt { Omne vegetabile eſt animatum,
Omnis planta eſt vegetabilis.
Ergo quoddam animatum eſt planta.

Concluſio ſexti modi. Celantes.

Ex maiori vniuerſali negatiua, & minori vniuerſali affirmatiua fit ſyllogiſmus primæ figuræ, vniuerſalem negatiuam indirectè concludens.

Vt { Nulla arbor eſt ſentiens,
Et Omnis Platanus eſt arbor,
Ergo nulla Platanus eſt ſentiens.

Concluſio ſeptimi modi. Dabitis.

Ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori particulari affirmatiua fit ſyllogiſmus primæ figuræ, particularem affirmatiuam, indirectè concludens.

Vt { Omnis Leo eſt generoſus,
Quoddam rapax eſt Leo,
Ergo quoddam generoſum eſt rapax.

Concluſio octaui modi. Fapeſmo.

Ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori vniuerſali negatiua, fit ſyllogiſmus primæ figuræ particularem negatiuam indirectè concludens.

Digitized by Google

Vt { Omnis Angelus eſt beatus ,
Et nullus homo eſt Angelus ,
Ergo quidam beatus non eſt homo . }

Ex maiori particulari affirmatiua , & minori vniuerſali negatiua fit ſyllogiſmus primæ figuræ, particularem negatiuam indirectè concludens .

Vt { Aliquod intellectuale eſt corporeum ,
Nullum Brutum eſt intellectuale .
Ergo aliquod corporeum non eſt Brutum . }

In omnibus iſtorum omnium modorum, tres tantum priores ſyllabæ obſeruantur: in quibus, & vocales, & nonnullæ conſonantes ſignificatiuæ ſunt .

Significant autē { A. vniuerſalem affirmatiuā.
E. vniuerſalem negatiuam.
I. particularem affirmatiuā
O. particularem negatiuam. } B.C.D.F. capitalia, ideſt in principio dictionis, reductionem ſignificant ad quatuor primos modos, de qua infrà .

C. quando non eſt in principio dictionis ſignificat reductionem per impoſſibile, ſiuè per ſyllogiſmum conuerſiuum, de quo infra. M. mutationem, ideſt tranſpoſitionem præmiſſarum. P. conuerſionem per accidens. S. ſimplicem conuerſionem, hoc eſt cōuerſionem illius propoſitionis , quæ ſignificatur per vocalem præcedentem immediatè ipſum. C. vel S.

In Baralipton, Baralip: In Friſeſomorum, Friſeſom , propoſito deſeruiunt : quod ſupereſt, metri gratia additum fuit .

De Syllogiſmis ſecundæ figuræ.
Cap. IV.

Syllogiſmus ſecundæ figuræ eſt , cuius medium in vtraque præmiſſarum prædicatur .

Modi ſecundæ figuræ quadrupliciter. { Ceſare.
Cameſtres.
Feſtino.
Barocco. }

Concluſio primi modi. Ceſare.

Ex maiori vniuerſali negatiua, & minore affirmatiua fit ſyllogiſmus ſecundæ figuræ, vniuerſalem negatiuam directè concludens .

Vt { Nullus lapis eſt animal .
Et omnis homo eſt animal,
Ergo nullus homo eſt lapis . }

Concluſio ſecundi modi. Cameſtres.

Ex maiori vniuerſali affirmatiua , & minori vniuerſali negatiua fit ſyllogiſmus ſecundæ figuræ, vniuerſalem negatiuam directè concludens .

Vt { Omnis arbor eſt planta .
Et nullus equus eſt planta .
Ergo nullus equus eſt arbor . }

Concluſio tertij modi. Feſtino.

Ex maiori vniuerſali negatiua , & minori particulari affirmatiua fit ſyllogiſmus ſecun-

ſecundæ figuræ, particularem negatiuam directè concludens.

Vt { Nullus lapis eſt planta,
Aliqua ficus eſt planta,
Ergo aliqua ficus non eſt lapis.

Concluſio quarti modi. Barocco.

Ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori particulari negatiua, fit ſyllogiſmus ſecundæ figuræ, particularem negatiuam directè concludens.

Vt { Omne animal eſt ſenſitiuum,
Et quædam planta non eſt ſenſitiua,
Ergo quædam planta non eſt animal.

De Syllogiſmis tertia Figura. Cap. V.

SYllogiſmus tertiæ figuræ eſt, cuius medium in vtraque præmiſſarum ſubijcitur.

Syllogiſmi tertiæ figuræ 6. {
Darapti.
Fe apton.
Diſamis.
Datiſi.
Broccardo.
Feriſon.

Concluſio primi modi. Darapti.

Ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori vniuerſali affirmatiua fit ſyllogiſmus tertiæ figuræ, particularem affirmatiuam directè concludens.

Vt { Omne animal eſt ſubſtantia,
Et omne animal eſt ſentiens,
Ergo aliquod ſentiens eſt ſubſtantia.

Concluſio ſecundi modi. Felapton.

Ex maiori vniuerſali negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua, fit ſyllogiſmus tertiæ figuræ, particularem negatiuam directè concludens.

Vt { Nullus Aethiops eſt albus,
Et omnis Aethiops eſt homo, G
Ergo aliquis homo non eſt albus.

Concluſio tertij modi. Diſamis.

Ex maiori particulari affirmatiua, & minore vniuerſali affirmatiua fit ſyllogiſmus tertiæ figuræ, particularem affirmatiuam directè concludens.

Vt { Quidam ſerpens eſt venenoſus.
Et omnis ſerpens eſt animal,
Ergo aliquod animal eſt venenoſum.

Concluſio quarti modi. Datiſi.

Ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, fit ſyllogiſmus tertiæ figuræ, particularem affirmatiuam directè concludens.

Vt { Omne animal eſt ſubſtantia,
Et quoddam animal eſt ſenſitiuum,
Ergo quoddam ſenſitiuum eſt ſubſtantia.

Con-

Digitized by Google

Concluſio quinti modi. Broccardo.

Ex maiori particulari negatiua, & minori vniuerſali affirmatiua, fit ſyllogiſmus tertiæ figuræ particularem negatiuam, directè concludens.

Vt { Quidam Scorpius non interficit,
Et omnis Scorpius pungit cauda,
Ergo aliquod pungens cauda non interficit.

Concluſio ſexti modi. Feriſon.

Ex maiori negatiua, & particulari minori affirmatiua, fit ſyllogiſmus tertiæ figuræ, particularem negatiuam directè concludens.

Vt { Nullus Beatus eſt damnatus,
Quidam beatus eſt animal,
Ergo quoddam animal non eſt damnatum;

Papeſmo, & Friſeſomorum ſyllogiſmus primæ figuræ, poſſunt etiam eſſe ſecundæ & tertiæ, ſed æquiuocè, quatenùs medius terminus variatur ſecundum prædicationem, & ſubiectionem, ſed ſemper indirectè concludens.

Exemplum, Fapeſmo, in ſecunda figura.

{ Omnis planta eſt animata, Fa
Nullus lapis eſt animatus. peſ
Ergo quædam planta non eſt lapis. mo.

Exemplum in tertia.

{ Omnis planta eſt animata,
Nulla planta eſt animal,
Ergo aliquod animatum non eſt animal.

Exemplum. Friſeſomorum in ſecunda figura.

{ Quidam homo eſt albus. Fri
Nullus Aethiops eſt albus. ſe
Ergo quidam homo non eſt Aethiops. ſom.

Exemplum in tertia.

{ Quidam equus eſt albus,
Nullus equus eſt coruus,
Ergo quoddam album non eſt coruus.

Hæc dicta ſunt de ſyllogiſmis ex rectis: Nunc videndum eſt de ſyllogiſmis ex obliquis.

De Syllogiſmis ex obliquis. Cap. VI.

H 1 QVando ſolus obliquus præcedit copulam, aut obliquus cum recto, ita quod obliquus præcedat rectum, tunc ſolus obliquus eſt ſubiectum propoſitionis. Exemplum primi. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Exemplum ſecundi. Dei virtus eſt infinita. Probatur regula. Primò: ſubiectum eſt de quo aliud dicitur: ſed in propoſito, terra dicitur Domini, & virtus dicitur eſſe Dei: Secundò quia illud ſolum eſt ſubiectum, ſi ſit terminus communis, quod adueniente ſigno vniuerſali diſtributur in propoſitione vniuerſali: vt ſi dicas, Domini eſt poſſeſſio, deinde addas ſignum vniuerſale, dicens. Cuiuslibet Domini eſt poſſeſſio, fit propoſitio vniuerſalis, in qua ex parte ante copulam, ille obliquus (Domini) diſtribuitur, ille igitur obliquus ſubiectum erit:

Digitized by Google

erit. Tertiò quia in omni bono ſyllogiſmo in prima figura, illud eſt ſubiectum maioris, quod prædicatur in minori: ſed ille obliquus eſt huiuſmodi: prædicatur enim in minori: obliquus igitur ille, ſubiectum erit.

Exemplum ſit.

Cuiuslibet perſonæ diuinæ eſt terra, & plenitudo eius.
Chriſtus eſt perſona diuina, ergo
Chriſti eſt terra, & plenitudo eius.

2 Quando à parte ſubiecti ante copulam rectus præcedit obliquum, tunc aggregatum ex recto, & obliquo eſt ſubiectum: vt, Princeps huius mundi eijcietur foras; Hoc totum Princeps huius mundi eſt ſubiectum. Probatur regula; quia illud eſt ſubiectum in indefinita, quod per ſignum vniuerſale appoſitum diſtribuitur in vniuerſali propoſitione. Exemplum, ſi dicas, referendo dictum Chriſti ad illud tempus, in quo prolatum eſt.

Quilibet Princeps huius mundi eijciebatur foras.
Sathanas eſt Princeps huius mundi.
Ergo Sathanas eijciebatur foras.

De Syllogiſmo ex obliquis in prima figura.

1 Ex maiori de obliquo, & minori de recto ſequitur in prima figura concluſio de obliquo; dummodo obliquitas cadat à parte eiuſdem extremi in concluſione, à cuius parte cadebat in maiori.

Vt { Omnem hominem illuminat Chriſtus.
Quilibet fidelis eſt homo,
Ergo quemlibet fidelem illuminat Chriſtus.

Item { Cuiuslibet hominis mens à prima veritate formatur.
Quilibet fidelis eſt homo,
Ergo cuiuslibet fidelis mens à prima veritate formatur.

Negatiuè ſic { Nullum prædeſtinatum damnat Deus.
Omnis electus eſt prædeſtinatus.
Ergo nullum electum damnat Deus.

Regula generalis.

Quandocunq; in maiori propoſitione aliquis terminus fuerit diſtributus in obliquo, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè, de quocunque alio termino rectus illius obliqui dicitur; quicquid affirmabitur de obliquo in maiori, vel negabitur; etiam affirmabitur, vel negabitur de obliquo illius vltimi termini.

2 Ex maiori de recto, & minori de obliquo valet ſyllogiſmus ad inferendam de prima figura concluſionem, in qua minor extremitas ponitur in obliquo.

Vt { Omnis prædeſtinatio eſt ad gloriam electio,
Hominis eſt prædeſtinatio.
Ergo hominis eſt ad gloriam electio.

3 Ex maiori vniuerſali negatiua, & minori affirmatina, in quarum vtraque medium ponitur in obliquo, valida eſt conſequentia ad inferendam concluſionem de recto in prima figura.

Vt { Nullum hominem fœdat vitius,
Omne vitium fœdat hominem,
Ergo nullum vitium eſt virtus.

4 Ex maiori vniuerſali negatiua, & minore affirmatiua, in quib. maior, & minor extremitas in obliquo ponũtur, ſequitur in prima figura cõcluſio de recto.

Vt { Nulla omnium bonorum perfecta poſſeſſio eſt damnati,
Cuiuslibet Beati eſt omnium bonorum perfecta poſſeſſio,
Ergo nullus beatus eſt damnatus.

5 Ex maiori vniuerſali affirmatiua de recto,& minori affirmatiua in qua medium ponitur in obliquo,infertur in prima figura concluſio, in qua maior extremitas ponitur in obliquo.

Vt { Omnes beati ſunt prædeſtinati,
Perfecta bonorum poſſeſſio eſt beatorum,
Ergo perfecta bonorum poſſeſſio eſt prædeſtinatorum.

De Syllogiſmis ex obliquis in ſecunda figura.

1 Ex duabus præmiſſis de obliquo in ſecunda figura, in quibus extremitates ſunt termini obliqui, ſequitur concluſio de recto.

Vt { Cuiuslibet beati eſt clara viſio,
Nullius præſciti eſt clara viſio,
Ergo nullus præſcitus eſt beatus.

2 Ex ambabus præmiſſis,in quibus ponitur medium in obliquo, infertur in ſecunda figura concluſio de recto.

Vt { Nulla beatitudo eſt præſciti.
Omnis miſeria eſt præſciti.
Ergo nulla miſeria eſt beatitudo.

3 Ex maiore affirmatiua,de recto, & minore negatiua de obliquo, validus eſt eſt ſyllogiſmus,ad inferendam in ſecunda figura concluſionem de obliquo, ſeruata obliquitate ex parte eiuſdem extremi.

Vt { Omnis electio ad gloriam eſt prædeſtinatio,
Nullius præſciti eſt prædeſtinatio,
Ergo nullius præſciti eſt electio ad gloriam.

De Syllogiſmis ex obliquis in tertia figura.

I 1 Ex maiori affirmatiua de obliquo,ſiue medium ponatur in obliquo,ſiuè maior extremitas,& minor de recto affirmatiua,infertur in tertia figura concluſio de obliquo, ex parte eiuſdem extremi obliquitate ſeruata.

Exemplum 1. { Cuiuslibet hominis eſt anima rationalis.
Quilibet homo eſt animal,
Ergo alicuius animalis eſt anima rationalis.

Exemplum 2. { Omnis anima rationalis eſt hominis;
Omnis anima rationalis eſt forma ſubſtantialis,
Ergo aliqua forma ſubſtantialis eſt hominis.

2 Ex maiori affirmatiua de recto, & minore affirmatiua de obliquo, ſiue medium ponatur in obliquo,ſiue minor extremitas, ſequitur in tertia figura, concluſio de obliquo,ex parte eiuſdem extremi obliquitate ſeruata.

Exemplum 1. { Quilibet prædeſtinatus eſt ad gloriam electus.
Cuiuslibet prædeſtinati eſt felicitas,
Ergo felicitas eſt ad gloriam electi.

Exemplum 2. { Omnis perfecta felicitas eſt beatitudo.
Omnis perfecta felicitas eſt prædeſtinatorum.
Ergo prædeſtinatorum eſt Beatitudo.

Idem ſequitur ſi maior propoſitio ſit particularis, & minor vniuerſalis, ſicut èconuerſo: In his etiam idem eſt dicendum de particulari, indefinita, & ſin-

Digitized by Google

& ſingulari ; adeò quòd vbi ponenda eſt particularis, poteſt poni indefinita, aut ſingularis.

3 Ex maiori negatiua de obliquo, & minori affirmatiua de obliquo ſequitur in tertia figura concluſio de recto, ſiue obliquitas ſit ex parte ſubiecti, ſiue prædicati.

Vt { Nullius damnati eſt clara viſio.
Cuiuslibet damnati eſt tenebra, & ſtridor dentium,
Ergo tenebra, & ſtridor dentium non eſt clara viſio.

In hoc exemplo obliquitas in vtraque præmiſſa eſt ex parte ſubiecti: poteſt etiam eſſe obliquitas in vtraque ex parte prædicati.

Vt { Nulla clara viſio eſt damnati.
Clara viſio eſt Beati.
Ergo Beatus non eſt damnatus.

4 Ex maiori negatiua de obliquo, ſiue medium ponatur in obliquo, ſiue maior extremitas, & minor affirmatiua de recto, ſequitur in tertia figura, cõcluſio de obliquo ex parte eiuſdem extremi.

Exemplum 1. { Nullius hominis eſt Panthera.
Omnis homo eſt animal,
Ergo alicuius animalis, non eſt Panthera.

Exemplum 2. { Nulla ignorantia eſt Dei.
Omnis ignorantia eſt defectus.
Ergo defectus non eſt Dei.

In his quoque idem ſequitur, ſi maior ſit particularis, & minor vniuerſalis, & èconuerſo; ſiue etiam loco particularis, ponatur indefinita, aut ſingularis.

De Syllogiſmis ex reduplicatiuis, & excluſiuis. *Cap. VII.*

Syllogiſmus reduplicatiuus propriè fit in prima figura, & in omnibus modis, dummodo reduplicatio ſe teneat ex parte maioris extremitatis, nõ medij, aut minoris extremitatis.

Exemplum in Barbara.

{ Omnis creatura intellectualis eſt capax beatitudinis, quatenus eſt imago Dei.
Omnis Angelus eſt creatura intellectualis,
Ergo omnis Angelus eſt capax beatitudinis, quatenus eſt imago Dei.

Exemplum in Celarent.

{ Nulla creatura intellectualis eſt capax beatitudinis inquantum ſubſtantia.
Omnis Angelus eſt creatura intellectualis,
Ergo nullus Angelus eſt capax beatitudinis inquantum ſubſtantia.

Poſſunt quoque fieri Syllogiſmi reduplicatiui in tertia figura ſeruata eadem conditione.

Exemplum in Darapti.

{ Omne animal eſt viuens inquantum habens animam
Omne animal eſt ſubſtantia.
Ergo quædam ſubſtantia eſt viuens inquantum habens animam.

Digitized by Google

Exemplum in Felapton.

Nullum animal eſt viuens inquantum ſubſtantia.
Omne animal eſt corporeum.
Ergo aliquod corporeum non eſt viuens, inquantum ſubſtantia.

De excluſiuis.

In prima figura, ex omnibus excluſiuis licet inferre excluſiuam.

Exemplum: Tantùm præſcitus eſt damnatus.
Tantum finaliter peccator eſt præſcitus.
Ergo tantum finaliter peccator eſt damnatus.

Ex exceptiuis propriè non fit ſyllogiſmus.

De Syllogiſmis ex terminis infinitis. Cap. VIII.

1 Omnis modus alicuius figuræ trium figurarum valens ex terminis finitis; valet etiam ex terminis infinitis, vel altero termino infinito.

Exemplum in prima.

Affirmatiuè ſic. Omnis non ſubſtantia eſt non animal.
Omne non per ſe exiſtens eſt non ſubſtantia.
Ergo omne non per ſe exiſtens eſt non animal.

Negatiuè ſic. Nullum non per ſe exiſtens eſt ſubſtantia,
Omne accidens eſt non per ſe exiſtens.
Ergo nullum accidens eſt ſubſtantia.

L 2 Aliquis modus poteſt ſyllogiſari ex terminis infinitis, vel altero termino nito, qui ſyllogiſari nequit ex terminis finitis.

Vt in prima figura. Nullum non animal eſt ſenſitiuum.
Nullus lapis eſt animal.
Ergo nullus lapis eſt ſenſitiuus.

In ſecunda figura. Nulla qualitas eſt non accidens:
Nulla ſubſtantia eſt accidens.
Ergo nulla ſubſtantia eſt qualitas.

In tertia figura. Nullum non per ſe exiſtens eſt ſubſtantia.
Nullum per ſe exiſtens eſt accidens.
Ergo nullum accidens eſt ſubſtantia.

Ratio huius aſsignari poteſt, quia benè ſequitur cum conſtantia ſubiecti. Nulla ſubſtantia eſt accidens, & ſubſtantia eſt; ergo omnis ſubſtantia eſt non accidés. ſed ad iſtam cum eadem maiori ſequitur in bona conſequentia.

Nulla qualitas eſt non accidens.
Omnis ſubſtantia eſt non accidens.
Ergo nulla ſubſtantia eſt qualitas.

Quidquid autem ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens. Dictum eſt, cum conſtantia ſubiecti, ob propoſitiones de materia contingenti, vt ſuo loco explicabitur. Non enim ſequitur, Cæſar non eſt albus, ergo Cæſar eſt non albus; ſuppoſito, quod Cæſar ſit mortuus. Sequitur autem cum conſtantia ſubiecti. Cæſar non eſt albus, vt Cæſar eſt, ergo Cæſar eſt non albus.

Poteſt

Digitized by Google

Poteſt ergo fieri ſyllogiſmus ex terminis infinitis,ſicut & ex finitis : ſed non contrà : Nàm vt viſum eſt, poteſt fieri ſyllogiſmus ex puris negatiuis , quando termini , vel aliquis terminus , ſunt infiniti : ſed in terminis finitis, ex puris negatiuis nihil ſequitur .

De Syllogiſmis ex propoſitionibus de præterito, & de futuro. Cap. IX.

AD conficiendum ſyllogiſmum in prima figura ex propoſitionibus de præterito,videndum eſt primo, an medius terminus ſit terminus communis : ſecundo an ſubiectum maioris , quod erit medius terminus ſupponat pro his , quæ ſunt, an pro his,quæ fuerunt.His poſitis ſit prima concluſio.

1 Quando medius terminus eſt terminus communis, & ſubiectum maioris in ſyllogiſmo ex propoſitionibus de præterito,ſupponit pro his, quæ ſunt,minor debet eſſe de præſenti,non de præterito .

Exemplum { Omnis homo viuens fuit genitus,
Clemens,Lector noſter,eſt homo viuens .
Ergo Clemens Lector noſter,fuit genitus .

Ratio huius regulæ ſiuè concluſionis eſt, quia ſi minor eſſet de præterito , ſyllogiſmus non eſſet regulatus per dici de omni , vel de nullo , de qua regula infrà pertractabimus .

Sed non ſequitur { Omne quod eſt album,fuit nigrum
Aliquis Cignus fuit albus ,
Ergo aliquis Cignus fuit niger .

Poteſt enim fieri , quod quicquid modo eſt album,prius fuerit nigrum , qua hypotheſi facta, non ſequitur concluſio illata ; ſed ſi minor fiat de præſenti , dicendo , Aliquis cignus eſt albus , ſequitur concluſio. ſed ſicut ipſa eſt falſa,ita & maior eſt falſa , vel minor .

2 Si ſubiectum maioris ſupponat pro his,quæ fuerunt , minor debet eſſe de præterito,non de præſenti ob eandem rationem,ſiuè ſubiectum minoris ſupponat pro his,quæ ſunt,ſiue pro his,quæ fuerunt .

Exemplum { Omne quod interijt , fuit viuum ,
Omne interfectum interijt ,
Ergo omne interfectum fuit viuum .

Sed non ſequitur { Omne album,ſiue omne quod fuit album,fuit homo :
Aliquis equus eſt albus ,
Ergo aliquis equus fuit homo .

In quo Syllogiſmo maior eſt poſſibilis , ideò in aliquo caſu poteſt eſſe vera : erit autem bonus ſyllogiſmus ad hunc modum .

{ Omne quod fuit album,fuit homo ,
Aliquis equus fuit albus .
Ergo aliquis equus fuit homo.

Sed quemadmodum concluſio eſt falſa,ità aliqua præmiſſarum erit falſa,ſcilicet, aut maior,aut minor .

Quęcunq; dicta ſunt de propoſitionibus de præterito,erunt ſecũdum analogiam, & pro-

Digitized by Google

& propoſitionem ſeruanda circa propoſitiones de futuro : nàm ſi ſubiectum maioris ſupponat pro his, quæ erunt, minor debet eſſe de futuro, conficiendo ſyllogiſmum in primà figura.

Exemplum { Quicumque generabitur, tandem morietur. Antichriſtus generabitur: Ergo Antichriſtus tandem morietur.

4 Si ſubiectum maioris ſupponat pro his, quæ ſunt, minor debet eſſe de præſenti, non de futuro.

Exemplum { Omne animal viuens morietur, Clemens eſt animal viuens, Ergo Clemens morietur.

5 In ſecunda figura, ſi ſubiectum maioris de præterito ſupponat pro his, quæ fuerunt, concluſio debet eſſe de præterito.

Exemplum { Omne iugulatum fuit occiſum, Aliquod mortuum non fuit occiſum, Ergo aliquod mortuum non fuit iugulatum.

6 Si in ſecunda figura ſubiectum maioris de præterito ſupponat pro his, quæ ſunt, concluſio debet eſſe de præſenti, non de præterito.

Exemplum { Omne quod eſt animal, initium habuit, Nulla perſona diuina initium habuit, Ergo nulla perſona diuina eſt animal.

7 Si in ſecunda figura ſubiectum maioris de futuro ſupponat pro his quæ erunt, concluſio debet eſſe de futuro.

Exemplum { Omne quod erit animatum, erit viuens, Aliquod generandum non erit viuens, Ergo aliquod generandum non erit animatum.

8 Si ſubiectum maioris de futuro in ſecunda figura ſupponat pro his, quæ ſunt, concluſio debet eſſe de præſenti, non de futuro.

Exemplum { Nullum incorruptibile morietur. Omnis homo morietur, Ergo nullus homo eſt incorruptibilis.

9 In tertia figura ſubiectum vtriuſque præmiſſæ debet vniformiter accipi, vel pro his quæ fuerunt, vel pro his, quæ ſunt ſi fuerint de præterito.

Exemplum { Omne mortuum fuit viuum, Omne mortuum fuit animatum, Ergo aliquod animatum fuit viuum.

Exemplum { Nullum viuens fuit mortuum, Aliquod viuens fuit album, Ergo aliquod quod fuit album, non fuit mortuum.

10 In tertia figura ſubiectum vtriuſque præmiſſæ de futuro, debet vniformiter accipi, vel pro his quæ ſunt, vel pro his quæ erunt.

Exemplum { Nullus Dæmon vnquam beatificabitur, Omnis Dæmon ſemper cruciabitur, Ergo quod ſemper cruciabitur, numquam beatificabitur.

Exemplum { Omne generandum aliquando corrumpetur. Aliquod generandum erit Antichriſtus. Ergo Antichriſtus aliquando corrumpetur.

De

De ſyllogiſmis ex propoſitionibus modalibus, & primò ex propoſitionibus de neceſſario. Cap. X.

Modalis duplex. { Compoſita. / Diuiſa.

Modalis compoſita æquiuocè & impropriè eſt modalis, quæ cum æquialeat propoſitioni de ineſſe, eſt propoſitio de ineſſe, modusque non copulam, ſed propoſitionem determinat. Iſta enim propoſitio (contigens eſt hominem currere,) æquiualet iſti. Hæc propoſitio eſt contigens, Homo currit.

Modalis diuiſa, propriè eſt modalis, cum modus copulam determinet, à qua propoſitio, talis denominatur; per quam copulam fit extremorum vnio: vt, homo contingenter currit: Homo neceſſariò eſt animal.

Regula.

1 Quando præmiſſæ de neceſſario accipiuntur in ſenſu compoſito, vel aliæ illis æquiualentes, ſemper eſt bonus ſyllogiſmus in prima figura, inferens conſimilem concluſionem in ſenſu compoſito directè.

Vt { Neceſſarium eſt, omne animal eſſe ſubſtantiam.
Neceſſarium eſt, omnem hominem eſſe animal.
Ergò neceſſarium eſt, omnem hominem eſſe ſubſtantiam.

Vel ſic { Hæc eſt neceſſaria: Omne animal eſt ſubſtantia.
Et hæc eſt neceſſaria: Omnis homo eſt animal.
Ergò hæc eſt neceſſaria: Omnis homo eſt ſubſtantia.

Regula.

Quando præmiſſæ in ſyllogiſmo ritè confecto, ac probè regulato ſunt neceſſariæ, concluſio eſt neceſſaria.

Negatiuè ſic. { Hæc eſt neceſſaria: Nullum animal eſt lapis.
Hæc eſt neceſſaria: Omnis homo eſt animal.
Ergò hæc eſt neceſſaria: Nullus homo eſt lapis.

2 Quando præmiſſæ de neceſſario vel eis æquiualentes ſumuntur in ſenſu diuiſo, ſemper in prima figura inferunt concluſionem de neceſſario, directè.

Vt { Omne animal neceſſariò eſt ſubſtantia.
Omnis homo neceſſariò eſt animal.
Ergò omnis homo neceſſariò eſt ſubſtantia.

Negatiuè ſic. { Omne animal neceſſariò non eſt lapis.
Omnis homo neceſſariò eſt animal.
Ergò omnis homo neceſſariò non eſt lapis.

3 Quando præmiſſæ de neceſſario ſumuntur in ſenſu diuiſo, non ſemper in prima figura inferunt indirectè concluſionem de neceſſario.

Vt { Omnis ſubſtãtia intellectualis neceſſario eſt habens intellectum.
Omne ratiocinans neceſſariò eſt ſubiecta intellectualis.
Ergò habens intellectum neceſſariò eſt ratiocinans.

Non ſequitur, vt vides, concluſio de neceſſario, cum non omnis ſubſtãtia intelle-
ctualis

Digitized by Google

ctualis neceſſariò ratiocinetur, ſed contingenter: Poteſt tamèn illa concluſio ſic mutata ſequi.

Ergò aliquid neceſſariò habens intellectum, eſt ratiocinans.

4 Si maior ſumatur in ſenſu compoſito, & minor in ſenſu diuiſo, ſequitur directè in prima figura concluſio in ſenſu diuiſo.

Vt { Omnem ſubſtantiam intellectualem habere intellectũ, eſt neceſſariũ.
Omne ratiocinans neceſſariò eſt ſubſtantia intellectualis.
Ergo omne ratiocinans neceſſariò habet intellectum. }

Non tamèn ſequitur, ergò, hæc eſt propoſitio neceſſaria: Omne ratiocinans habet intellectum, cùm ſit contingens, licet neceſſariò vera.

5 Si maior ſumatur in ſenſu diuiſo, & minor in ſenſu compoſito, ſequitur directè in prima figura concluſio de neceſſariò tàm in ſenſu compoſito, quàm diuiſo.

Vt { Omne animal neceſſariò eſt ſubſtantia.
Omnem hominem eſſe animal eſt neceſſarium.
Ergò omnem hominem eſſe ſubſtantiam, eſt neceſſarium, vel ergò omnis homo neceſſariò eſt ſubſtantia. }

Regula.

1 Impoſſibile eſt aliquid per ſe vel accidens inferius, neceſſariò prædicari de aliquo, itá quòd propoſitio ſit neceſſaria, niſi etiam ſit propoſitio neceſſaria, in qua ſuperius ad illud inferius, de eodem prædicatur. Non enim poteſt homo neceſſario & per ſe prædicari de Socrate, quin etiam animal, quod eſt ad hominem ſuperius, neceſſariò & per ſe prædicetur de eodem Socrate: Nec homo per ſe prædicatur de hoc animali, quin etiam animal per ſe prædicetur de hoc animali.

2 Omnis propoſitio neceſſaria in ſenſu compoſito, eſt etiam neceſſaria in ſenſu diuiſo, non contra. Si enim iſta eſt neceſſaria in ſenſu compoſito, omnis homo eſt animal; etiam in ſenſu diuiſo, omnis homo neceſſariò eſt animal, eſt neceſſaria. Iſta verò: Omne ratiocinans habet intellectum, eſt neceſſaria in ſenſu diuiſo: non autem in ſenſu compoſito, cum ſit contingens.

3 Ex præmiſſis de neceſſariò in ſenſu compoſito, ſequitur in ſecunda figura concluſio de neceſſariò de ſenſu compoſito.

B Vt { Nullum hominem eſſe plantam, eſt neceſſarium.
Omnem plantam eſſe plantam, eſt neceſſarium.
Ergò nullam plantaum eſſe hominem, eſt neceſſarium. }

4 Ex maiori de neceſſariò in ſenſu compoſito, & minori de neceſſariò in ſenſu diuiſo, validus eſt ſyllogiſmus in ſecunda figura, ad inferendam concluſionem in ſenſu diuiſo.

Vt { Neceſſe eſt, nullum animal eſſe plantam.
Aliquod florens neceſſariò eſt planta.
Ergò aliquod florens neceſſariò non eſt animal. }

Maior iſtius ſyllogiſmi eſt neceſſaria, ac ideò vera in ſenſu compoſito: Minor verò & concluſio ſunt contingentes, licet neceſſariò veræ.

5 Ex maiori de neceſſario in ſenſu diuiſo, & minore de neceſſario in ſenſu compoſito, ſequitur in ſecunda figura concluſio in ſenſu diuiſo, non compoſito.

Vt

Vt { Omne florens neceſſariò eſt Planta .
Hæc eſt neceſſaria: Nullus equus eſt planta .
Ergo omnis equus neceſſariò non eſt florens .

Non ſequitur autem poſt iudicium vniuerſale. { Omne producens neceſſariò eſt Deus.
Hæc eſt neceſſaria. Nulla creatura eſt Deus.
Ergo hæc eſt neceſſaria. Nulla creatura ē producēs.

Concluſio etenim non eſt neceſſaria, ideò compoſita eſt falſa : diuiſa tamen eſt vera : ideò ſequitur, ergo omnis creatura neceſſariò non eſt producens .

6 Ex omnibus propoſitionibus de neceſſario, in ſenſu diuiſo, non valet in ſecunda figura Syllogiſmus : raro tamen reperitur inſtantia .

7 Ex præmiſſis de neceſſario, in ſenſu compoſito, ſequitur in tertia figura concluſio de neceſſario in ſenſu compoſito .

Vt { Neceſſarium eſt omnem hominem eſſe animal ,
Neceſſarium eſt, omnem hominem eſſe animal ,
Ergo neceſſarium eſt : Quoddam animatum eſſe animal .

8 Ex primis de neceſſario in ſenſu diuiſo, ſequitur in tertia figura concluſio de neceſſario in ſenſu diuiſo .

Vt { Omne album neceſſariò eſt coloratum .
Omne album neceſſariò eſt diſgregatiuum viſus ,
Ergo quoddam diſgregatiuum viſus neceſſariò eſt coloratum .

De Syllogiſmo ex propoſitionibus de poſsibili. Cap. XI.

Hoc in loco accipitur poſſibile, vt opponitur impoſſibili, non autem vt opponitur neceſſario, vel vt æquiualet contingenti .

1 Ex propoſitionibus de poſſibili in ſenſu compoſito, non conficitur in prima figura ſyllogiſmus .

Non enim ſequitur { Omne coloratum eſſe album, eſt poſſibile .
Omne nigrum eſſe coloratum, eſt poſſibile.
Ergo omne nigrum eſſe album, eſt poſſibile.

Ratio huius eſt : quia hæc propoſitio non eſt vera : ſi præmiſſæ ſunt poſſibiles , concluſio eſt poſſibilis . At iſta vera eſt , ſi præmiſſæ ſunt poſſibiles, & compoſsibiles , concluſio eſt poſsibilis .

Vnde probè ſequitur { Omne album eſſe dulce, eſt poſsibile ,
Omne coloratum eſſe album, eſt poſsibile ,
Ergo omne coloratum eſſe dulce, eſt poſsibile .

Si verò propoſitio de poſsibili ſumatur in ſenſu diuiſo , eſt diſtinguenda : nàm ſubiectum eius poteſt ſupponere pro his, quæ ſunt , vel pro his quæ poſſunt eſſe: vt omnis homo poteſt eſſe albus (homo) in iſta propoſitione poteſt ſupponere pro hominibus exiſtentibus, nempe omnis homo, qui nunc eſt , poteſt eſſe albus ; vel pro his , qui poſſunt eſſe, ad hunc ſenſum : Omnis qui poteſt eſſe homo , poteſt eſſe albus . O

2 Quandocunque ſubiectum maioris de poſsibili accipitur pro his , quæ poſſunt eſſe, ſubiecto minoris de poſsibili quomodocunq; ſumpto, ſemper in prima figura, bonus eſt ſyllogiſmus .

Vt { Omne album poteſt eſſe diſgregans ,
Omne coloratum poteſt eſſe album ,
Ergo omne coloratum poteſt eſſe diſgregans .

At ſi ſubiectũ maioris ſumatur pro his,quæ ſunt,inualidus eſt ſyllogiſmus .

Vt non ſequitur { Omne quod eſt album,poteſt eſſe homo .
Omnis equus poteſt eſſe albus ,
Ergo omnis equus poteſt eſſe homo .

Nàm ſuppoſito , quòd ſolus homo ſit albus,præmiſſæ ſunt veræ, & concluſio falſa .

3 Ex maiori de poſsibili in sẽſu diuiſo ſubiecto ſupponente pro his,quæ poſſunt eſſe , & ex minori in ſenſo compoſito , ſequitur in prima figura, concluſio in ſenſu diuiſo .

Vt { Omne animal poteſt eſſe album ,
Omne nigrum eſſe animal eſt poſsibile ,
Ergo omne nigrum poteſt eſſe album .

Ratio eſt,quia propoſitio de poſsibili in ſenſu compoſito, infert illam de poſsibili in ſenſu diuiſo , non ècontra . Vnde non ſequitur : Nigrum poteſt eſſe album in ſenſu diuiſo , ergo hæc eſt poſsibilis.Nigrum eſt album.Si tamen ſubiectum propoſitionis de poſsibili ſit præcisè nomen demonſtratiuum , vel nomen proprium : tunc propoſitio de poſsibili in ſenſu diuiſo,infert illam de poſsibili in ſenſu compoſito : vt Socrates poteſt eſſe albus, in ſenſu diuiſo, ergo hæc eſt poſsibilis, Socrates eſt albus.Ita etiam . Hoc poteſt eſſe equus , ergo hæc eſt poſsibilis. Hoc eſt equus.Item.Hoc poteſt eſſe album , ergo hæc eſt poſsibilis.Hoc eſt album .

4 Ex vtraque præmiſſa de poſsibili in ſenſu diuiſo,vtriuſque ſubiecto pro his, quæ ſunt,ſiue pro his,quæ poſſunt eſſe ſupponẽte,ſequitur in tertia figura concluſio de poſsibili,cuius ſubiectum ſumitur pro eo,quòd poteſt eſſe .

Vt { Omnis homo poteſt eſſe albus,
Aliquis homo,poteſt eſſe niger ,
Ergo aliquid quod poteſt eſſe nigrum,poteſt eſſe album .

Ita etiam ſequitur { Omne quod poteſt eſse homo,poteſt eſse beatum,
Aliquid,quod poteſt eſse homo,poteſt eſse damnatum,
Ergo aliquid,quod poteſt eſse damnatum, poteſt eſse beatũ.

5 Ex maiori de poſsibili in ſenſu diuiſo,ſumpto ſubiecto pro eo , quod eſt, & minore de poſsibili in eodẽ ſenſu, ſumpto ſubiecto pro eo,quod poteſt eſſe, vel èconuerſo,non eſt inualidus in tertia figura ſyllogiſmus.

Exemplum primi modi { Omne quod eſt homo,poteſt eſſe beatum,
Aliquid quod poteſt eſſe homo,poteſt eſſe damnatum,
Ergo aliquid quod poteſt eſſe dãnatũ,pòt eſſe beatum .

Exemplum ſecundi { Omne quod poteſt eſſe homo,poteſt eſſe damnatum ,
Aliquis homo poteſt eſſe beatus .
Ergo aliquid quod poteſt eſſe beatũ, poteſt eſſe damnatũ.

Non ſequitur autem { Omnis homo poteſt eſse albus,
Omnis homo poteſt eſse intelligens .
Ergo aliquod,quod eſt intelligens,poteſt eſse albus.

Ratio eſt,quia ſi nullus homo eſset actu intelligens,ſed tãtum Angelus,præmiſsæ eſsent veræ,concluſio falſa .

6 Ex

6 Ex maiori de poſſibili in ſenſu diuiſo,ſumpto ſubiecto pro eo quod poteſt eſſe , & minori de poſſibili in ſenſu compoſito,ſequitur in tertia figura concluſio in ſenſu diuiſo.ſimiliter ſi maior ſumatur in ſenſu compoſito,& minor in ſenſu diuiſo .

Exemplum primi modi. { Omne quod poteſt eſſe homo, poteſt eſſe intelligens.
Hęc eſt poſſibilis:Omnis homo eſt ignarus.
Ergo aliquod quod poteſt eſſe ignarum, poteſt eſſe intelligens.

Exemplum ſecundum. { Hæc eſt poſſibilis: Omnis homo eſt intelligens.
Et omnis homo poteſt eſſe ignarus.
Ergò aliquod ignarum poteſt eſſe intelligens.

In ſecunda figura ſyllogiſmus ex propoſitionibus de poſsibili inualidus eſt.

De ſyllogiſmo ex propoſitionibus contingentibus. Cap. XII.

1 SI omnes propoſitiones contingentes ſint in ſenſu compoſito , in nulla figura ſequitur concluſio.

Ratio eſt : Non enim ſi præmiſſæ ſint contingentes , concluſio erit contingens , cum ex contingentibus poſsit ſequi tàm neceſſarium, quàm impoſsibile.

Vt { Nullum album eſt coruus.
Omnis cignus eſt albus.
Ergo nullus cignus eſt coruus.

In hoc ſyllogiſmo præmiſſæ ſunt contingentes, concluſio verò eſt neceſſaria.

Item { Omne album eſt homo.
Omnis equus eſt albus.
Ergo omnis equus eſt homo.

Præmiſſæ ſunt contingentes , vt concluſio eſt impoſsibilis. Non tamen poſſunt præmiſſæ eſſe contingentes , & concluſio impoſsibilis, niſi præmiſſæ repugnent : vt in præcedenti exemplo.

Propoſitio de contingenti eſt diſtinguenda,ſicut illa de poſsibili : Nàm propoſitio de contingenti eſt duplex, altera in qua ſubiectum ſupponit pro his quæ ſunt, altera in qua ſubiectum ſupponit pro his, quæ eſſe contingunt : vt iſta : album contingit eſſe hominem,quæ, ſi nullus ſit homo albus, eſt falſa. Alius ſenſus eſt.Quod cõtingit eſſe albũ,cõtingit eſſe hominẽ,quæ poteſt eſſe vera.

2 Si ſubiectum maioris de contingenti in ſenſu diuiſo, ſumatur pro his, quæ eſſe contingunt, eſt validus ſyllogiſmus in prima figura,ad inferendam concluſionem de contingenti: ſiuè pro his quæ ſunt , ſiue pro his quæ eſſe contingunt,ſumpto ſubiecto eius eodem modo, quo ſumitur in minori . P

Vt { Omne quod contingit eſſe hominem,contingit eſſe album.
Omne quod contingit eſſe nigrum,contingit eſſe hominem.
Ergò omne,quod contingit eſſe nigrum,contingit eſſe album.

Negatiuè { Omnem nigrum contingit non eſſe lucidum.
Omnem Aethiopem contingit eſſe nigrum.
Ergò omnem Aethiopem contingit non eſſe lucidum.

Digitized by Google

3 Quando omnes propoſitiones de contingenti ſumuntur in ſenſu diuiſo poteſt ex duabus negatiuis confici ſyllogiſmus, ſicut ex altera negatiua, & altera affirmatina, ſiuè affirmatiua fuerit maior, ſiuè minor.

Vt { Omnem hominem contingit non eſſe album.
Omne nigrum contingit non eſſe hominem.
Ergò omne nigrum contingit non eſſe album.

Ratio huius concluſionis eſt: quia propoſitiones de contingenti conuertuntur in oppoſitas qualitates: vt, homo contingenter currit, ergò homo contingenter non currit, & è contrà: In his igitur, quicquid ſequitur ex affirmatiua, ſequitur etiam ex negatiua: Quod autem ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens.

Ex contingentibus in ſecunda figura, non conficitur ſyllogiſmus.

Ratio eſt, quia vniuerſalis negatiua de contingenti non conuertitur in vniuerſalem negatiuam, ſed ſolum in particularem, quæ conuertens debet eſſe maior in prima figura in reductione huius ſyllogiſmi ad perfectum, quæ non poteſt eſſe particularis. Non enim ſequitur, contingit omnem hominem non eſſe album, ergò contingit omne album non eſſe hominem: nàm cignus albus eſt, & tamen non contingit cignum non eſſe hominem, ſed neceſſarium eſt, cignum non eſſe hominem.

4 Si ambæ præmiſſæ ſumantur in ſenſu diuiſo, vt ſubiectum vtriuſque ſupponat pro his, quæ ſunt, ſequitur in tertia figura concluſio de contingenti, cuius ſubiectum accipitur pro his, quæ contingunt eſſe, non pro his, quę ſunt.

Vt { Omnem hominem contingit eſſe album.
Omnem hominem contingit eſſe ſcientem.
Ergò quod contingit eſſe ſciens, contingit eſſe album.

Non tamen ſequitur, ergò, quòd eſt ſciens, vel aliquod quòd eſt ſciens, contingit eſſe album: quia ſi nullus homo eſſet actu ſciens, ſed ſolum Angelus, tùnc præmiſſæ eſſent veræ, & concluſio falſa.

5 Si ambæ præmiſſæ de contingenti ſumantur in ſenſu diuiſo, quorum vtriuſque ſubiectum ſupponat pro his, quæ contingunt eſſe, ſequitur in tertia figura concluſio de ſubiecto ſumpto pro his, quæ contingunt eſſe.

Vt { Omne quòd contingit eſſe hominem, contingit eſſe album.
Omne quòd contingit eſſe hominem, contingit eſſe ſcientem.
Ergò aliquod, quod contingit eſſe ſcientem, contingit eſſe album.

6 Si ambæ præmiſſæ ſumantur in ſenſu diuiſo, & ſubiectum vnius ſumatur pro his, quæ ſunt, & alterius pro his, quæ eſſe contingunt, ſequitur concluſio in tertia figura, cuius ſubiectum accipitur pro his, quæ contingunt eſſe.

Vt { Quidquid contingit eſſe niuem, contingit eſſe album.
Quamlibet niuem contingit eſſe frigidam.
Ergò aliquod frigidum contingit eſſe album.

Aduertendum, quòd propoſitio de contingenti poteſt habere triplicem ſenſum. primus eſt, quando ſubiectum ſupponit pro his, quæ ſunt; alter, quando accipitur ſimul pro his quæ ſunt, & pro his, quæ eſſe contingunt: tertius, quandò ſumitur præciſe pro his, quæ contingunt eſſe. Præfatæ regulæ intelligendæ ſunt primò & ſecundò modo, non tertiò.

Poteſt etiam ex ambabus propoſitionibus de contingenti negatiuis formari ac deduci argumentum, tàm in prima, quàm in tertia figura, ſicut de propoſitio-

nibus

Digitized by Google

nibus de poſsibili diximus,ob eandem rationem .

Ex ambabus propoſitionibus de impoſsibili,nec in ſenſu compoſito, neque diuiſo licèt argumenta . Ratio eſt : quia quælibet propoſitio de impoſsibili æquiualet alicui negatiuæ : ex negatiuis autem nihil ſequitur,niſi ex his,quæ in oppoſitam qualitatem conuertuntur : quod in propoſitione de impoſsibili non euenit .

De ſyllogiſmis ex propoſitionibus modalibus non vſitatis. *Cap.* III.

Sciendum , multos eſſe alios modos conficientes propoſitiones modales non vſitatas,vt ſunt, verum,falſum,ſcitum,ſcibile,opinatum,opinabile,pér ſe, per accidens,euidens,manifeſtum, demonſtrabile,indemõſtrabile,& alij permulti, propoſitiones modales conficientes , quæ & ipſæ quoque ſicut & vſitatæ poſſunt eſſe compoſitæ,vel diuiſæ .

Regulæ pro compoſitis .

1 Quandò aliquod tale nomen modale poteſt verificari de præmiſſis abſque eo,quòd verificetur de concluſione, imò verè à concluſione remoueri poteſt, ex talibus in ſenſu compoſito non valet ſyllogiſmus .

Vt non ſequitur:
- Indemonſtrabile eſt, omne animal rationale eſſe riſibile .
- Indemonſtrabile eſt omnem hominem eſſe animal rationale :
- Ergò indemonſtrabile eſt,omnem hominem eſſe riſibile.

2 Quandò de præmiſſis talis modus verificari non poteſt, niſi etiam de concluſione verificetur,ex talibus in ſenſu compoſito validus eſt ſyllogiſmus .

Vt:
- Credibile eſt,omnem hominem eſſe animal .
- Credibile eſt,omnem Pigmæum eſſe hominem.
- Ergò credibile eſt,omnem Pigmæum eſſe animal .

Accipitur hoc in loco credibile,vel etiam opinabile pro illo, cui poteſt intellectus aſsentiri, ſiuè euidentèr,ſiuè non.

Tenet conſequentia per has regulas : Præmiſſæ ſunt veræ,ergò concluſio eſt vera, ſi conſequentia bona ſit : Præmiſſæ ſunt credibiles, ergo concluſio eſt credibilis .

3 Si præmiſſæ tales ſumuntur ambæ in ſenſu diuiſo, vtilis eſt in prima figura ſyllogiſmus affirmatiuè,dummodò affirmatiua non æquipolleat negatiuæ .

Sequitur:
- Omne animal per ſe eſt ſubſtantia .
- Omnis homo per ſe eſt animal .
- Ergò omnis homo per ſe eſt ſubſtantia .

Non ſequitur:
- Omnis homo falsè eſt hinnibilis .
- Omnis equus falsè eſt homo .
- Ergò omnis equus falsè eſt hinnibilis .

Iſtæ enim tres affirmatiuæ negatiuis æquiualent,ex quibus nihil ſequitur.

Quandò altera præmiſſarum ſumitur in ſenſu diuiſo, altera in ſenſu compoſito, ſiuè in prima figura,ſiuè in tertia figura(rarò enim in ſecunda figura fiunt huiuſmodi ſyllogiſmi) longum eſſet velle differere propter modorum iſtorum multitudinem . ſufficiat,ſtudioſis occaſionem præbuiſſe .

De

De mixtione ex vna de neceſſariò & altera de ineſſe. Cap. XIV.

1 EX maiori de neceſſariò in ſenſu compoſito & minori de ineſſe,non valet in prima figura ſyllogiſmus ad concludendum de neceſſariò. Vnde.

Non ſequitur { Neceſſariò,omnis homo eſt riſibilis.
Omne currens eſt homo. Dato quòd ita ſit.
Ergò neceſſariò, omne currens eſt riſibile.

Nàm iſta propoſitio;omne currens eſt riſibile, eſt contingens;non neceſſaria.

Nec ſequitur negatiuè. { Neceſſariò, nullum album eſt nigrum.
Omnis homo eſt albus.Dato quòd ita ſit.
Ergò,neceſſariò, vel hæc eſt neceſſaria Nullus homo eſt niger.

2 Ex maiori de neceſſariò diuiſa, & minori de ineſſe,valent quattuor primi modi primæ figuræ,ad inferendam directè concluſionem de neceſſariò.

Vt { Omne animal neceſſariò eſt ſubſtantia.
Omnis homo neceſſariò eſt animal.
Ergò omnis homo neceſſariò eſt ſubſtantia.

Negatiuè { Nullum animal neceſſariò currit.
Omnis equus neceſſariò eſt animal.
Ergò nullus equus neceſſariò currit.

In hoc ſyllogiſmo modus eſt negatus;ſed etiam valet ſi modus affirmetur.

Vt { Omne animal neceſſariò non eſt planta.
Omnis homo neceſſariò eſt animal.
Ergò omnis homo neceſſariò non eſt planta.

3 Ex maiori de ineſſe, & minori de neceſſariò, in ſenſu compoſito non valet in prima figura ſyllogiſmus,ad inferendam concluſionem de neceſſariò.

Vt non ſequitur { Omnis homo currit.
Neceſſe eſt,omne riſibile eſſe hominem.
Neceſſe eſt,omne riſibile currere.

4 Ex maiori de ineſſe, & minori de neceſſariò in ſenſu diuiſo, vel compoſito valet in prima figura ſyllogiſmus. ad inferendam concluſionem de ineſſe.

Vt { Omne animal mouetur.
Neceſſe eſt, omnem hominem eſſe animal, vel omnis homo neceſſariò eſt animal.
Ergò omnis homo mouetur.

Ratio eſt, quia ex maiori de ineſſe,& minori de ineſſe,ſequitur concluſio de ineſſe,igitur ex maiori de ineſſe, & minori de neceſſariò, ſequitur concluſio de neceſſariò;conſequẽtia probatur.quia ad propoſitionẽ de neceſſariò, ſequitur propoſitio de ineſſe:vt omnis homo neceſſariò eſt animal; ergò omnis homo eſt animal: modò quicquid ſequitur ad cõſequens,ſequitur ad eius antecedẽs.

5 Ex maiori de ineſſe, & minori de neceſsariò,in ſenſu diuiſo in modis negatiuis de modo negato,validus eſt ſyllogiſmus in prima figura,ad inferendam concluſionem de neceſsariò.

Ratio eſt, quia ex maiori de ineſse & minori de neceſsariò,in ſenſu diuiſo in modis

Digitized by Google

modis negatiuis de modo negato, valet ſyllogiſmus ad inferendã cõcluſionem de ineſſe, ergo etiam ad inferendam de neceſſariò.quia benè ſequitur : Nullus homo eſt lapis.ergo nullus homo neceſſariò,eſt lapis : Nullus homo eſt niger, ergo nullus homo neceſſariò eſt niger. Valet ergo argumentum .

Nullum animal eſt lapis ,
Omnis homo neceſſariò eſt animal ,
Ergo nullus homo neceſſariò eſt lapis .

Sed non ſequitur ſi modus ſit affirmatus .

Vt { Nullum animal eſt nigrum,Dato quòd ita ſit de facto .
Omnis homo necesſario eſt animal ,
Ergo omnis homo necesſariò non eſt niger .

6 Ex maiori de ineſse ſimpliciter,& minori de necesſario in ſenſu diuiſo, vel compoſito ſit in prima figura ſyllogiſmus , ad concludendum de necesſariò , tàm in ſenſu diuiſo , quàm compoſito .

Vt { Omnis perſona diuina eſt prima cauſa.
Quoddam ſanctum necesſario eſt perſona diuina ,
Ergo quoddam ſanctũ neceſſario eſt prima cauſa:vel neceſſe eſt.

Quoddam ſanctum eſſe primam cauſam .

7 Ex maiori de neceſſario in ſenſu diuiſo,& minori de ineſſe,non valet ſyllogiſmus primæ figuræ,ad concludendum de neceſſario in modis indirectè concludentibus .

Vt non ſequitur { Omnis prima cauſa neceſſariò eſt Deus .
Omne creans eſt prima cauſa ,
Ergo Deus neceſſariò eſt creans .

Nec etiam ſequitur negatiuè. { Nulla perſona diuina neceſſariò eſt creans ,
Omnis prima cauſa eſt perſona diuina ,
Ergo nullũ creans neceſſariò eſt prima cauſa.

De mixtione poſsibilis , & ineſſe .
Cap. XV.

Propoſitio de ineſſe duplex. { De ineſſe ſimpliciter : & eſt propoſitio neceſſaria : vt omnis homo eſt rationalis : homo eſt quantus,&c.
De ineſſe ſecundum quid:& eſt propoſitio cõtingens : vt Homo eſt albus : Homo eſt doctus .

1 Ex maiori, vel minori de poſſibili in ſenſu compoſito, & altera de ineſſe , inanis eſt in prima figura ſyllogiſmus .

Vt non ſequitur coniunctim. { Poſſibile eſt,omnem hominem eſſe album ,
Poſsibile eſt,omne nigrum eſse hominem ,
Ergo poſsibile eſt, omne nigrum eſſe album .

2 Ex vna de poſsibili in ſenſu compoſito,& altera de ineſſe ſimpliciter,infertur in prima figura concluſio de poſsibili.

Vt

Digitized by Google

Vt { Poſsibile eſt, omnem hominem currere,
Omne riſibile eſt homo.
Ergo poſsibile eſt riſibile currere.

Item { Omnem perſonam diuinam creare eſt poſsibile.
Filius Dei eſt perſona diuina.
Ergo Filium Dei creare eſt poſsibile.

S 3 Ex vna de poſsibili in ſenſu compoſito, & altera de ineſſe ſimpliciter, ſiuè vt nunc, valet in prima figura ſyllogiſmus ad inferendam concluſionem negatiuam, ſi ſumatur in minori aliquod inferius ad medium: Inutilis tamen eſt ad concludendum affirmatiuè.

Vt { Nullum hominem eſſe aſinum eſt poſsibile,
Omnis homo albus eſt homo,
Ergo nullum hominem album eſſe aſinum, eſt poſsibile.

At in ſyllogiſmo affirmatiuo non ſufficit ſumere inferius ad medium terminum.

Non enim ſequitur { Omnem hominem eſſe album eſt poſsibile;
Omnis homo niger eſt homo,
Ergo omnem hominem nigrum eſſe albũ ẽ poſsibile.

Ratio eſt, quia in propoſitione de poſsibili, à ſuperiori diſtributo ad quodlibet inferius valet conſequentia negatiuè, non autem affirmatiuè.

Valet enim iſta conſequentia: Poſsibile eſt nullum hominem currere, ergo poſsibile eſt, nullum hominem quieſcentem currere: Iſta verò infirma eſt. Poſſibile eſt omnem hominem currere, ergo poſsibile eſt hominem ſedentem currere, in ſenſu compoſito.

4 Ex maiori de poſsibili in ſenſu diuiſo, ſubiecto eius ſupponẽte ſiuè pro his, quæ ſunt, ſiuè pro his, quæ poſsunt eſse, & altera de ineſse, valet ſyllogiſmus ad inferendam directè concluſionem de poſsibili.

Vt { Omne album poteſt eſſe nix.
Cignus eſt albus.
Ergo Cignus poteſt eſse nix: (Diuiſim:) ex cigno enim poteſt fieri nix; cùm ex corruptione vnius poſsit fieri generatio alterius.

Item { Omnis homo poteſt eſse albus.
Omnis homo niger eſt homo,
Ergo omnis homo niger poteſt eſse albus. Diuiſim.

Valet etiam, ſi ſubiectum illius de poſsibili ſupponat pro his, quæ poſsunt eſse, vt in ſecundo exemplo. Ratio eſt, quia vniuerſalis de poſsibili pro his, quæ poſsunt eſse, ſemper infert illam de poſsibili pro his, quæ ſunt: vt, Quicquid poteſt eſse homo, poteſt eſse album, ergo. Omnis homo poteſt eſse albus. Ex propoſitione verò de poſsibili pro his quæ ſunt, & altera de ineſse, ſequitur concluſio de poſsibili, ergo etiam ex propoſitione de poſsibili ſumpto ſubiecto pro his, quæ poſsunt eſse, & altera de ineſse, ſequitur concluſio de poſsibili: Quicquid enim ſequitur ad conſequens, ſequitur ad eius antecedens.

Concluſio in his duobus modis debet eſse directè illata, & ſubiectum eius accipiendum pro his, quæ ſunt: eo quòd præmiſsarum altera eſt de ineſse: debet eſse directè illata; quoniam in reductione ſyllogiſmi imperfecti conuerti debent: propoſitio autem de poſsibili non ſemper poteſt conuerſi in vnam de poſsi-

Digitized by Google

poſſibili, ſed in vnam de ineſſe, vt infrà dicetur, hic autē ſufficiat inueniſſe.
In ſecunda figura talis mixtio inutilis eſt: Non enim poſſet fieri reductio ad primam figuram, vt videbitur: Pro quo regula ſit.
Quando ſyllogiſmus imperfectus, ſcilicet in ſecunda, vel tertia figura, non poteſt reduci in primæ figuræ ſyllogiſmum, futilis eſt, & inanis.

5 Ex maiori vniuerſali affirmatiua de ineſſe, & minori vniuerſali affirmatiua de poſſibili in ſenſu diuiſo, ſubiecto pro his, quę ſunt, accepto, futilis conficitur ſyllogiſmus in tertia figura.

Vt { Omnis homo poteſt eſſe quieſcens,
Omnis homo eſt currens, (dato quòd ita ſit)
Ergo aliquòd currens poteſt eſſe quieſcens. }

Negatiuè { Nullus homo eſt equus.
Omnem hominem poſſibile eſt eſſe album;
Ergo aliquod album poſſibile eſt non eſſe equum. }

6 Ex vnà de poſſibili affirmatiua in ſenſu compoſito, & altera de ineſſe affirmatiua, bona eſt mixtio ad deducendum concluſionem de poſſibili in ſenſu diuiſo, non compoſito in tertia figura.

Vt { Omnem hominem eſſe ſcientem, eſt poſsibile,
Omnis homo eſt ignorans. (Dicamus ita eſse.)
Ergo aliquod ignorans poſsibile eſt eſse ſciens. (Diuiſim.) }

De cætero hæc mixtio eſt inutilis, & vana.

De Mixtione, ex vnà de contingenti, & altera de ineſſe. Cap. XVI.

Contingens in propoſito duplex. { Contingēs neceſsarium: vt hō eſt quantus; Homo eſt coloratus: cælum mouetur ſecundum Philoſophum.
Contingens nō neceſsariū: vt homo ſentit; Homo mouetur: Leo rugit, &c. }

In propoſito loquimur de contingenti non neceſsario, quòd quandoq; contingit, quandoque non contingit, ſeu quod contingit eſſe, & non eſse,

In prima figura.

1 Si propoſitio de contingenti ſumatur in ſenſu compoſito, ſiue fuerit maior, ſiuè minor, cum altera de ineſse, non infert concluſionem de contingenti.

Vt non ſequitur { Contingit, omnem hominem eſse album,
Omnis homo niger, eſt homo,
Ergo contingit omnem hominem nigrum eſſe album. }
(Coniunctim.

Sed nec ēt diuiſim: Non. n. ſequitur. { Contingit omnem hominem eſse Deum.
Verbum diuinum eſt homo,
Ergo Verbum diuinum cōtingit eſse Deū. }

Maior poteſt eſse vera, data hypotheſi, quod nullus ſit homo niſi Chriſtus: Verbum autem diuinum neceſsariò eſt Deus, non contingenter: Ideò præmiſſæ veræ, concluſio falſa.

Digitized by Google

2 Ex vna de contingenti in ſenſu compoſito, & altera de ineſse, in prima figura ſequitur concluſio de poſsibili. Ratio eſt, quia illa de contingenti infert illam de poſsibili diuiſim.

Probè enim ſequitur. { Contingit omnem hominem eſse album,
Omnis homo niger eſt homo,
Ergo omnis homo niger poteſt eſse albus.

Sic etiam ſequitur { Contingit omnem hominem eſse album,
T Petrus eſt homo,
Ergo Petrum poſsibile eſt eſse album.

Sumitur hic poſsibile, vt ſupra dictum fuit, vt opponitur impoſsibili.

Quamuis iſta regula ſit bona: Maiore de poſsibili exiſtente negatiua, & ſumpto in minori aliquo inferiori ſub medio, ſequitur concluſio de poſsibili.

Vt { Poſsibile eſt nullum animal eſse aſtrologum,
Et omnis homo eſt animal,
Ergo poſsibile eſt, nullum hominem eſse aſtrologum.

Non tamen iſta regula valet, in propoſitione de contingenti. Vnde

Non ſequitur { Contingit, nullum album eſse equum,
Omnis homo eſt albus,
Ergo contingit, Nullum hominem eſse equum.

Ratio eſt, quoniã non eſt cõtingens, ſed neceſsariũ, nullũ hominẽ eſse equũ.

3 Si maior de contingenti ſumatur in ſenſu diuiſo, ſubiecto ſupponente præcisè pro his, quæ ſunt, ſequitur in prima figura concluſio de contingenti in ſenſu diuiſo.

Vt { Omnem hominem contingit eſse album,
Omnis homo niger eſt homo,
Ergo omnem hominem nigrum contingit eſse album.

Negatiuè quoque { Omnem hominem contingit non eſse nigrum:
Socrates eſt homo,
Ergo Socratem contingit non eſse nigrum.

4 Si ſubiectum maioris de contingenti ſupponat præcisè pro his, quæ eſse contingunt, non valet mixtio in prima figura: non enim regulatur per dici de omni, vel de nullo. Vt

Non ſequitur { Omne exiſtens contingit creari.
Deus eſt exiſtens.
Ergo Deum contingit creari.

Hoc argumentum eſt in quatuor terminis: nam exiſtens, in maiori, ſumitur pro illo, quod contingenter exiſtit: in minori autẽ pro illo, ꝙ neceſsariò exiſtit. Nàm ſenſus maioris eſt. omne quod contingit eſse exiſtens, cõtingit creari.

Valet autem ſic. { Omne contingenter exiſtens, contingit creari,
Deus contingenter exiſtit,
Ergo Deum contingit creari.

Sed ſicut concluſio eſt falſa, ita minor eſt falſa.

5 Si ſubiectum maioris de contingenti ſupponat, tàm pro his, quæ ſunt, quàm pro his quæ eſse contingit, eſt mixtio valida in prima figura.

Vt { Omne ens finitum contingit ab anima compræhendi.
Machina mundi eſt ens finitum,
Ergo Machinam mundi contingit ab anima compræhendi.

Tùm

Tùm quia regulatur per dici de omni, vel de nullo: tùm quia propoſitio de contingenti, cuius ſubiectum ſupponit, tàm pro his, quæ ſunt, quàm pro his, quæ eſſe contingunt, infert illam de contingenti, in qua ſubiectum ſupponit pro his, quæ ſunt.

6 Si maior ſit de ineſſe, & minor de contingenti, in prima figura, eſt inutilis mixtio. Vnde dato, quòd ſolus homo ſit albus, non ſequitur.

Omne album eſt homo,
Contingit equum eſſe album,
Ergo contingit equum eſſe hominem.

7 Si maior ſit de ineſſe ſimpliciter, & affirmatiua, & minor de contingenti in ſenſu compoſito, vel diuiſo, ſequitur concluſio de contingenti: at ſi maior de ineſſe ſimpliciter ſit negatiua, ſequitur concluſio de poſſibili.

Exemplum 1. Omne album eſt diſgregatiuum viſus.
Contingit hominem eſſe album,
Ergo contingit hominem eſſe diſgregatiuum viſus.

Exemplum 2. Nullus Leo eſt intelligens.
Contingit omnem rugientem eſſe Leonem,
Ergo poſsibile eſt nullum rugientem eſſe intelligens.

Accipitur, vt dixi, poſsibile, pro eo quod opponitur impoſsibili, nõ neceſſario: non autem contingit, nullum rugientem eſſe intelligens, ſed eſt neceſſariũ.

8 Si propoſitio de contingenti affirmatiua in ſecunda figura ſumatur in ſenſu compoſito, quamuis illa de ineſſe ſit de ineſſe ſimpliciter, non ſequitur concluſio de contingenti.

Vt non ſequitur Omnis nix eſt alba,
Contingit, nullum equum eſſe album,
Ergo contingit, nullum equum eſſe niuem.

Neceſſaria namque eſt, nullum equum eſſe niuem, non contingens.

9 Si propoſitio de contingenti in ſecunda figura fuerit affirmatiua, & illa de ineſſe negatiua, non ſequitur concluſio de contingenti in ſenſu còmpoſito. Ideò non ſequitur.

Nullus coruus eſt albus,
Contingit omnem hominem eſſe album,
Ergo contingit, nullum hominem eſſe coruum.

Neceſſarium eſt etenim, hominem non eſſe coruum, non contingens.

Nec ſequitur in ſenſu compoſito: Nullum album eſt coruus,
Contingit omne nigrum eſſe coruum,
Ergo cõtingit, nullũ nigrũ eſſe album.

Similiter quoque, quamuis affirmatiua ſit de ineſſe ſimpliciter, non ſequitur concluſio de contingenti in ſenſu compoſito.

Vt non ſequitur Contingit nullum hominem eſſe album,
Omnis Cignus eſt albus,
Ergo contingit, nullum Cignum eſſe hominem.

Non enim contingens eſt, nullum Cignum eſſe hominem, ſed neceſſarium.

10 Si negatiua in ſecunda figura fuerit de ineſſe, & affirmatiua de contingenti, non ſequitur concluſio de contingenti.

Non enim valet Nullus equus eſt homo,
Contingit omnem ſcientem eſſe hominem,
Ergo contingit nullum ſcientem eſſe equum.

A a 2 Imò

Digitized by Google

Imò neceſſe eſt,nullum ſcientem eſſe equum . Accipitur hic ſciens pro habente ſcientiam creatam,vel acquiſitam .

11 Ex propoſitione de contingenti affirmatiua in ſenſu diuiſo, & negatiua de ineſſe in ſecunda figura,non ſequitur concluſio de contingenti .

Exemplum.
- Contingit omne nigrum eſſe coruum ,
- Nullus cignus eſt coruus ,
- Ergo contingit,nullum cignum eſſe nigrum .

12 Si propoſitio affirmatiua fuerit de contingenti diuiſo, & negatiua de ineſſe ſimpliciter,ſequitur concluſio de poſsibili in ſecunda figura .

Nam ſequitur
- Contingit,omnem hominem eſſe album ,
- Nullus coruus eſt albus ,
- Ergo omnem coruum poſsibile eſt non eſse hominē.

Sic exponendus eſt Philoſophus lib.priorum cum dicit, quod ſi affirmatiua fuerit de contingenti ſequitur concluſio de poſsibili: ſi autem negatiua fuerit de contingenti,quamuis altera fuerit de ineſſe ſimpliciter , non ſequitur concluſio de contingenti, & hoc ſi ſubiectum illius de contingenti ſumatur præciſè pro his quæ eſſe contingunt .

Non enim ſequitur
- Contingit,nullum ens eſſe in actu ,
- Deus eſt in actu ,
- Ergo contingit Deum non eſse ens .

Minor eſt de ineſſe ſimpliciter,quia neceſsaria: Maior vera eſt ſub iſto ſenſu,omne quod contingit eſse ens,contingit non eſse in actu .

Nec etiam ſequitur concluſio de poſsibili : Sicut in eodem exemplo non ſequitur,ergo poſsibile eſt Deum non eſse ens,ſicut nec in iſto .

- Contingit nullum ſcientem eſse hominem ,
- Aliquis logicus eſt homo ,
- Ergo poſsibile eſt,logicum non eſse ſcientem ,

Imò impoſsibile eſt logicū nō eſse ſcientē,ſed neceſse eſt ipsū eſse ſcientē.

13 Quādo propoſitio de cōtingenti ſumitur in ſenſu cōpoſito, nō ſequitur generaliter in tertia figura cōcluſio de cōtingenti , nec de poſsibili in ſenſu cōpoſito.

Non enim ſequitur
- Contingit omnem hominē eſse albū.
- Aliquis homo ſit niger.
- Ergo aliquid nigrū contingit, vel pōt eſse albū.

B 14 Si vtraq; præmiſsarum in tertia figura ſit vniuerſalis affirmatiua , & ſubiectum propoſitionis de contingēti ſupponat pro his, quæ ſunt in actu,& ſit diuiſa,deducitur concluſio de poſsibili in ſenſu diuiſo .

Vt
- Contingit omnem hominem eſse album ,
- Omnis homo eſt niger (Ponamus ita eſse)
- Ergo Nigrum poſsibile eſt eſse album .

Sic etiam ſequitur
- Cōtingit hominem grammaticum eſse hominē ,
- Grammaticum eſt animal ,
- Ergo aliquod animal poteſt eſse homo,

15 Si ſubiectum de contingenti in tertia figura ſumatur pro his , quæ contingunt eſſe,non ſequitur concluſio .

Vt non ſequitur
- Omne ens contingit creari .
- Deus eſt ens ,
- Ergo Deum contingit,vel poſsibile eſt creari .

Aduer-

Digitized by Google

Aduertendum, quòd in prima, ſecunda, & tertia figuris, quandocumque propoſitio de contingenti eſt affirmatiua, poteſt loco eius ſubſtitui negatiua de contingenti; quoniam propoſitio de contingenti conuertitur in oppoſitam qualitatem.

Similiter quandò minor eſt de ineſſe in tertia figura, eſt in primò, ſecundò, quartò, & ſextò modo, erit ſyllogiſmus perficiendus, & in primam figuram reducendus per minoris conuerſionem, vt ſuo loco dicetur. Idcircò opus eſt, vt ſemper ſubiectum maioris ſupponat pro his quæ ſunt, vel quæ contingunt.

Vt iſte ſyllogiſmus: { Contingit omne album eſſe hominem. / Omne album eſt diſgregatiuum viſus. / Ergò diſgregatiuum viſus contingit eſſe hominem. }

Sic perficiendus erit: { Contingit omne album eſſe hominem. / Diſgregatiuum viſus eſt album. / Ergò diſgregatiuum viſus contingit eſſe hominem. }

Iſte etiam: { Contingit nullum hominem eſſe nigrum. / Aliquis homo eſt albus. / Ergò aliquod album contingit non eſſe nigrum. }

Perficietur ſic: { Contingit nullum hominem eſſe nigrum. / Aliquod album eſt homo. / Ergò aliquod album contingit non eſſe nigrum. }

Circà mixtionem ex vna de impoſsibili, & altera de ineſſe, non eſt immorandū. Cùm enim propoſitio de impoſsibili ſemper æquiualeat alicui de neceſſario, vt omnem hominem eſſe doctum eſt impoſsibile, ergò aliquem hominem non eſſe doctum eſt neceſſe. Ex dictis de mixtione neceſſarij, & ineſſe poteſt patere mixtio de impoſsibili, & de ineſſe.

De mixtione ex vna de ineſſe, & altera modali non vſitata. Cap. XVII.

Animaduertendum primò, quòd ad hoc, vt propoſitio, in qua ponitur aliquis talis modus, ſit modalis, duo requiruntur. Primum eſt, quòd modus non ſit pars alterius extremi: ob id, iſta, non eſt modalis, illud quod ſciatur à me eſſe cignum, eſt album. Nec pariter iſta (quod per ſe ædificat, eſt artifex. Secundum eſt; quod ex forma propoſitionis denotetur ille modus competere alicui propoſitioni de ineſſe: vt ſicut iſta, homo poteſt eſſe albus, ſignificat, quòd propoſitio in qua album de homine enunciatur, eſt poſsibilis, ità iſta, homo albus ſcitur à me eſſe animal, & iſta, equum currere eſt verum, deſignāt, prima, quòd iſta, (Homo albus eſt animal) eſt ſcita; ſecunda quòd iſta (Homo currit) eſt vera propoſitio.

Animaduertendum ſecundò, vt ſciamus, quando ſequitur concluſio, quando non, opus eſſe intueri, an huiuſmodi modus poſsit competere propoſitioni vniuerſali. cui ſi competit, an item cuilibet propoſitioni ad illam vniuerſalem ſequenti conueniat, an minus: ſin minus, numquam talis diſcurſus erit validus; cuius modi hi ſunt hi modi, ſcitum, dubitatum, primò verùm, per ſe notū, creditū, opinatū, conceſsū, affirmatū, & cōſimiles. Propterea nō ſequitur.

Om-

Digitized by Google

Omnem triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, eſt à me ſcitum.
V Ergò Iſoſcelem habere tres angulos æquales duobus rectis, eſt à me ſcitum.

Nec ſequitur { Omnem hominem eſſe animal rationale, eſt primò notum.
Ergò Socratem eſſe animal rationale, eſt primò notum.

Si autem talis modus nequeat propoſitioni vniuerſali competere, quin competat cuilibet propoſitioni ad illam ſequenti, diſcurſus valebit.

Valet enim { Omne animal rationale eſſe riſibile, eſt verum.
Ergò omnem hominem eſſe riſibile eſt verum.

Huiuſmodi modi ſunt, verum, credibile, opinabile, cognoſcibile, veriſimile, & huiuſmodi ſimiles. In quibus ſyllogiſmus & coniugatio non erit inutilis in prima figura.

Vt { Verum eſt, omne animal rationale eſſe riſibile.
Et omnis homo eſt animal rationale.
Ergò verum eſt, omnem hominem eſſe riſibilem.

Si verò quiſpiam talium modorum ſit negatiuus, vel negationẽ includens, vt eſt hic modus (falſum) inanis eſt diſcurſus.

Non enim ſequitur { Omne animal eſſe album, eſt falſum.
Et cignus eſt animal.
Ergo cignum eſſe album, eſt falſum.

Quando talis modalis ſumitur in ſenſu diuiſo, vel æquiualenti cum altera de inesse, ſemper mixtio valet ad inferendam concluſionem de conſimili modo, vel æquiualenti in prima figura.

Vt { Omne habens faciem ſurſum erectum credibile eſt eſſe hominem.
Et omnis Pigmæus habet faciem ſurſum erectam.
Ergo omnem Pigmæum credibile eſt eſſe hominem.

Dicitur vel æquiualenti: quia iſta propriè eſt modalis: Homo credibiliter eſt ſapiens, in qua dictio aduerbialis copulam determinat; cui æquiualet iſta: Hominem credibile eſt eſſe ſapientem.

Sic etiam ſequitur { Omnis homo ſcitur à me eſſe animal.
Et omnis homo albus eſt homo.
Ergo omnis homo albus ſcitur à me eſſe animal.

Quæ concluſio rectè etiam infertur, dato, quod neſciam, quòd omnis albus eſt homo. Vnde omnes tales ſyllogiſmi ſunt boni.

Vt { Omne animal ſcitur à me eſse ſenſibile.
Et omnis homo cæcus eſt animal.
Ergo omnis homo cæcus ſcitur à me eſse ſenſibile.

Nam per maiorem propoſitionem deſignatur, quòd hoc totum (ſcitur à me eſse ſenſibile) conuenit cuilibet animali: & ſi homo cæcus ſit animal, etiam ſi hoc ignorem, tamen illud totum homini cæco quoque conuenit.

Nec iſtæ duæ propoſitiones repugnant: Homo cæcus ſcitur à me, eſse ſenſibilis: & iſta, quæ à me non eſt ſcita: Homo cæcus eſt ſenſibilis: ſicuti neque illæ repugnant: Album poteſt eſse nigrum, & album eſt nigrum.

Si obijcias: Homo cæcus ſcitur à me eſse ſenſibilis, ergo ſenſibile ſcitur à me eſse homo cæcus. Reſpondeo id minime ſequi: ſed reuera ad hunc modum ſequitur: ergo aliquod quod ſcitur à me eſse ſenſibile, eſt homo cæcus.

Sic

Digitized by Google

Sic etiam ſequitur:
Omnis Deus à Paganis creditur eſſe æternus.
Chriſtus eſt Deus.
Ergo Chriſtus à Paganis creditur eſſe æternus.

Quæ concluſio ſequitur,etiam ſi Pagani ignorent Chriſtum eſſe Deum.

Ex ambabus præmiſsis huiuſmodi modalibus in ſenſu diuiſo,inferuntur conſimiles modales,ſicut ex illis de ineſſe,in prima figura.

Vt:
Omne animal per ſe eſt ſubſtantia.
Omnis homo per ſe eſt animal.
Ergo omnis homo per ſe eſt ſubſtantia.

Quando vero tales modales non ſumuntur conformiter in prima figura, ſed vna eſt compoſita,altera diuiſa,non ſemper inferunt concluſionem in ſenſu diuiſo.

Vnde iſte ſyllogiſmus non tenet.
Hæc eſt dubitata:Omne album eſt homo.
Plato dubitatur eſſe albus.
Ergo Plato dubitatur eſſe homo.

Tenet autem iſte.
Hæc eſt per ſe:Omnis homo eſt animal.
Aliquod viuens per ſe eſt homo.
Ergo aliquod viuens per ſe eſt animal.

In ſecunda figura rarò ex huiuſmodi poſsunt fieri cõbinationes vtiles: ſiuè ambæ præmiſsæ ſint modales,ſiuè vna modalis,altera ſit deineſse.

In tertia figura ſi maior fuerit modalis, & vniuerſalis in ſenſu diuiſo, & minor de ineſse,optima erit mixtio ad conſimilem concluſionem inferendam.

Vt:
Omnis homo per ſe eſt animal.
Omnis homo eſt coloratus.
Ergo aliquod coloratum per ſe eſt animal.

Item:
Omnis homo ſcitur à te eſse animal.
Aliquis homo eſt veniens.
Ergo aliquod veniens ſcitur à te eſse animal.

Ratio eſt, quia per conuerſionem illius de ineſse reducitur in primam figuram, ex qua & maiore erit ſyllogiſmus regulatus per dici de omni, vel de nullo.

Valet etiam:
Socrates ſcitur à te eſse homo.
Socrates eſt veniens.
Ergo aliquod veniens ſcitur à te eſse homo.

Similiter ſi maior fuerit modalis diuiſa & particularis, & minor de ineſse vniuerſalis, vtilis eſt mixtio ad deducendam concluſionem modalem diuiſam, & particularem.

Vt:
Aliquis homo per ſe eſt animal.
Omnis homo eſt ſentiens.
Ergo aliquod ſentiens per ſe eſt animal.

Vt:
Aliquis cignus per ſe non eſt equus.
Omnis cignus eſt albus.
Ergo aliquod album per ſe non eſt equus.

At ſi maior fuerit de ineſse, & minor de modo, inutilis erit in tertia figura combinatio.

Ideo non ſequitur:
Omnis homo eſt albus,dato quòd ita ſit.
Aliquis homo per ſe eſt animal.
Ergo aliquod animal per ſe eſt album.

Nec

Digitized by Google

Nec ſequitur { Omnis talpa eſt cæca.
Talpa ſcitur à te eſse animal.
Ergo aliquod animal ſcitur à te eſse cæcum.

Ratio diuerſitatis eſt, quia prædicatum appellat ſuam formam, nõ autem ſubie-
X ctum: Ideo cum dicitur in concluſione, animal ſcitur à te eſſe cæcum, deſignatur cognoſci animal ſub ratione propria cæcitatis: at cum dicitur, aliquod cæcum ſcitur à te eſse animal, non deſignatur, quod cæcum ex parte ſubiecti ſumatur ſub ratione cæcitatis, ſed indicatur, quod aliquod, quod eſt cæcum, etiam ſi illud ignoretur eſse cæcum, eſt animal: quod conſideratione dignum eſt, vt ad multa conferens.

Breuitèr; hæc eſt differentia inter terminum poſitiuum à parte ſubiecti & prædicati: quòd ſi talis propoſitio ſit de modo, requiretur ad eius veritatem, quòd alicui propoſitioni conueniat ille modus expreſsus, in qua ipſum prædicatum prædicatur, vel aliquid omnino idem cum eo ſignificans. Vt ad veritatem huius modalis: Homo ſcitur eſse muſicus: requiritur, quòd aliqua talis ſit ſcita, hoc eſt muſicum, illud eſt muſicum, &c. Sed non requiritur, quod talis modus conueniat, cuicumque propoſitioni, in qua ipſum ſubiectum, vel aliquid omnino inde cum eo ſubijciatur. Vnde ad veritatem huius modalis (cæcum ſcitur eſse animal) non requiritur, quod aliqua talis ſit ſcita, cæcum eſt hoc, cæcum eſt illud &c. quæ omnia memoriæ commendabis.

In tertia quoque figura, quando ambæ præmiſsæ fuerint de modo in ſenſu diuiſo, valet mixtio ad inferendam concluſionem in ſenſu diuiſo.

Vt { Omnis homo ſcitur eſse albus.
Omnis homo ſcitur eſse animal.
Ergo aliquod animal ſcitur eſse album.

Si maior ſumatur in ſenſu diuiſo, & minor in ſenſu compoſito, valet mixtio ad inferendam concluſionem in ſenſu compoſito.

Probè enim ſequitur { Omne figuratum veriſimile eſt eſse mixtum.
Hæc eſt veriſimilis. Omne figuratum eſt viſibile.
Ergo, hæc eſt veriſimilis. Aliquod viſibile eſt mixtum.

Hæc pauca de modalibus inuſitatis ad conficiendum ſyllogiſmum teſigiſse ſufficiat, vt ſtudentium ingenia ad vlteriora excitentur.

De Mixtione Neceſſarij & Poſsibilis. Cap. XVIII.

1 Ex vna de neceſsario, & altera de poſsibili diuiſis, ſiue maior ſit de neceſsario, & minor de poſsibili, ſiue ècõuerſo, ſequitur concluſio de poſsibili in prima figura.

Vt { Omnem hominem neceſsarium eſt eſse animal.
Aliquod album poſsibile eſt eſse hominem.
Ergo aliquod album poſsibile eſt animal.

Item { Omnem hominem poſsibile eſt eſse doctum.
Y Omne animal rationale neceſsarium eſt eſse hominem.
Ergo omne animal rationale poſsibile eſt eſse doctum:

Regu·

Regula.

1 Si vna præmiſſarum eſt neceſſaria, & altera de poſſibili, ſequitur concluſio de poſſibili.

2 Omne neceſſarium eſt poſsibile.

3 Nullum poſſibile formaliter repugnat neceſſario.

4 Si præmiſſæ ſunt poſs biles, & compoſsibiles, concluſio eſt poſsibilis.

2 Ex vna de neceſſario, & allera de poſsibili in ſenſu compoſito, ſequitur in prima figura concluſio de poſsibili in eodem ſenſu, ſiue maior ſit de neceſſario, & minor de poſsibili, ſiuè contrà.

Vt { Hæc eſt neceſſaria: Omnis Angelus eſt intellectiuus.
Hæc eſt poſsibilis. Aliquod intelligens eſt Angelus.
Ergo hæc eſt poſsibilis. Aliquod intelligens eſt intellectiuum. }

Item { Hæc eſt poſsibilis. Omnis homo eſt felix.
Hæc eſt neceſſaria. Aliquod animal eſt homo.
Ergo, hæc eſt poſsibilis. Aliquod animal eſt felix. }

Tenent iſtæ conſequentiæ per regulas eaſdem ſupradictas.

3 Si maior fuerit de neceſſario in ſenſu compoſito, & minor de poſsibili in ſenſu diuiſo, ſequitur in prima figura concluſio de poſsibili in sẽſu diuiſo, dũmodo ſubiectũ concluſionis habeat eandem acceptionẽ, quã habet in minore.

Vt { Omnem hominem eſſe animal eſt neceſſarium.
Omne album poteſt eſſe homo.
Ergo omne album poteſt eſſe animal. }

Negatiuè { Nullum hominem eſſe cignum, eſt neceſſarium.
Omne album poteſt eſſe homo.
Ergo omne album poteſt non eſſe cignus. }

Idem ſequitur & eodem modo, ſi maior fuerit de poſsibili, & minor de neceſſario, ſubiecto concluſionis ſupponente eodem modo, quò ſubiectum maioris ſupponit.

Vt { Omne animal poteſt eſſe album.
Omnem hominem eſſe vel eſt neceſſarium.
Ergo omnis homo poteſt eſſe albus. }

4 Si maior fuerit de poſsibili in ſenſu compoſito, & minor de neceſſario in ſenſu diuiſo, ſequitur concluſio de poſsibili in ſenſu compoſito.

Vt { Omnem hominem eſſe album, eſt poſsibile.
Socrates neceſſariò eſt homo.
Ergo Socratem eſſe album, eſt poſsibile. }

Si verò maior fuerit de neceſſario in ſenſu diuiſo & minor de poſsibili in ſenſu compoſito, non ſequitur concluſio. Vnde ante mundi conſtitutionem.

Non ſequitur { Omne producens neceſſariò eſt Deus.
Ignem eſſe producentem eſt poſsibile.
Ergo ignem eſſe Deum eſt poſsibile. }

5 Si ambæ præmiſſę ſumantur in ſenſu diuiſo in prima figura, & maior fuerit de poſsibili, & minor de neceſſario ſemper valida eſt mixtio; nõ autẽ è contrà.

Vt rectè ſequitur { Omne album poteſt eſſe homo.
Aliquod coloratum neceſſariò eſt album.
Ergo aliquod coloratum poteſt eſſe homo. }

Ratio eſt, quia ſemper propoſitio de neceſſario infert propoſitionem de ineſſe;

ſed ex maiori de poſsibili, vt prius dictum eſt, & minore de ineſſe ſequitur concluſio de poſsibili; quácumque acceptionem habeat ſubiectum maioris, ſiue pro his quæ ſunt, ſiue pro his quæ poſſunt eſſe.

Z Opus eſt tamen, vt ſubiectum concluſionis non accipiatur pro his, quæ poſſunt eſſe, ſi maioris ſubiectum accipiatur tantummodo pro his, quæ ſunt.

Dictum eſt, & non contrà, quoniam non ſequitur in prima figura.

Omnis homo neceſſariò non eſt Deus.
Filius Dei poteſt eſſe homo.
Ergo Filius Dei poteſt non eſſe Deus.

6 Ex vna de neceſſario in ſenſu compoſito negatiua, & altera de poſsibili in ſenſu diuiſo affirmatiua, ſequitur in ſecunda figura concluſio de poſsibili in ſenſu diuiſo.

Vt Nullum hominem eſſe lapidem, eſt neceſſarium.
Omne inſenſibile poteſt eſſe lapis.
Ergo aliquod inſenſibile poteſt non eſſe homo.

Item Nullum cignum eſſe equum eſt neceſſarium.
Aliquod animatum poteſt eſſe equus.
Ergo aliquod animatum poteſt non eſſe cignus.

Idem ſequitur, ſi affirmatiua fuerit de neceſſariò, & de poſsibili negatiua, ſiue affirmatiua.

Vt Omnem hominem eſſe animal eſt neceſſarium.
Nulla planta poteſt eſſe animal.
Ergo aliqua planta poteſt non eſſe homo.

Item Omne album eſſe coloratum eſt neceſſarium.
Aliquod nigrum poteſt eſſe coloratum.
Aliquod nigrum poteſt eſſe album.

7 Si vtraque præmiſſa in ſecunda figura vna de neceſsario, altera de poſsibili ſumatur in ſenſu compoſito, ſequitur concluſio de poſsibili in eodem ſenſu.

Vt Omne animal eſse ſubſtantiam eſt neceſsarium.
Nullum accidens eſse ſubſtantiam, eſt poſsibile.
Ergo nullum accidens eſse animal eſt poſsibile.

Item Nullum accidens eſse ſubſtantiam, eſt neceſsarium.
Aliquod ens eſse ſubſtantiam, eſt poſsibile.
Ergo aliquod ens non eſse accidens, eſt poſsibile.

Ratio, quia ex conuerſa negatiua de neceſsario, ſequitur conuerſa concluſionis de poſsibili in prima figura. Quandocumque autem ſyllogiſmus poteſt reduci in primam figuram, & ad modum perfectum, ſemper valida eſt conſequentia, quòd ſemel aut bis dixiſse ſufficiat. Id enim infra proprio loco demonſtrabitur.

Sed ne ſit calumnia in verbis, ſumitur conuerſa pro illa, quæ infertur conuerſim ex alia, quã alij communiter conuertentem appellarent.

8 Si præmiſsa de neceſsariò fuerit in ſenſu diuiſo, & illa de poſsibili in ſenſu compoſito, ſequitur in ſecunda figura concluſio de poſsibili in ſenſu compoſito, ſiuè illa de neceſsariò fuerit negatiua, ſiuè affirmatiua.

Vt Omnis lapis neceſsariò non eſt planta.
Quamlibet ficum eſse plantam, eſt poſsibile.
Ergo nullam ficum eſse lapidem, eſt poſsibile.

Item

Item { Quælibet ficus neceſſariò eſt planta.
Nullum cignum eſſe plantam, eſt poſsibile.
Ergo aliquem cignum non eſſe ficum, eſt poſsibile. }

Regula eſt etiam, quòd à quocumque poteſt negari ſuperius, vel conuertibile, ab eodem poteſt negari inferius, vel conuertibile. Quando autem vniuerſalis affirmatiua eſt neceſſaria, prædicatum eſt ſuperius, vel conuertibile cum ſubiecto: ideò ſi prædicatum, poterit remoueri ab aliquo, ſubiectum ab eodem remoueri poterit. A a

9 Si vtraque præmiſſa ſumatur in ſenſu diuiſo altera de neceſſario, altera de poſsibili, ſequitur in ſecunda figura concluſio de poſsibili.

Vt { Quælibet ficus neceſſariò eſt vegetabilis.
Nullus intellectus poteſt eſſe vegetabilis.
Ergo intellectus poteſt non eſſe ficus. }

Item { Omnis intellectus neceſſariò non eſt vegetabilis.
Omnis planta poteſt eſſe vegetabilis.
Ergo omnis planta poteſt non eſſe intellectus. }

10 Si ambæ præmiſſæ vna de neceſſario, altera de poſsibili ſumantur in ſenſu compoſito, ſequitur in tertia figura concluſio de poſsibili in eodem ſenſu.

Vt { Nullum animal eſſe plantam eſt neceſſarium.
Omne animal eſſe vegetabile eſt poſsibile.
Ergo aliquod vegetabile non eſſe plantam, eſt poſsibile. }

Item { Omne animal eſſe vegetabile eſt poſsibile.
Omne animal eſſe corpus eſt neceſſarium.
Ergo aliquod corpus eſſe vegetabile, eſt poſsibile. }

11 Si vtraque ſumatur in ſenſu diuiſo, ſi maior fuerit de neceſſario, & minor de poſsibili, ſequitur concluſio de poſsibili, ſi ſubiectum concluſionis ſumatur pro eo, quod poteſt eſſe. Si vero ſumatur pro eo quod eſt, non ſemper ſequitur concluſio.

Vt rectè ſequitur { Quælibet perſona diuina neceſſariò eſt Deus.
Quælibet perſona diuina poteſt eſſe homo.
Ergo aliquid quod poteſt eſſe homo, poteſt eſſe Deus. }

Scilicet, aliquid quòd poteſt eſſe homo, puta Pater, aut Verbum, aut Spiritus ſanctus poteſt eſſe Deus. ſed non ſequitur, ergo aliquis homo, puta Socrates, vel Plato, aut Franciſcus poteſt eſſe Deus.

12 Si vtraque ſumatur in ſenſu diuiſo, & maior fuerit de poſsibili, ſequitur in tertia figura concluſio de poſsibili, ſumpto eius ſubiecto pro eo quod eſt.

Vt rectè ſequitur { Quælibet perſona diuina poteſt eſſe homo.
Quælibet perſona diuina neceſſariò eſt Deus.
Ergo Deus poteſt eſſe homo. }

13 Si illa de neceſſario ſumatur in ſenſu compoſito, & illa de poſsibili in ſenſu diuiſo, ſequitur in tertia figura, concluſio de poſsibili in ſenſu diuiſo.

Vt { Omne album eſſe coloratum, eſt neceſſarium.
Omne album poſsibile eſt eſſe hominem.
Ergo aliquem hominem poſsibile eſt eſſe coloratum. }

Vel ſic { Omne album poteſt eſſe homo.
Omne album eſſe coloratum, eſt neceſſarium.
Ergo aliquid coloratum poteſt eſſe homo. }

Digitized by Google

Negatiuè { Omne album non eſse nigrum, eſt neceſsarium.
Omne album poteſt eſse cignus.
Ergo aliquis cignus poteſt non eſse niger.

14 Si propoſitio de poſsibili ſumatur in ſenſu compoſito, & illa de neceſsario in ſenſu diuiſo, ſequitur in tertia figura concluſio de poſsibili in ſenſu compoſito vel diuiſo.

Vt { Omne album eſſe cignum eſt poſsibile.
Omne album neceſsariò eſt coloratum.
Ergo aliquod coloratum eſse cignum eſt poſsibile.

Vel aliquod coloratum poſsibile eſt eſse cignum.

Vel ſic { Omne album neceſsariò eſt coloratum.
Omne album eſse hominem eſt poſsibile.
Ergo aliquem hominem eſse coloratum, eſt poſsibile.

Vel aliquis homo poteſt eſse coloratus.

Negatiuè { Omne album neceſsariò non eſt nigrum.
Omne album eſse diſgregans eſt poſsibile.
Ergo aliquod diſgregans non eſse nigrum, eſt poſsibile.

Vel aliquod diſgregans poſsibile eſt non eſse nigrum.

De Mixtione Neceſſarij & Contingentis. Cap. XIX.

1 EX maiori de neceſsario, & minori de contingenti, vtraque in ſenſu compoſito, non ſequitur in prima figura concluſio de contingenti: vt.

Non ſequitur { Omne album eſse coloratum eſt neceſsarium.
Omnem hominem eſse album, eſt contingens.
Ergo omnem hominem eſse coloratum eſt contingens.

Ratio eſt, ſecundum principalem, omnem hominem eſse coloratum, eſt propoſitio neceſsaria non cotingens. Sumenndo ſemper contingens in his mixtionibus, pro contingenti non neceſsario, ſicut ſumitur poſsibile, non vt æquiualet contingenti, ſed vt opponitur impoſsibili: ſic enim accipit iſta duo principalis in præſenti.

Nec ſequitur negatiuè { Nullum hominem eſse equum eſt neceſsarium.
Omne ridens eſse hominem eſt contingens.
Ergo nullum ridens eſse equum eſt contingens.

Ratio eſt, quia concluſio illata, contingens non eſt, ſed neceſsaria.

2 Ex maiori de neceſsario, & minori de contingenti vtraque in ſenſu compoſito, bona eſt mixtio ſyllogiſmi tàm affirmatiui, quàm negatiui ad inferendum in prima figura concluſionem de poſsibili, dummodo in minori ſit ſubiectum inferius ad ſubiectum maioris.

Vt { Nullum hominem eſse Angelum, eſt neceſsarium.
Omne ridens eſse hominem, eſt contingens.
Ergo nullum ridens eſse Angelum eſt poſsibile.

Afirmatiuè { Omne album eſse coloratum, eſt neceſsarium.
Omnem hominem eſse album, eſt contingens.
Ergo omnem eſse coloratum, eſt poſsibile.

Ab

Ratio

Ratio huius concluſionis eſt : quia propoſitio de contingenti ſemper infert propoſitionem de poſſibili.

Sed in ſyllogiſmo negatiuo ſequitur etiam concluſio de ineſſe, vt in ſuperiori exemplo, ſequitur, ergo nullum ridens eſt Angelus. Ratio eſt, quia negatiua de neceſſario infert negatiuam de ineſſe. At in ſyllogiſmo affirmatiuo non ſequitur concluſio de ineſſe.

Vt non ſequitur. { Omne pulchrũ eſſe proportionatũ eſt neceſſariũ,
Omnem mulierem eſſe pulcram eſt contingens,
Ergo omnis mulier eſt proportionata.

3 Si maior fuerit de contingenti, & minor de neceſſario, vtraque in ſenſu cõpoſito, ſequitur in prima figura concluſio de poſſibili, non de contingenti, neque de ineſſe : Vt

Probè ſequitur { Omne producens eſſe Deum, eſt contingens,
Perſonam diuinam eſſe Deum eſt neceſſarium.
Ergo perſonam diuinam eſſe Deum, eſt poſſibile.

Sequitur etiam { Omne album eſſe humidum, eſt contingens.
Omne lac eſſe album eſt neceſſarium,
Ergo omne lac eſſe humidum, eſt poſſibile.

Sed non ſequitur in priori exemplo, ergo perſonam diuinam eſſe Deum eſt contingens, cum ſit ſummè neceſſarium : nec in poſteriori exemplo ſequitur, ergo omne lac eſſe humidum, eſt contingens; cum ſecundum Philoſophum, ſit propoſitio neceſſaria.

Quod nec concluſio de ineſſe poſsit inferri, patet in hoc exemplo.

{ Nullum ens in actu eſſe hominem, eſt contingens.
Omnem perſonam diuinam eſſe ens in actu, eſt neceſſarium,
Ergo nulla perſona diuina eſt homo. Non ſequitur.

Sequitur autem, ergo nullam perſonam diuinam eſſe hominem, eſt poſſibile.

4 Si propoſitio maior ſit in ſenſu compoſito, & minor de contingenti in ſenſu diuiſo, non ſequitur concluſio de contingenti, nec in ſyllogiſmo affirmatiuo, neque negatiuo. Vnde.

Non ſequitur { Omnem materiam informatam forma ignis, eſſe informatam eſt neceſſarium.
Hanc materiam contingit eſſe informatam forma ignis.
Ergo hanc materiam contingit eſſe informatam.

Non ſequitur : quia præmiſſæ ſunt veræ, & concluſio falſa. Nam ſecundum opinionem Ariſtotelis, materia neceſſariò eſt informata.

Nec etiam ſequitur. { Nullum hominem eſſe equum, eſt neceſſariũ.
Ridentem contingit eſſe hominem,
Ergo ridentem contingit non eſſe equum.

Quoniam iſta propoſitio, Ridens non eſt equus, eſt neceſſaria, ideò ridens, neceſſariò non contingenter, non eſt equus.

5 Si maior ſit de contingenti in ſenſu diuiſo, & minor de neceſſario in ſenſu compoſito, ſi ſubiectum maioris ſumatur præcisè pro his, quæ ſunt, vel pro his, quæ contingunt, ſequitur in prima figura concluſio, tàm de contingenti, quàm de poſsibili.

Regula

Regula Generalis.

A c Quandocunque mixtio de neceſſario, & de contingenti, validà eſt reſpe-ctu concluſionis de contingenti, ſemper eadem mixtio valida eſt reſpectu cõ-cluſionis de poſsibili: quia ad illam de contingenti, ſequitur illa de poſsibili.

Sequitur igitur { Omne animal contingit eſſe calidum.
Omnẽ hominem eſſe animal, eſt neceſſarium.
Ergo omnem hominem contingit eſſe calidum, vel poſsibi-le eſt eſſe calidum.

Negatiuè { Omne animal contingit non eſſe calidum.
Omnem hominem eſſe animal, eſt neceſſarium.
Ergo omnem hominem contingit, vel poſsibile eſt eſſe calidũ.

At ſi ſubiectum maioris in hac mixtione ſumatur præcisè pro his, quæ cõ-tingit eſſe, mixtio inutilis eſt tàm ad concluſionem de contingenti, quàm de poſsibili deducendam.

Vnde non ſequitur { Omne quod contingit eſſe ens in actu, cõtingit creari.
Omnem perſonam diuinã eſſe ens in actu, eſt neceſſariũ.
Ergo perſonam diuinã cõtingit, vel poſsibile eſt creari.

Præmiſſæ ſunt veræ, & concluſio falſa, & impoſsibilis.

6 Ex maiori de neceſſario in ſenſu diuiſo, & minori de contingenti in ſenſu compoſito, non ſequitur concluſio de contingenti, neque de poſsibili.

Non ſequitur { Omnis homo neceſſariò, non eſt Deus, (Diuiſim)
Perſonam diuinam eſſe hominem, eſt contingens.
Ergo perſonam diuinam contingit, vel poſsibile eſt, non eſſe Deum.

7 Si maior de contingenti fuerit, & in ſenſu compoſito, minor vero de neceſ-ſario in ſenſu diuiſo, inanis eſt mixtio. Vnde non ſequitur,

{ Omne ſuppoſitum eſſe Deum eſt contingens.
Quælibet perſona diuina neceſſariò eſt ſuppoſitum,
Ergo quamlibet perſonam diuinam eſſe Deum, eſt contingens,

Imo eſt neceſſarium perſonam diuinam eſſe Deum.

Nec ſequitur negatiuè. { Nullum ens actu eſſe lapidem, eſt contingens,
Quælibet perſona diuina eſt ens actu,
Ergo nullam perſonam diuinã eſſe lapidem, eſt cõ-tingens.

8 Quando vtraque præmiſſarum ſumitur in ſenſu diuiſo, ſi maior fuerit, de neceſſario, & minor de contingenti, reſpuenda eſt mixtio in prima figura.

Non.n.ſequitur affirmatiuè { Omne corpus luminoſum neceſſariò ẽ ſubſtãtia.
Lunam contingit eſſe corpus luminoſum.
Ergo Lunam contingit eſſe ſubſtantiam.

Nec ſequitur negatiuè. { Omnis homo neceſſariò non eſt accidens.
Omne animal contingit eſſe hominem,
Ergo omne animal contingit non eſſe accidens.

Animal etenim neceſſariò non eſt accidens, non contingenter.

9 Si maior fuerit de contingenti, & minor de neceſſariò, vtraque in ſenſu di-uiſo, ſumpto ſubiecto concluſionis pro his, quæ ſunt, vel pro his ſimul, quæ ſunt, & pro his quæ eſſe contingunt, vtilis eſt mixtio in prima figura.

Vt

Digitized by Google

Vt { Omnem hominem contingit eſſe ſapientem ,
Socrates neceſſariò eſt homo ,
Ergo Socratem contingit eſſe ſapientem .

Negatiuè { Omne animal contingit non eſſe currens ,
Omnis homo neceſſariò eſt animal .
Ergo omnem hominem contingit non eſſe currentem .

Dictum eſt,ſubiecto concluſionis accepto pro his,quæ ſunt,vel ſimul, tàm pro his quæ ſunt,quàm pro his, quæ eſſe contingunt : quoniam ſi concluſionis ſubiectum ſumatur præciſè pro his quæ eſſe contingunt,combinatio inutilis eſt . Vnde

Non ſequitur { Omne ens contingit creari ,
Deus neceſſariò eſt ens .
Ergo Deum contingit creari .

Senſus maioris propoſitionis eſt,quod contingit eſſe ens, conſentit creari : Ens verò in minori,ſumitur pro ente in actu .

Non ſequitur negatiuè { Omne ens contingit non exiſtere ,
Deus neceſſariò eſt ens ,
Ergo Deum contingit non exiſtere .

Sumitur hic ſimiliter ens in maiori, pro illo , quod contingit,non pro eo quod eſt : quod ſi ſumeretur , pro eo,quod eſt,ſyllogiſmus eſſet bonus,ſed ſicut concluſio eſt falſa,ita maior eſſet falſa .

10 Talis mixtio ex vna de neceſſariò, & altera de contingenti in ſecunda figura,quando vtraque præmiſſarum ſumitur in ſenſu compoſito , vel quando vna eſt compoſita,altera diuiſa,eſt ſimpliciter inutilis .

11 Quando vtraque ſumitur in ſenſu diuiſo , & illa de neceſſario fuerit affirmatiua , vel negatiua , ſequitur concluſio de poſſibili , & de ineſſe , non de contingenti .

Sequitur affirmatiuè { Omnis homo neceſſariò eſt animal ,
Omnem hominem contingit eſſe currens ,
Ergo aliquod currens poteſt eſſe animal .

Vel,ergo aliquod currens eſt animal .

Negatiuè { Omnis chimera neceſſariò non eſt in actu ,
Omnem hominem contingit eſſe in actu ,
Ergo omnis homo poteſt non eſſe chimera: vel nullus homo eſt chimera . Non autem ſequitur , omnem hominem contingit non eſſe chimeram,quia homo neceſſariò non eſt chimera,non contingenter.

12 In tertia figura quando vtraque præmiſſarum de neceſſario, & de contingenti ſumitur in ſenſu compoſito,ſemper ſequitur concluſio de poſſibili, non autem de contingenti .

Vt { Omne producens eſſe ens in actu eſt contingens ,
Aliquod producens eſſe Deum , eſt neceſſarium .
Ergo Deum eſſe ens in actu,eſt poſſibile .

13 Ex maiori de neceſſario in ſenſu compoſito , & minori de contingenti in ſenſu diuiſo,ſubiecto eius ſupponente pro eo,quod eſt , vel pro eo quod contingit ſolum,ſequitur concluſio de poſſibili,ſumpto ſubiecto concluſionis pro eo,quod poteſt eſſe in tertia figura .

Sequi-

Omnē hominē eſse animal rationale, eſt neceſſariū,
Sequitur affirmatiuè { Omnem hominem contingit eſſe intelligentem,
Ergo aliquod intelligens poteſt eſſe animal rationale.

Nullam ſubſtantiam eſſe qualitatem, eſt neceſſarium,
Negatiuè { Omnem ſubſtantiam contingit eſſe viuentem,
Ergo aliquod viuens, poteſt non eſſe qualitas.

14 Si maior in tertia figura fuerit de contingenti, & maior de neceſſario, ſi ſubiectum maioris ſumatur tàm pro eo, quòd eſt, quàm pro eo, quod contingit, ſequitur concluſio de contingenti ſubiecto habenti conſimilem acceptionē.

Omnem hominem contingit eſſe album,
Vt { Omnem hominem eſſe animal eſt neceſſarium,
Ergo aliquod animal contingit eſſe album.

15 Quandò illa de contingenti ſumitur in ſenſu compoſito, & illa de neceſsario in ſenſu diuiſo, in tertia figura ſequitur concluſio de poſsibili, non de contingenti.

Omne animal eſse hominem eſt contingens.
Vt { Omne animal neceſsariò eſt ſubſtantia,
Ergo aliquam ſubſtantiam eſse hominem eſt poſsibile.

16 Quando vtraque præmiſsa ſumitur in tertia figura in ſenſu diuiſo, vna de contingenti, alia de neceſsario: & illa de neceſsario fuerit maior, illa de contingenti minor, ſequitur concluſio de poſſibili, non de contingenti.

Omnis perſona diuina, neceſsariò eſt Deus,
Vt { Omnem perſonam diuinam contingit eſse hominem.
Ergo aliquis homo poteſt eſse Deus.

Nempè Chriſtus, qui eſt ſimul Deus & homo: hic autem homo, nempè Chriſtus cum ſit perſona diuina non eſt Deus contingenter. ſed neceſsariò, per conſequens poſſibiliter.

Omne animal neceſsariò eſt ſubſtantia,
Item ſequitur { Omne animal contingit eſse currens.
Ergo aliquod currens poteſt eſse ſubſtantia.

17 Si maior fuerit de contingenti, & minor de neceſsario, & ſubiectum maioris ſumatur tàm pro eo quod eſt, quàm pro eo, qdod contingit, ſequitur in tertia figura concluſio de contingenti.

Omnem hominem contingit eſse currentem,
Vt { Omnis homo neceſsariò eſt animal,
Ergo quoddam animal contingit eſse currens.

18 Si ſubiectum maioris ſumatur præcisè pro his, quæ contingunt, non ſequitur in tertia figura concluſio de contingenti, ſed de poſſibili.

Omne quod contingit eſse album contingit eſse diſgregatiuum.
Vt { Omne album neceſsariò eſt coloratum.
Ergo aliquod coloratum poteſt eſse diſgregatiuum.

Sed non ſequitur, ergo aliquod coloratum contingit eſse diſgregatiuum, cum aliquod coloratum, nempe album, neceſsariò ſit diſgregatiuum.

De

De Mixtione neceſſarij, & impoſſibilis. *Cap. xx.*

VT ſciamus, quando mixtio neceſſarij, & impoſſibilis bona ſit, quando minùs; noſſe oportet, vt aliàs innuimus, æquiualentiam propoſitionis de impoſſibili, & de neceſſario, & quandò vniformis de neceſſario valet, quando non valet.

De Mixtione propoſitionum de neceſſario, & alijs modis non vſitatis. *Cap. xxj.*

1 QVando præmiſſæ ſumuntur in ſenſu compoſito, rarò, aut nunquàm talis mixtio vtilis eſt in prima figura, ad inferendam concluſionē de alijs modis, quàm de neceſſariò. Vnde

Non ſequitur { Omne animal eſſe quantum eſt neceſſarium.
Omnem hominem eſſe animal, eſt per ſe,
Ergo omnem hominem eſſe quantum, eſt per ſe.

2 Quando tamen aliquis modus ex inuſitatis eſt inferior ad neceſſarium, ſemper in prima figura ex præmiſſis compoſitis, quarum vna eſt de neceſſario, altera de modo vſitato, ſequitur concluſio de neceſſario. Ad

Vt { Omnem hominem eſſe coloratum, eſt neceſſarium,
Socratem eſſe hominem eſt per ſe,
Ergo Socratem eſſe coloratum, eſt neceſſarium.

Propter quod ſequitur: eſt per ſe, ergo neceſſarium, non è conuerſo.

3 Quando modus inuſitatus non eſt inferior ad neceſſarium, non ſequitur in prima figura concluſio de neceſſario, neque de tali modo.

Vt non ſequitur { Omne album eſſe coloratum, eſt neceſſarium,
Omnem hominem eſſe album, eſt ſcitum à me,
Ergo omnem hominem eſſe coloratum eſt, ſcitum à me.

Poſſum namque ſcire aliquid eſse album, ignorans illud eſſe coloratum.

Non ſequitur { Omnem hominem eſſe rationalem, eſt neceſſarium.
Aliquod album eſſe hominem eſt ſcitum à me,
Ergo aliquod album eſse rationale eſt neceſſarium.

Ratio eſt, quia (ſcitum) non eſt modus inferior ad neceſſarium. Non enim ſequitur, hoc eſt ſcitum, ergo hoc eſt neceſſarium, nec etiam è conuerſo.

4 Quando modus inuſitatus non poteſt competere antecedenti, quin competat conſequenti, tunc ex vna de neceſſario, & altera de tali modo compoſitis, ſequitur concluſio in prima figura de tali modo.

Huiuſmodi modi ſunt: ſcibile, cognoſcibile, credibile, opinabile, intelligibile, apprehenſibile, & ſimiles.

Vnde probè ſequitur { Omne animal eſse ſenſitiuum eſt neceſsarium,
Omnem Leonem eſse animal eſt ſcibile,
Ergo omnem Leonem eſse ſenſitiuum, eſt ſcibile.

5 Si vtraque præmiſſarum,vna de neceſſario,altera de modo inuſitato,ſumatur in ſenſu diuiſo,ſemper valet ſyllogiſmus, ad concluſionem inferendam in prima figura:quæ concluſio ſit de tali modo,de quo eſt maior , dummodo propoſitio de modo inuſitato inferat ſuam de ineſſe . Vnde

Rectè ſequitur { Omnis homo per ſe eſt animal ,
Socrates neceſſariò eſt homo ,
Ergo Socrates per ſe eſt animal .

Sequitur etiam { Omnis Platanus neceſſariò eſt Planta ,
Aliqua arbor ſcitur eſſe Platanus ,
Ergo aliqua arbor neceſſariò eſt Planta .

In his duobus exemplis,vt clarè vides, propoſitio de modo inuſitato, infert ſuam de ineſſe : vt,homo per ſe eſt animal , ergo homo eſt animal : Aliqua arbor ſcitur eſſe Platanus,ergo aliqua arbor eſt Platanus .

Dictum eſt autem priùs , quod ex tali maiori , & minori de ineſſe , ſequitur concluſio de tali modo . Sed quicquid ſequitur ad conſequens , ſequitur ad eius antecedens .

6 In ſecunda figura,quando vtraque propoſitio,altera de neceſſario , altera de modo minùs vſitato,eſt in ſenſu cõpoſito, raró vel nunquã talis mixtio valida eſt,niſi modus inuſitatus ſit inferior ad neceſſarium . Tunc enim

Sequitur { Nullum Leonem eſſe Bouem,eſt neceſſarium ,
Morellum eſſe Bouem,eſt per ſe ,
Ergo Morellum non eſſe Leonem,eſt per ſe .

De cætero hæc mixtio in forma eſt,& inutilis in ſecunda figura .

7 In tertia figura,ſi vtraque præmiſſarum ſumatur in ſenſu diuiſo , ſi maior ſit de neceſſario,& minor de modo inuſitato,ſi minor inferat ſuam de ineſſe , ſequitur concluſio de neceſſario .

Vt { Omnis homo neceſſariò eſt animal ,
Omnis homo ſcitur eſſe albus,vel Aliquis homo ſcitur . &c.
Ergo aliquod album neceſſario eſt animal .

Ratio eſt,quia ex maiore de neceſſariò , & minore de ineſſe,ſequitur concluſio de neceſſario,ac per conſequens eadem concluſio ſequitur ex antecedente ad illã de ineſſe : Quicquid etiam ſequitur ad conſequens , ſequitur ad antecedens .

8 Si maior in tertia figura fuerit de modo inuſitato , & minor de neceſſario ſequitur concluſio de modo inuſitato .

Vt { Omnem hominem,intelligibile eſt,eſſe quantum ,
Omnis homo neceſſariò eſt creabilis .
Ergo aliquod creabile,intelligibile eſt,eſſe quantum .

Alias hæc mixtio in tertia figura,reijcienda eſt .

De Mixtione propoſitionis de poſsibili, & contingenti. Cap. xxij.

1 SI vtraque præmiſſarum ſumatur in ſenſu diuiſo, maiorque ſit de poſſibili , minor de contingenti , ſubiecto maioris ſupponente pro his,quę poſſunt

Digitized by Google

ſunt eſſe, ſubiecto verò minoris pro his, tàm quæ ſunt, quàm quæ eſſe contingunt, ſequitur in prima figura concluſio de poſſibili:

Omne quod poteſt eſse homo, poteſt eſſe album,
Vt Omne quod eſt, vel contingit eſſe ridens, contingit eſſe hominem,
Ergo omne ridens poteſt eſſe album.

Si ſubiectum maioris ſupponat præcisè pro his, quæ ſunt, non his quæ poſſunt eſſe, mixtio non valet. Vnde ſuppoſito, quòd omne album, ſit homo.

Omne album poteſt eſſe homo, vel poſſibiliter eſt homo.
Non ſequitur Omnem equum contingit eſſe album,
Ergo omnis equus poteſt eſſe homo. Ac

2 Si ſubiectum maioris in prima figura ſit de contingenti, & minor de poſſibili, ſubiecto maioris ſupponente tàm pro his, quæ ſunt, quàm pro his, quæ eſſe contingunt, valet ſyllogiſmus ad inferendam concluſionem de contingēti.

Omnem hominem contingit eſſe ſapientem,
Vt Omne album poteſt eſſe homo,
Ergo omne album contingit eſſe ſapiens,

Si autem ſubiectum ſupponat ſolum pro his, quæ ſunt, mixtio non valet.

Omne quod eſt album contingit eſſe hominem,
Vt non ſequitur Omnis cignus poteſt eſſe albus,
Ergo omnem cignum contingit eſſe hominem.

Mixtio de poſſibili, & contingenti in ſecunda figura non valet.

3 In tertia figura ſi vtraque ſumatur in ſenſu diuiſo, & maior ſit de poſſibili, ſubiecto vtriuſque ſupponēte tam pro his, quæ ſunt, quàm pro his quæ poſſunt, vel contingunt eſſe, ſequitur concluſio de poſſibili.

Omnis homo poteſt eſſe beatus,
Vt Omnem hominem contingit eſſe merentem,
Ergo aliquis merens poteſt eſſe beatus,

Alias mixtio hæc in tertia figura vana eſt.

De mixtione poſſibilis, & impoſſibilis, nil aliud dicendum præter ea, quæ dicta ſunt circa mixtionem neceſſarij, & poſſibilis.

De Mixtione Poſsibilis, & aliorum modorum à quatuor ſamoſis. Cap. xxiij.

1 SI ambæ præmiſſæ ſumuntur in ſenſu diuiſo, talis mixtio in prima figura eſt inanis: Vnde

Omne animal eſſe hominem eſt ſcitum à te,
Non ſequitur Omne equum eſſe animal, eſt poſſibile,
Ergo omnē equum eſſe hominē, eſt poſſibile, vel eſt ſcitū à te.

2 Si tamen modus inuſitatus ſit inferior ad neceſſarium, vt ſunt, per ſe demōſtrabile, per ſe notum, & huiuſmodi, ſequitur concluſio de poſsibili.

Omne animal rationale eſse poſsibile, eſt per ſe notum,
Vt Omnem hominem eſse animal rationale eſt poſsibile,
Ergo omnem hominem eſse riſibile, eſt poſsibile.

Digitized by Google

Af Vel ſic { Omne animal rationale eſſe riſibile,eſt poſsibile,
Omnem hominem eſſe animal rationale eſt per ſe notum.
Ergo omnem hominem eſſe riſibile,eſt poſsibile.

Ratio eſt,quia illa propoſitio de tali modo infert illam de neceſſario in eodem ſenſu: ſed ex tali de neceſſario, & de poſsibili, ſequitur concluſio de poſsibili.

3 Quandò altera præmiſſarum ſumitur in ſenſu diuiſo, altera in ſenſu compoſito,ſequitur in prima figura concluſio de poſsibili.

Vt { Omne animal rationale per ſe eſt riſibile,
Omnem hominem eſſe animal rationale eſt poſsibile,
Ergo omnem hominem eſſe riſibile eſt poſsibile.

Vel ſic { Omne animal rationale eſſe aptum ad raciocinandum,eſt pèr ſe:
Omnis homo poteſt eſſe animal rationale,
Ergo omnis homo poteſt eſſe aptus ad raciocinandum.

4 Si vtraque ſumatur in ſenſu diuiſo,maior de poſsibili, minor de modo inuſitato, ſi vtraque inferat ſuam de ineſſe,ſequitur in prima figura concluſio de poſsibili.

Vt { Omnis perſona diuina poteſt eſſe Deus.
Aliquis homo ſcitur à Chriſtianis eſſe perſona diuina,
Ergo aliquis homo poteſt eſſe Deus.

Ratio eſt, quia ex illa de poſsibili, & illa de ineſſe, infertur concluſio de poſsibili.

5 Si vtraq; ſumatur in ſenſu diuiſo, & maior fuerit de modo inuſitato,& minor de poſsibili,referente illam de modo inuſitato ad ſuam de ineſſe, ſequitur in prima figura concluſio de poſsibili.

Vt { Omne animal ſcitur eſſe ſenſitiuum,
Omne album poteſt eſſe animal,
Ergo omne animal poteſt eſſe ſenſitiuum.

Alioquin hæc mixtio in prima figura eſt inutilis.

6 In ſecunda figura ſi vtraque ſumatur in ſenſu diuiſo, & præmiſſa de modo non vſitato,inferat illam de neceſſario, bona eſt mixtio ad deducendam concluſionem de poſsibili.

Vt { Omnis homo per ſe non eſt Cignus,
Omne album poteſt eſſe Cignus.
Ergo omne album poteſt non eſſe homo.

Item { Omnis Angelus per ſe eſt intellectualis,
Omne animal poteſt eſſe intellectuale,
Ergo omne animal poteſt non eſſe Angelus.

7 Si vtraque præmiſſa ſumatur in ſenſu compoſito in ſecunda figura, tunc valebit mixtio,quandò modus inuſitatus eſt inferior, vel minùs communis ad neceſſarium,vel ad eius æquiualens. Alias erit inutilis.

Vt { Nullum hominem eſſe equum,eſt per ſe,
Omne album eſſe equum eſt poſsibile,
Ergo nullum album eſſe hominem eſt poſsibile.

8 In tertia figura ſi vtraque præmiſſa vnà de poſsibili, altera de modo inuſitato, ſumatur in ſenſu compoſito, ſequitur concluſio de poſsibili, dummodo illa de modo inuſitato inferat illam de neceſſario.

Ratio

Ratio eſt, qui ſi præmiſſæ ſunt poſsibiles, & compoſsibiles, & neceſſarium eſt poſsibile, ſequitur concluſio de poſsibili.

Vt { Omne album eſſe diſgregatiuum, eſt per ſe.
Omne album eſſe hominem eſt poſsibile.
Ergo aliquem hominem eſſe diſgregatiuum, eſt poſsibile.

Idem ſequitur, quando vtraque ſumitur in ſenſu diuiſo, ſi illa de modo inuſitato inferat illam de neceſſario: alias non valet.

9 Si maior fuerit de poſsibili in ſenſu compoſito, & illa de modo inuſitato fuerit minor, & in ſenſu diuiſo, niſi hæc inferat illam de neceſſario, non ſequitur concluſio in tertia figura.

Non ſequitur enim { Omnem ſubſtantiam eſſe corpoream eſt poſsibile.
Aliqua ſubſtantia creditur, vel ſcitur, eſſe Angelus.
Ergo aliquem Angelum eſſe corporeum eſt poſsibile.

Sequitur autem { Omnem ſubſtantiam eſſe corpoream eſt poſsibile.
Omnis ſubſtantia per ſe eſt ens.
Ergo aliquod ens eſſe corporeum eſt poſsibile.

10 Si vtraque ſumatur in ſenſu diuiſo, vna de poſsibili, altera de modo inuſitato inferente ſuam de ineſſe, valet mixtio in tertia figura reſpectu concluſionis de poſsibili.

Vt { Omnis homo poteſt eſſe ſciens.
Omnis homo ſcitur eſſe riſibilis.
Ergo aliquod riſibile poteſt eſſe ſciens.

vel ſic { Omnis homo verè eſt quantus.
Omnis homo poteſt eſſe intelligens.
Ergo aliquod intelligens poteſt eſſe quantum.

De mixtione contingentis & aliarum modalium non vſitatarum. Cap. xxiv.

1 SI propoſitio de contingenti, & alterius de modo inuſitato, vtraque ſumatur in ſenſu compoſito, ſi illa de modo inuſitato non inferat illam de neceſſario, non valet in prima figura mixtio.

Sicut non ſequitur { Omne animal eſse hominem eſt contingens.
Omnem leonem eſſe animal eſt ſcitum à te.
Ergo omnem leonem eſse hominem eſt contingens, aut poſſibile.

2 Sequitur autem concluſio de contingenti in prima figura, vel de poſsibili, ſi propoſitio de modo inuſitato inferat illam de neceſſario, & ſit maior propoſitio.

Vt { Omnem hominem eſse rationalem, eſt per ſe primo modo.
Omne animal eſse hominem, eſt contingens.
Ergo omne animal eſſe rationale eſt poſsibile, vel contingens.

Ratio eſt, quia ex vna de neceſsario, & alia de poſsibili ſequitur concluſio de poſsibili, propoſitio autem de poſsibili ſequitur ad illam de contingenti.

3 Si propoſitio de contingenti ſumatur in ſenſu compoſito, & alia de modo inuſitato in ſenſu diuiſo, ſi illa de contingenti fuerit maior, vana eſt mixtio in prima figura: vnde.

Ag

Non ſequitur
- Omne animal eſſe hominem eſt contingens.
- Omnis equus ſcitur eſſe animal.
- Ergo omnem equum eſſe hominem eſt poſsibile.

4 Si propoſitio de modo vſitato in prima figura fuerit maior, & inferat illam de neceſſario, & minor de contingenti, ſequitur concluſio de poſsibili.

Vt
- Omne animal rationale per ſe ſecundo modo eſt riſibile.
- Omnem ſubſtantiam eſſe animal rationale, eſt contingens.
- Ergo omnem ſubſtantiam eſſe riſibilem, eſt poſsibile.

Item
- Omnis homo per ſe primo modo eſt animal rationale.
- Omne album eſſe hominem eſt contingens.
- Ergo omne album eſſe animal rationale, eſt poſsibile.

5 Ex maiori de modo inuſitato in ſenſu compoſito, & minori de contingenti in ſenſu diuiſo, quæ inferat ſuam de ineſſe, ſequitur in prima figura concluſio de poſsibili.

Vt
- Omne corpus eſſe quantum, eſt ſcitum à te.
- Aliquod album contingenter eſt corpus.
- Ergo aliquod album poteſt eſſe quantum.

6 Si vtraque ſumatur in ſenſu diuiſo, & maior fuerit de contingenti, & minor inferat ſuam de ineſſe: ſequitur in prima figura concluſio de poſsibili, alioquin mixtio inutilis eſt: ita etiam è conuerſo.

Vt
- Omnis cignus ſcitur eſſe albus.
- Omne animal contingit eſſe cignum.
- Ergo omne animal poteſt eſſe album.

Negatiuè
- Omnis cignus ſcitur non eſſe niger.
- Omne animal contingit eſſe cignum.
- Ergo animal poteſt non eſſe nigrum.

Alio modo ſic
- Omne album contingit eſſe animal.
- Omnis cignus ſcitur eſſe albus.
- Ergo omnis cignus poteſt eſſe animal.

Negatiuè
- Omnem hominem contingit eſſe ſapientem.
- Omne rationale ſcitur eſſe homo.
- Ergo omne rationale poteſt eſſe ſapiens.

7 In ſecunda figura ſi vtraque ſumatur in ſenſu compoſito, non valet mixtio ad inferendam concluſionem de contingenti, vel poſsibili, niſi illa de modo inuſitato inferat illam de neceſſario.

Vnde non ſequitur
- Omne animal eſſe album eſt contingens.
- Aethiopem non eſſe album, eſt ſcitum.
- Ergo Aethiopem non eſſe animal eſt poſsibile, vel cötingens.

Sequitur autem
- Omne animal eſſe ſubſtantiam eſt per ſe.
- Album non eſſe ſubſtantiam, eſt contingens.
- Ergo album non eſſe animal eſt poſsibile, vel contingens.

Nullo alio modo valet hæc mixtio in ſecunda figura.

8 In tertia figura ſi vtraque ſumatur in ſenſu compoſito, non valet mixtio reſponſa concluſionis de poſsibili, vel de contingenti, niſi illam de modo inu-

ſita-

ſitato inferat illam de neceſſario : vnde.

Non ſequitur
Omnem hominem eſſe currentem eſt contingens.
Aliquem hominem eſſe quieſcentem, eſt ſcitum à te.
Ergo aliquod quieſcens eſſe currẽs, eſt poſſibile, vel cõtingẽs.

Sequitur autem
Omne album eſſe ſubſtantiam, eſt contingens.
Omne album eſſe coloratum, eſt per ſe.
Ergo aliquod coloratum eſſe ſubſtantiam eſt contingens, vel poſſibile.

9 Idem dicendum, quando propoſitio de contingenti ſumitur in ſenſu compoſito, & illa de contingenti in ſenſu diuiſo.

Vt
Omne album eſſe ſubſtantiam, eſt contingens.
Album per ſe eſt coloratum.
Ergo coloratum eſſe ſubſtantiam, eſt cõtingens, vel poſſibile.

10 Si propoſitio de contingenti, ſumitur in ſenſu diuiſo, & ſubiectum eius ſupponat pro his, quæ ſunt, & fuerit vniuerſalis, & propoſitio de modo inuſitato ſit compoſita, inferens ſuam de ineſſe, ſequitur concluſio de contingenti; ſimiliter è contrà.

Vt
Omne actu viuens contingit eſſe intelligentem.
Aliquod actu viuens eſſe ignorans, eſt ſcitum.
Ergo aliquod ignorans contingit eſſe intelligens. (Diuiſim)

Item è contrà
Omne quod eſt viuens, ſcitur eſſe ſubſtantia.
Aliquod quod eſt viuens eſſe muſicum, eſt contingens.
Ergo aliquod muſicum contingit eſſe ſubſtantiam.

11 Si vtraque propoſitio ſumatur in ſenſu diuiſo, & illa de modo inuſitato inferat ſuam de ineſſe, ſequitur in tertia figura concluſio de contingenti, & poſſibili.

Vt
Omne ſentiens ſcitur eſſe viuens.
Omne ſentiens contingit nutriri.
Ergo aliquod quod nutritur, contingit, vel poteſt eſſe viuens.

Vt
Omne ſentiens contingit nutriri.
Omne ſentiens ſcitur eſſe viuens.
Ergo aliquod viuens contingit, vel poteſt nutriri.

Hæc de mixtionibus in præſenti ſufficiant. Multa alia dici potuiſſent, quæ ſtudioſis relinquuntur elicienda: ſi qua dicta Ariſtotelis videantur aduerſari, per ſuperiùs dicta diſſolui poterunt.

Quod non detur quarta figura à tribus ſuperioribus diſtincta. Cap. xxv.

NOnnulli quartam adiunxerunt tribus ſuperioribus figuris eam definientes, in qua medius terminus, prædicatur in maiori, in minori ſubijcitur. Cuius figuræ quattuor aſsignarunt modos ad hunc modum.

Primus modus
Omnis homo eſt animal.
Nullum animal eſt planta.
Ergo omnis homo eſt planta.

Secun-

Digitized by Google

Secundus modus { Omnis homo eſt animal. Nullum animal eſt planta. Ergo nullus homo eſt planta.

Tertius modus { Quidam homo eſt animal. Omne animal eſt ſubſtantia. Ergo quidam homo eſt ſubſtantia.

Quartus modus { Quidam homo eſt animal. Nullum animal eſt planta. Ergo quidam homo non eſt planta.

Hallucinantur tamen; Cum enim non ſint multiplicanda entia ſine neceſsitate, & nulla neceſsitas cogat, quartam figuram inſtituere, manifeſtum eſt, eam non eſſe ſine ratione ponendam. Nulla cogit neceſsitas, eo quòd iſti quattuor modi nunc enumerati, à quattuor modis primæ figuræ non diſtinguuntur. Ratio eſt in promptu, propterea quòd vt omnibus patet, ſola præmiſſarum tranſpoſitione, & ſitu dirimuntur; ſitus autem, cum ſit quid ſuapte natura poſterius, naturam prioris de ſe nullatenus variat. Quod maior propoſitio in his modis, primo, vel ſecundo loco collocetur, & ſituetur, ſemper eſt maior, minor ſemper eſt minor: ſemper etiam in præfatis modis præmiſſa, quæ ſecundam obtinuit ſedem, vniuerſalior eſt, quàm ea, quæ priorem locum ſortita eſt: ac pro inde, hæc illius pars, illa vt totum quoddam, ſub qua hæc continetur, dicenda eſt.

Dicunt non ſolum hic eſse præmiſsarum tranſpoſitionem, ſed variam eſse habitudinem medij termini ad maiorem, & minorem extremitatem. Nam in prima figura medius terminus ſubijcitur in maiori, in minori prædicatur: In quarta verò è diuerſo, prædicatur in maiori, ſubijcitur in minori. Reſpondeo id falſum eſse, cum iam dixerim, propoſitionem illam, quæ ſecundo loco ſtatuitur, eſse maiorem, quæ verò primo loco collocatur, eſſe minorem. Idcircò obiectio nulla.

Si tamen etiam concedamus, maiorem eſse, quæ primo loco ponitur, & minorem, quæ ſecundo loco, non propterea ſequitur, variari habitudinem medij termini ad maiorem, vel minorem extremitatem: nam, vt clarum eſt, in præfatis exemplis, ſemper homo, antecedit ad animal, & animal ſequitur ad hominem: animal antecedit ad ſubſtantiam, & ſubſtantia ſequitur ad animal: & ſicut ſemper omnis homo eſt animal, ita ſemper omne animal eſt ſubſtantia. variantur igitur maior & minor ſola denominatione, non re.

Præterea cum ſyllogiſmus perfectus ille ſit, qui nullius indiget, vt appareat neceſsarius, ſed ex ſe habet euidentiam: non minus euidentes ſunt, minuſuè perfecti quattuor modi quartæ figuræ, quàm quattuor primæ. ſtatim namque intellectus his perceptis aſsenſum præbet, ſicut & illis. Non videtur ergo maior ratio, ob quam quattuor quartæ figuræ modi ad quattuor primæ ſint reducendi, quàm è conuerſo quattuor primæ ad quattuor quartæ figuræ. Ne igitur inter figuram primam & quartam oriatur contentio, quæ nam illarum videatur eſse maior, præſtat, vt primam & quartam re vnam eſse fateamur, ſola conſideratione diuerſas.

Di

De Reductione Syllogiſmorum Imperfectorum ad perfectos. Cap. xxvi.

Syllogiſmus duplex { Perfectus. / Imperfectus.

Syllogiſmus perfectus eſt, qui nullius indiget, vt appareat neceſſarius, ideſt euidens, & indubitatus; vel cuius conſequentia non eget aliquo, vt appareat neceſſaria.

Imperfectus eſt, qui aliquo vno, aut pluribus indiget, vt appareat neceſſarius, vel vt eius conſequentia appareat neceſſaria.

Dicitur ſyllogiſmus imperfectus non quantum ad eius perfectionem eſſentialẽ; hac etenim quilibet ſyllogiſmus eſt perfectus, alioquin ſyllogiſmus non eſſet niſi æquiuocè: ſed imperfectus dicitur quantum ad euidentiam, ac imperfectus quantum ad perfectionem accidentariam.

Indiget ſyllogiſmus, vt appareat neceſſarius aliquo, vel pluribus iſtorum, ſcilicet. {
- Conuerſione vnius, aut plurium, { Maioris / Minoris / Cõcluſionis. }
- Tranſpoſitione præmiſſarum.
- Reductione per impoſſibile.

A i

Syllogiſmi perfecti ſunt quatuor primæ figuræ { Barbara / Celarent. / Darij / Ferio.

Reliqui omnes tàm primæ, quàm aliarum figurarum ſunt imperfecti, qui ad præfatos quatuor reducuntur, ſecundum regulas prius annotatas penes literas in quolibet ſyllogiſmo, ſeu ſyllogiſmi modo.

Incipientes per { B. ad Barbara / C. ad Celarent / D. ad Darij. / F. ad Ferio. } reducuntur

Ad reductiones perficiendas infraſcriptæ regulæ ſunt annotandæ;

Regula prima.

Ad quaſlibet præmiſſas, ſequuntur ipſæmet eædem tranſpoſitæ: vt, omne animal eſt ſubſtantia, vt omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt animal, & omne animal eſt ſubſtantia. Nàm ſi non ſequitur conſequentia, ergo antecedens poteſt eſſe verum conſequente exiſtente falsò; ſit ergo conſequens falſum, & antecedens verum, ergo contradictorium conſequentis, verum erit, nempè aliquis homo non eſt animal, & aliquod animal non eſt ſubſtãtia: ſed iſtæ contradicunt antecedenti, quod ponitur eſſe verum; ergo duæ contradictoriæ ſimul veræ.

Digitized by Google

Regula ſecunda.

Ad præmiſſas conuerſæ ſequuntur ipſius præmiſſæ conuertentes. præmiſſæ conuerſæ ſunt,in quibus vna vel duæ,vel plures conuertentes continentur, præmiſſæ cōuertētes ſunt,in quibus vnā vel duæ, vel plures cōuertētes cōtinētur.

Exemplum primi modi: vt omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal,ergo omne animal eſt ſubſtantia,& quoddā animal eſt homo.In hoc exēplo,eſt vna conuerſa,& vna conuertens,vt patet.

Exemplum ſecundi modi: vt omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal,ergo quædam ſubſtantia eſt animal, & quoddam animal eſt homo. In hoc exemplo duæ ſunt conuerſæ,& duæ conuertentes.

Exemplum tertij modi. Nullum animal eſt lapis, & omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, ergo nullus lapis eſt animal, & quædam ſubſtantia eſt animal,& quoddam animal eſt homo.

Probatio omnium iſtorum eſt,quia non poteſt antecedens eſſe verum,conſequente exiſtente falſo: nam aliàs duo oppoſita, vel contradictoria eſſent ſimul vera,quod eſt impoſsibile,vt dictum eſt in prima regula.

Regula tertia.

Ad quaſcumque præmiſſas ſequitur aliqua concluſio, ad eaſdem tranſpoſitas ſequitur eadem concluſio: vt ſi ad iſtas,omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, ſequitur,ergo omnis homo eſt ſubſtantia; ad eaſdem quoq; tranſpoſitas ſequitur eadem concluſio hunc ad modum: omnis homo eſt animal,& omne animal eſt ſubſtantia, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Etenim quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ,ſequitur ad eius antecedens. Ad iſtas autem,omnis homo eſt animal, & omne animal eſt ſubſtantia per primam regulam, ſequuntur iſtæ duæ, omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal,ad quas ſequitur, ergo omnis homo eſt animal, ergo eadem concluſio ſequitur ad illud antecedens,omnis homo eſt animal, & omne animal eſt ſubſtantia,ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Regula quarta.

A 2 Ex cuiuſlibet ſyllogiſmi contradictorio concluſionis, cum altera præmiſſarum ſequitur oppoſitum alterius præmiſſæ:vt,ſit talis ſyllogiſmus.Omne animal eſt ſubſtantia,& omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Sumatur maior, & contradictorium concluſionis,& ſequetur contradictorium minoris in ſecunda figura, ſic: omne animal eſt ſubſtantia,& quidam homo non eſt ſubſtantia, ergo quidam homo non eſt animal. Vel ſumatur minor cùm eodem concluſionis eiuſdem contradictorio, & ſequitur contradictorium maioris in tertia figura: vt, omnis homo eſt animal, & quidam homo non eſt ſubſtantia, ergo quoddam animal non eſt ſubſtantia.Vel ſic in Diſamis: Quidam homo non eſt animal, & omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal non eſt ſubſtantia. Probatio: quia ſi non ſequatur,duæ contradictoriæ erunt ſimul veræ. Nam ſi primus ſyllogiſmus non eſt bonæ conſequentiæ, ergo, antecedēs poteſt eſſe verum,& cōſequens falſum.Sint ergo præmiſſæ veræ,&

concluſ-

Digitized by Google

concluſio falſa,ergo contradictorium concluſionis erit verum, nempe iſta, quidam homo non eſt ſubſtantia. Aſſumo iſtã, tanquam veram cum minore vera primi ſyllogiſmi, & formo argumentum in tertia figura.Quidam homo non eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal non eſt ſubſtantia,ſed iſta contradicit maiori veræ, ergo contradictoriæ ſimul veræ, videlicet:omne animal eſt ſubſtantia,quoddam animal non eſt ſubſtantia.

Regula quinta.

Ad quaſcumque præmiſſas ſequitur aliqua concluſio, ad eaſdem ſequitur concluſionis conuertens, ſubalterna,& omnes eius æquipollentes: vt, ſi ad iſtas, omne animal eſt ſubſtantia,& omnis homo eſt animal, ſequitur, ergo, omnis homo eſt ſubſtantia;ad eaſdem ſequitur conuertens, ergo quidam ſubſtantia eſt homo;& eiuſdem concluſionis ſubalterna,ergo quædam homo eſt ſubſtantia;& eius æquipollentes,ſcilicet, nullus homo non eſt ſubſtantia, vel non quidam homo non eſt ſubſtantia. Ratio omnium iſtorum eſt,quia quod ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ ſequitur ad eius antecedẽs ergo,ſi ad iſtam omnis homo eſt ſubſtantia, ſequitur,ergo quidam homo eſt ſubſtantia, & ergo quædam ſubſtantia eſt homo; & ergo nullus homo non eſt ſubſtantia, ſequentur quoq; iſtæ tres ad antecedẽs illius,omnis homo eſt ſubſtantia.

Iſtæ quinque regulæ ſufficiunt ad reductiones ſyllogiſmorum perficiendas, eorumq; virtutem,& conſequentiam manifeſtandam: quibus intellectis quilibet iuuenis mediocris ingenij poterit ſuo marte, omnium ſyllogiſmorum reductionem in praxim deducere,præfatas regulas, quatenus opus eſt adaptando.

Syllogiſmum imperfectum reduci ad perfectum,nihil aliud eſt, niſi ipſum imperfectum quantum ad perfectionem euidentiæ,fieri euidentem per ſyllogiſmum perfectum,& eius conſequentiam eſſe bonam & neceſſariam manifeſtari.

Dicitur aliquis ſyllogiſmus reduci per impoſsibile; propterea quòd nec tranſpoſitione præmiſſarum,neque conuerſione reduci poteſt, ſed ſolum per rationem ducentem ad impoſsibile,manifeſtatur illius conſequentiæ bonitas, & neceſſitas. Nihilominus quilibet ſyllogiſmus,qui conuerſione,vel tranſpoſitione præmiſſarum reduci dicitur, poteſt etiã per impoſsibile reduci,ſed nõ contrà.

Ad calcem tertij capituli huius libelli annotatæ ſunt litteræ ſignificatiuæ, quibus indicatur,ad quem modum primæ figuræ ſyllogiſmus imperfectus, & ineuidens reducatur,quas ad memoriam reuocabis.

De Reductione Baralipton ad Barbaram.

Ba { Omne vegetabile eſt creſcens.
ra { Omnis planta eſt vegetabilis.
lip. { Ergo aliquod creſcens eſt planta.

Per litteram B. capitalem deſignatur,hunc ſyllogiſmum reduci ad Barbara:littera verò P. non capitalis in tertia ſyllaba indicat reductionem faciendam concluſione conuerſa per accidens. Fit autem ad hunc modum.

Per quintam regulam ſupra poſitam, ad quaſcumque præmiſſas ſequitur aliqua concluſio,ad eaſdem ſequitur illius concluſionis conuertens,ſed ſequitur euidenter in Barbara.

Bar ⎧ Omne vegetabile eſt creſcens.
ba ⎨ Et omnis planta eſt vegetabilis.
ra ⎩ Ergo omnis planta eſt creſcens.

Et ad iſtam, omnis planta eſt creſcens, ſequitur, ſua conuertens, ergo aliquod creſcens eſt planta: ergo ad eaſdem quoque præmiſſas neceſſariò ſequitur, concluſionis conuertens, ſcilicet, ergo aliquod creſcens eſt planta, in modo, ſcilicet.

Ba ⎧ Omne vegetabile eſt creſcens.
ra ⎨ Omnis planta eſt vegetabilis.
lip. ⎩ Ergo aliquod creſcens eſt planta.

Hinc patet, quod in reductione Baralipton ad Barbara, per conuerſionem concluſionis per accidens debet intelligi, quòd illa concluſio, quæ eſt particularis affirmatiua, ſit conuertens vniuerſalem affirmatiuam, non conuerſa illius: nàm particularis affirmatiua non conuertitur per accidens in vniuerſalem affirmatiuam, ſed è contrà; ita, vt vniuerſalis affirmatiua ſit conuerſa, & particularis affirmatiua conuertens.

Poteris etiam eundem ſyllogiſmum per impoſſibile reducere ad hunc modum. Si ex illis præmiſſis, non ſequitur hæc concluſio, Aliquod creſcens eſt planta, ergo poteſt antecedens, vel præmiſſæ eſſe veræ, conſequente, vel concluſione exiſtente falſa. ponamus igitur præmiſſas eſſe veras, & concluſionem eſſe falſam: ergo ſua contradictoria erit vera, ſcilicet, nullum creſcens eſt planta, ergo per conuerſionem ſimplicem neceſſariò ſequitur, igitur, nulla planta eſt creſcens. Tùnc vltra ex quarta regula hic poſita ſequitur.

Fe ⎧ Nulla planta eſt creſcens.
lap ⎨ Et omnis planta eſt vegetabilis.
ton ⎩ Ergo aliquod vegetabile non eſt creſcens.

Hæc concluſio contradicit maiori propoſitioni primi ſyllogiſmi, quæ fuit, (omne vegetabile eſt creſcens.) quæ ex hypoteſi eſt vera, ergo duæ contradictoriæ ſimul veræ: ſed hoc eſt impoſſibile, ergo, & illud, vnde ſequitur. ſequitur autem, quia dicis, illam concluſionem, aliquod creſcens eſt planta, non ſequi neceſſariò ad præmiſſas de Baralipton, verè igitur & neceſſario ſequitur; eſt ergo illa conſequentia bona & neceſſaria.

Vel ſic: Aliquod creſcens eſt planta, eſt propoſitio falſa per te: ergo ſua contradictoria vera, nullum creſcens eſt planta: tùnc ſic argumentor.

Ce ⎧ Nullum creſcens eſt planta. ⎫
la ⎨ Omne vegetabile eſt creſcens ⎬ (quæ eſt vera ex hypoteſi.)
rent ⎩ Ergo nullum vegetabile eſt planta. ⎭

Tùnc vltrà, ergo per conuerſionem ſimplicem, nulla planta eſt vegetabilis: ſed ex hypoteſi, iſta eſt vera, omnis planta eſt vegetabilis: ergo, duæ oppoſitæ ſimul veræ, quod eſt impoſsibile, ergo impoſsibile eſt illud, vnde ſequitur, &c.

De reductione ſapeſmo ad ferio.

Quòd ſyllogiſmus in ſapeſmo ſit bona, & neceſſaria conſequentia, duobus indiget, ſcilicet conuerſione maioris per accidens, & minoris ſimpliciter, & tranſpoſitione præmiſſarum.

Vt

Digitized by Google

Vt { Omnis herba eſt planta, } Fa
{ Nullus lapis eſt herba, } peſ
{ Ergo quædam planta non eſt lapis. } mo

Quod iſta conſequentia bona ſit, & neceſſaria, ſic deducitur; Omnis herba eſt planta, & nullus lapis eſt herba, ergo per primam regulam; nullus lapis eſt herba, & omnis herba eſt planta, ergo per quintam Regulam, nulla herba eſt lapis, & quædam planta eſt herba: Tunc vltra ſequitur euidēter in Ferio,

Fe { Nulla herba eſt lapis,
ri { Et quædam planta eſt herba,
o { Ergo quædam planta non eſt lapis.

Sed quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens: Antecedens autem primum, ſunt præmiſſæ in Fapeſmo, ergo ad illas egregiè ſequitur.

Fa { Omnis herba eſt planta,
peſ { Nullus lapis eſt herba,
mo { Ergo quædam planta non eſt lapis.

Quod erat demonſtrandum. Eandem conſequentiam poteris probare per argumentum, ducens ad impoſsibile, ſi libuerit: Eodem quoque modo reduces Friſeſomorum ad Ferio, duobus adhibitis, videlicet conuerſione maioris, & minoris ſimpliciter, & tranſmutatione præmiſſarum, vt clarum eſt.

De reductione Baroco ad Barbara.

In ſecunda figura, Modus Baroco, ſolum per impoſsibile reducitur.

Vt { Omne animal eſt ſenſitiuum, } Ba
{ Quædam res non eſt ſubſtantia, } ro
{ Ergo quædam res non eſt animal. } co

Hanc conſequentiam eſſe rectam, ac neceſſariam, ſic per impoſsibile demonſtratur. Si iſta conſequentia non eſt recta, & neceſſaria, ergo poteſt antecedens eſſe verum, conſequente exiſtente falſo: ſit ergo antecedens verum, nempe illæ duæ præmiſſæ, omne animal eſt ſenſitiuum, & quædam res non eſt ſenſitiua; concluſio verò ſiue conſequens ſit falſum, nempe iſta, quædam res non eſt animal: ergo per quartam regulam ſua contradictoria erit vera, omnis res eſt animal, igitur per eandem regulam aſsumpta maiore ſequitur euidentiſſime in Barbara.

{ Omne animal eſt ſenſitiuum, } Bar
{ Omnis res eſt animal, } ba
{ Ergo omnis res eſt ſenſitiua. } ra

Sed dictum fuit, iſtam propoſitionem eſſe veram, ſcilicet, quædam res non eſt ſenſitiua, ergo duæ contradictoriæ ſimul veræ: at hoc fieri minimè poteſt, ergo nec illud vnde hoc ſequitur, fieri poterit. Probè igitur ſequitur in Baroco.

{ Omne animal eſt ſenſitiuum, } Ba
{ Quædam res non eſt ſenſitiua, } ro
{ Ergo quædam res non eſt animal. } co

Quod demonſtraſſe oportuit. Idem etiam efficies, ex contradictorio concluſionis cum minore, & ſequetur contradictorium maioris in tertia figura.

Digitized by Google

Vt { Quædam res non eſt ſenſitiua, / Omnis res eſt animal, / Ergo quoddam animal non eſt ſenſitiuum. } Bro / car / do

In tertia figura ſolummodo modus, Brocardo, per impoſſibile tantum reducitur ad Barbara, vt diximus de Baroco. hæc hic exempla adduxiſſe ſufficiat ad reductiones imperfectorum perficiendas: omnes alios modos ineuidentes quilibet mediocris ingenij, proprio Marte facillimè reducet.

A 1 Ex ſupradictis correlariè ſequitur, quòd reductio imperfectorum tribus modis confici poteſt.

Videlicet { Solum per impoſſibile, / Per impoſsibile, & per conuerſionem ſimul. / Per impoſſibile, per conuerſionem, & præmiſſarum tranſpoſitionem ſimul.

Sequitur quoque, quòd quandò præmiſſæ alicuius ſyllogiſmi per alios ſyllogiſmos probantur, & vnus per alium perficitur, & bonus eſſe oſtenditur, non eſt neceſſe, vt huiuſmodi ſyllogiſmi in eadem figura conſtruantur.

In qua nàm figura ſyllogiſmus conſtruendus ſit, aut reducendus, ipſa concluſio indicabit: quæ ſi fuerit vniuerſalis non poterit ſyllogiſmus conſtrui in tertia figura: ſi fuerit affirmatiua, non poterit confici in ſecunda: ſi verò vniuerſalis affirmatiua, ſolum, in prima figura conſtruendus erit.

In exemplorum adductione, quòd ex illis aliquod accidat inconueniens, parum intereſt. Non enim adducuntur, vt vera ſint, ſed vt facilius addiſcentes inſtruantur.

Animaduerſiones ad conuerſiones faciendas.
Cap. xxvij.

1 Omnis propoſitio, vt aliàs dictum eſt, eſt vniuerſalis, particularis, indefinita, vel ſingularis: quod ſatis eſt manifeſtum, in propoſitionibus cathegoricis, ſignificatiuè ſumptis, & non materialiter acceptis. Vnde iſtæ propoſitiones: Omnis homo eſt totum in quantitate; Omnis homo eſt terminus communis, ſigno vniuerſali determinatus: Nullus homo eſt animal, eſt propoſitio falſa; Et ſimiles, non ſunt vniuerſales, licet ſigno vniuerſali determinentur termini communes: ſed ſunt ſingulares: ſenſus enim primæ propoſitionis eſt; hoc complexum (Omnis homo) eſt totum in quantitate: ſimiliter ſẽſus ſecundæ eſt: Hoc complexum (Omnis homo) &c. Senſus tertiæ eſt: iſta propoſitio, (Nullus homo eſt animal) eſt falſa.

2 Propoſitiones hypotheticæ quoq; ſunt quantæ: Nã ꝑ iſta tria quæſita, quæ, qualis, & quanta non ſolum quæritur de cathegorica, ſed etiam de hypothetica. Propoſitiones ergo hypotheticæ ſunt quantæ, ſecundum quantitatem cathegoricarum ex quibus conſtant. Si vtraque pars ſit vniuerſalis, tota dicitur vniuerſalis, vt, ſi omnis homo currit, omnis homo mouetur: ſi altera pars ſit vniuerſalis, altera particularis, non eſt dicenda ſimpliciter vniuerſalis, neque ſimpliciter particularis, ſed partim vniuerſalis, partim particularis, ſiue mixta.

3 Pro-

3 Propoſitiones exponibiles, vt excluſiuæ, exceptiuæ, de incepit, & deſinit, & id genus conſimiles, ſunt quantæ ſecundum illam quantitatem, quam habent illæ, quibus æquivalent: & ſic erunt, vel ſimpliciter tales, vt putà vniuerſales, particulares, indefinitæ, vel ſingulares, aut mixtæ. (Omnis homo incipit eſſe) erit vniuerſalis. Iſta verò, Tantùm Matthias eſt Romanorum Imperator, eſt partim ſingularis, partim vniuerſalis, cum æquiualeat copulatiuæ conſtanti ex ſingulari, & vniuerſalis, ſcilicet iſti; Matthias eſt Romanorum Imperator, & nullus alius ab ipſo eſt Romanorum Imperator. A a

4 Iſta propoſitio: Immediatè poſt hunc diem erit iudicium, eſt partim indefinita, partim vniuerſalis: æquiualet enim iſti copulatiuæ, iudicium erit poſt hunc diem, & nullus dies erit intermedius.

5 Omnes Apoſtoli ſunt duodecim, eſt partim vniuerſalis, partim indefinita: Nàm ſignum vniuerſale collectiuè ſumptum deſignat terminum, cui additur ſtare pro maiori multitudine tantum, non pro minori, denotando, quod nihil ſit contentum ſub illo termino, quod non ſit pars illius multitudinis. Iſta igitur. Omnes Apoſtoli ſunt duodecim, æquiualet iſti copulatiuæ: Apoſtoli ſunt duodecim, & nullus Apoſtolus, qui non ſit aliquis iſtorum duodecim.

6 (Totus Plato mouetur) accipiendo totum ſyncathegorematicè, eſt vniuerſalis: quia ſenſus eſt: Quælibet pars Platonis mouetur: ſed accipiendo (totum) cathegorematicè, eſt ſingularis: quia ſenſus eſt: Plato, qui eſt quoddam totum conſtans ex partibus, mouetur. Idem poteſt iudicari de iſta: Plato eſt albus, ſine illo termino (totum.) Quoniam, ſi intelligatur, quòd quælibet pars eius ſit alba, iudicanda eſt illa propoſitio eſſe vniuerſalis; ſi verò deſignetur, quod ipſe Plato ſit albus, appellanda erit ſingularis.

7 Propoſitiones in quibus ponuntur iſti termini, continuè, omninò, ab æterno, ſemper, vbique, & conſimiles, æſtimandæ ſunt vniuerſales. vt, continuè cælum mouetur, vbique adoratur Deus, ſemper intellectus intelligit: Ab æterno, & in ſæcula eſt laudabilis Deus. ſunt (dico) vniuerſales ratione illorum terminorum: ex alia tamen parte, poſſunt dici, vniuerſales, particulares, ſingulares, & indefinitæ: vt iſta, intellectus ſemper intelligit, ratione ſubiecti ſine ſigno, dicetur indefinita: Socrates ſemper contemplatur, erit ſingularis. Omnis homo ab æterno eſt à Deo cognitus, eſt vniuerſalis, &c.

8 Iſta propoſitio, (infinita puncta ſunt in continuo) accipiendo infinitum ſyncathegorematicè, eſt vniuerſalis affirmatiua ſignificans idem, quod iſta: Quotlibet punctis plura ſunt in continuò, cuius ſingulares ſunt hæ: Duobus punctis plura ſunt in continuò: Tribus punctis plura ſunt in continuò: Quatuor punctis plura ſunt in continuo, & ita in infinitum: Non autem iſtæ: Duo puncta ſunt in continuo, tria puncta ſunt in continuo, quatuor puncta ſunt in continuo, & ſic in infinitum. Ratio eſt: quia dato ſaltem per imaginationē, quòd ſint tres homines trahentes nauim: deinde 20. trahentes aliam nauim, & 30. trahentes tertiam, & 40. quatuor, & ita in infinitum: erit vera iſta propoſitio vniuerſalis: infiniti homines trahunt nauim; tamen iſtæ, ſingulares ſunt falſę, igitur duo homines trahunt nauim, quatuor homines trahunt, &c. Sed iſtæ ſunt veræ, igitur plures duobus trahunt nauim, plures tribus trahunt nauim, plures quatuor trahunt nauim, &c.

9 Propoſitiones in quibus ponuntur relatiua diuerſitatis: vt iſta nomina, ſinguli, cæteri, ſunt vniuerſales: vt ſinguli homines quieſcunt: cæteri virtu-

tibus

tibus operam nauant: cæteri vitijs immerguntur: Propoſitio verò, in qua ponitur hoc nomen alij, non eſt vniuerſalis, ſed, vt aiunt, eſt indefinita: vt hominum alij dormiunt, alij vigilant.

10 Propoſitiones in quibus ponũtur termini numerales, dicuntur eſſe vniuerſales, vt duo homines currunt: 10. ſcribunt; Ratio aſſignatur, quia ſub ſubiectis illarum deſcendere licet per copulatiuè: vt decem homines currunt, igitur duo homines currunt, & tres homines currunt, &c. Sed vèriùs dicendum illas eſſe indefinitas, quia ſubiectum propoſitionis vniuerſalis non poteſt amplius diſtribui, & tamen huiuſmodi termini numerales diſtributionem ſuſcipiunt: vt omnes decem homines currunt. Ideò dicendum, quòd terminus numeralis ſignificat multitudinem, & ob id ad propoſitionem, in qua ſubijcitur terminus numeralis, ſequuntur aliæ propoſitiones, quorum ſubiecta ſupponunt pro partibus illius multitudinis; quemadmodum ad nomen ſignificans totum integrale, ſequitur nomen ſignificans partem integralem. Terminus ergo numeralis non ſignificat per modum diſtribuentis, ſed ſignificat multitudinem, ad quam requiruntur ſuæ partes: ideò tales propoſitiones non ſunt propriè vniuerſales, ſed magis indefinitæ debent appellari.

Propoſitiones modales, quomodo ſint vniuerſales, aut particulares, indefinitæ, aut ſingulares ſuo loco dictum fuit. His præſuppoſitis accedamus ad conuerſiones explicandas, licet in libro de propoſitione ſuperiùs nonnulla dicta fuerint.

De conuerſione propoſitionum cathegoricarum. Cap. xxvij.

Conuerſio eſt mutatio ſubiecti in prædicatum, & prædicati in ſubeictum cum neceſſitate conſequentiæ. Per primum iſtorum differt conuerſio in propoſitionibus à ſyllogiſmo, & alijs argumentationibus enthymematicis: per ſecundum, differt à conuerſione particularis negatiuæ: quæ propriè non eſt conuerſio, cum non ſit conſequentia formalis, ſed tantum tranſpoſitio ſubiecti ad prædicatum, & prædicati ad ſubiectum. AO

Conuerſio igitur eſt propoſitio hypothetica conditionalis, vel rationalis, cuius antecedens, vocatur propoſitio conuerſa, conſequens verò dicitur conuertẽs: vt, ſi nullus homo eſt lapis, nullus lapis eſt homo: vel ſic, nullus homo eſt lapis, ergo nullus lapis eſt homo.

Conuerſio hypotheticis non conuenit, ſed tantum cathegoricis, de ineſſe, & de modo: Quomodo autem conuertantur aliquo modo propoſitiones exponibiles, diximus libro de propoſitione.

Propoſitiones de ineſſe duplices eſſe ſolent.
- Quædam in quibus ponitur terminus ampliatiuus ſubiecti, vel prædicati non ſolum pro ſuppoſitis præſẽtis tẽporis, ſed etiã pro poſsibilibus præteriti, vel futuri, aut pro ſuppoſitis cuiuslibet tẽpis indifferẽter.
- Quædam in quibus terminus ampliatiuus nõ ponitur: in quorum aliquibus ponitur terminus obliquus, in aliquibus ponitur quilibet terminus rectus.

De

De quibus omnibus, quantum ſatis eſt, ordine dicendum, & primo de cathegoricis ex rectis ſine ampliatione.

1 Omnis propoſitio vniuerſalis negatiua, in qua prædicatum diſtribuitur, poteſt ſimpliciter conuerti in vniuerſalem negatiuam. Ratio eſt: quia vniuerſalis negatiua, virtute ſigni vniuerſalis, ſignificat prædicatum pro quolibet ſuo ſuppoſito remoueri à ſubiecto, pro quolibet ſuppoſito ſubiecti. igitur ſicut vnum poteſt remoueri à reliquo, ita & è conuerſo. Proinde neceſſariò ſequitur: Nullus homo eſt lapis, ergo nullus lapis eſt homo.

2 Vniuerſalis negatiua, cuius prædicatum non diſtribuitur, non poteſt conuerti ſimpliciter in vniuerſalem negatiuam, vt eſt iſta: omnis phœnix animal non eſt. Ratio eſt, quià iſta non ſignificat prædicatum remoueri à ſubiecto pro quolibet ſuo ſuppoſito. Ideò talis couertenda eſt per accidens in particularem negatiuam hoc pacto: omnis phœnix animal non eſt, ergo quoddam animal non eſt phœnix. Prima quoque æquiualet iſti: omnis phœnix non eſt omne animal, ad quam ſequitur iſta, ergo non omne animal eſt phœnix, & vltrà, ergo aliquod animal non eſt phœnix.

In cõuerſione vniuerſalis negatiuæ, ſæpenumerò quædam cautelæ ſunt obſeruandæ ad hoc, vt fiat debita conuerſio, quarum prima eſt iſta.

1 Si in conuerſa ſit aliquid ſubintelligendum in ſubiecto, copula, aut prædicato, opus eſt aliquando, vt explicetur, vt recta conuerſio fieri poſsit. Exemplum de ſubiecto: vt nemo eſt lapis: ideſt nullus homo eſt lapis: poſtea fit conuerſio, ergo nullus lapis eſt homo. Similiter iſta: Immediatè ſunt partes continui, ideſt, nullum mediatum eſt inter partes continui: & tùnc fiat conuerſio, ergo nihil quod eſt inter partes continui, eſt mediatum. Ità de conſimilibus idem ſit iudicium; ità de copula & prædicato ſuo modo: vt nullus homo currit; ideſt nullus homo eſt currens, quæ ſic conuertitur, ergo nullum currens eſt homo, &c.

2 Aliquando oportet, vt ſignum poſitum à parte ſubiecti, remaneat in conuertente à parte prædicati, quando ſubiectum eſt terminus generalis communis, reſtrictus tamen per ſignum ad vnum genus tantùm, putà ad maſculinum. Exemplum: Nullus homo eſt mulier, debet ſic conuerti, nulla mulier eſt nullus homo. Vel melius dicendum, quod iſta; Nullus homo eſt mulier, prius debet explicari ſic: nullus homo maſculus eſt mulier, & tùnc conuerti, ergo nulla mulier eſt homo maſculus.

3 Quandoq; opus eſt mutare ſignum ſecundum declinationem grammaticalem, propter diuerſitatem ſubiecti, vel prædicati: vt, nullus homo eſt Margarita, ergo nulla margarita eſt aliquis homo. Ratio eſt, quia poteſt non ſolùm lapis dici Margarita, ſed etiam aliqua mulier ſic appellatur. ideò ſi diceretur: nulla margarita eſt homo, eſſet propoſitio falſa: mutatur etiam vnum genus in aliud, nempè maſculinum in fœmininum: (nullus) mutatur in (nulla,) &c.

4 Signum poſitum à parte ſubiecti, debet addi illi toti, quod ſequitur copulam, quando fit conuerſio, quia totum, quod ſequitur copulam, eſt prædicatum: vt nulla planta eſt ſubſtantia incorporea ſenſitiua: ergo nulla ſubſtantia incorporea ſenſitiua eſt planta. Quoniàm verò quandòque id fieri nequit per terminos iam poſitos, oportet addere has dictiones, (quod eſt) ad hoc quod conuenienter poſsit fieri diſtributio, quod in propoſito quadrupliciter contingit.

1 Primò quãdo prędicatũ propoſitionis vniuerſalis,eſt terminus diſcretus.vt; nullum luminare minus,eſt ſol;ergo,nihil quod eſt ſol,eſt luminare minus.

2 Secundo, quando verbum ponitur in propoſitione non habens participium ſui temporis,in quod explicari queat: vt nullus homo diligitur ab inimico, ergo,nihil quod diligitur ab inimico,eſt homo.

3 Tertio,quando prædicatum diſtribuitur negatiuè: vt nullus homo eſt nullum animal, ergo nihil quod eſt nullum animal eſt homo.

4 Quarto, quando prædicatum diſtribuitur affirmatiuè: vt nullus homo eſt omnis homo,ergo nihil quod eſt omnis homo,eſt homo.

Dubitatur; data hypotheſi,quod nullus homo rideat, quomodo iſta ſit cõuertenda:nullus homo eſt ridens? Dicunt nonnulli primo non debere conuerti in iſtam: ergo nullus ridens eſt homo. Ratio, quia prima nempè conuerſa eſt vera, ſecunda eſt falſa: ſecundo dicunt eſſe conuertendam in iſtam, ergo nullus riſus eſt in homine. Alij verò,quibus iſte modus non probatur, dicunt ad hunc modum conuertendam, ergo nullus qui exiſtit ridens, eſt homo. Sed dimiſsis iſtis dicendi modis: dico ſimpliciter debere conuerti hoc pacto: nullus homo eſt ridens, ergo nullum ridens eſt homo. Ratio huius clara eſt: quia vniuerſalis negatiua,in qua prædicatum diſtribuitur,virtute ſigni vniuerſalis ſignificat,vt paulò ante dictum fuit,prædicatum pro quolibet ſuo ſuppoſito remoueri à ſubiecto pro quolibet ſuppoſito ſubiecti,vnde conſequens ſit, vt ſicut vnum remouetur à reliquo,ita è conuerſo: ſignificat ergo, quod ſicut omne ridens remouetur ab omni homine, ita & quilibet homo remouetur ab omni ridente. Cum dicis conuerſam ex hypotheſi eſſe veram, ſed conuertentem eſſe falſam. Reſpondeo id eſſe falſum,nam ex hypoteſi,nullum reperitur ridens,ideo nullum ridens eſt homo,quia nullum eſt.

In eundem modum,iſta conuertitur: Nullus homo eſt ſpecies, ergo nulla ſpecies eſt homo: Nullum animal eſt genus,ergo nullũ genus eſt animal: In vtraque namque tam homo,quàm animal diſtribuuntur,tam ex parte ſubiecti, tam ex parte prædicati.

De conuerſione particularis affirmatiuæ.

1. Propoſitio particularis affirmatiua,cuius prædicatum eſt terminus communis non diſtributus,conuertitur ſimpliciter in particularem affirmatiuam: vt aliquis homo eſt animal, ergo aliquod animal eſt homo, vt probauimus in libro de propoſitione.

2 Particularis affirmatiua cuius prædicatum eſt terminus ſingularis, vel diſcretus,non poteſt ſimpliciter conuerti ſine aliquo addito, ſed ſine addito cõuertitur per accidens in vnam ſingularem. Vt aliquis homo eſt Socrates, ergo Socrates eſt homo. Simpliciter verò conuertitur, addito hoc complexo, (aliquid quod eſt) ſic. Aliquid quod eſt Socrates eſt homo. Eſſentia diuina eſt Pater,ergo Pater eſt eſſentia diuina: vel ſic; Aliquid quod eſt Pater eſt eſſentia diuina.

Regula.Talis particularis affirmatiua,infert vniuerſalem de terminis tranſpoſitis: vt aliquis homo eſt Socrates,ergo omne quod eſt Socrates, eſt homo. Fallit tamen, quando terminus ſingularis, ſignificat rem pluribus illimitatam, & eandem cum illis. Non enim ſequitur: Pater eſt eſſentia diuina,ergo quod eſt

eſt eſſentia diuina eſt Pater: quia filius eſt eſſentia diuina, & tamen non eſt Pater. Econtra tamen ſemper valet: Omne quod eſt eſſentia diuina eſt Pater, ergo eſſentia diuina eſt Pater: antecedens tamen eſt falſum. Ita etiam bene ſequitur: omne quod eſt Pater eſt eſſentia diuina, ergo Pater eſt eſſentia diuina: omne quod eſt Socrates eſt homo, ergo Socrates eſt homo:

3 Particularis affirmatiua cuius ſubiectum poſitum in prædicato diſtribuitur, infert vniuerſalem affirmatiuam de terminis tranſpoſitis: vt quædam luna eſt omnis luna, ergo omnis luna eſt luna. Aliqua phænix eſt omnis phænix, ergo omnis phænix eſt phænix. Conuertitur vero in iſtam: igitur aliquid, quod eſt omnis luna eſt luna: & aliquid quod eſt omnis phænix, eſt phænix. Ex quo ſequitur, quod omnis conuerſio eſt illatio, ſed non omnis illatio, etiam de terminis tranſpoſitis eſt conuerſio.

De nonnullis particularibus videtur eſſe dubiū. Et primo, quō ſit conuertenda iſta propoſitio: aliquod monſtrum intenditur à natura. Reſpondeo ſic debet conuerti. Aliquod intentum à natura eſt id, cui accidit eſſe monſtrū: quoniam in antecedente, (monſtrum) non pro forma, ſed pro eo quod ſubſternitur, accipitur: alioquin falſa eſſet propoſitio, cū natura, numquam intendat monſtrum ſub ratione monſtri. Secundo. Aliqua ſpecies eſt homo, ſic conuertitur, ergo homo eſt ſpecies. vel ſic: ergo iſte conceptus homo eſt ſpecies, vel aliqua ſpecies. Poteſt etiam ſic conuerti: aliqua ſpecies eſt homo, ergo aliquod ens homo, eſt ſpecies. Tertiò; iſta populus currit, in hunc modum conuertitur, ergo currentia ſunt populus: & iſta, exercitus eſt rotundus, ergo rotundus exercitus eſt exercitus: vel hoc pacto, ergo aliquod exiſtens rotundum, eſt exercitus. Quartò; propoſitio ex ſynonimis: vt iſta, Marcus & Tullius ſunt, conuertitur in hanc, ergo aliquod ens, eſt Marcus & Tullius. Si verò Marcus & Tullius ſumantur pro vocibus ſignificantibus, non pro re ſignificata, ita fiet conuerſio. Marcus & Tullius ſunt, ergo aliqua entia ſunt Marcus & Tullius. Quintò; de propoſitionibus ex pronominibus primæ, vel ſecundæ perſonæ, dubium eſt, quo nam modo conuerti queant: vt ſi dicam alicui: tu legis. Dicût, quod à proferente ſic debet cōuerti: aliquod legēs eſt tu: Ab illo, cui proferens loquitur, conuertetur hoc modo: legens eſt id, quod ego ſum: à tertio vero audiente, ſic erit conuertenda: legens eſt ille.

Sed ego non video rationem, quin eodem modo à quocumque conuerti poſſit, cum nomina & verba tranſpoſita idem ſignificent. Idcirco dicerem, iſtā propoſitionem, tu legis, à quolibet conſimiliter eſſe conuertendam, videlicet, aliquod legens eſt tu. Ità & hanc: ego bibo, à quolibet poſſe conuerti, aliquod bibens eſt id quod ego ſum. Debet enim propoſitio in ſe conſiderari, vt talis propoſitio, non prout ab illo, vel illo propter, vel cui profertur, aut vt à quo auditur.

De vniuerſali Affirmatiua.

1 Propoſitio vniuerſalis affirmatiua, cuius prædicatum eſt terminus diſcretus, tripliciter conuerti poteſt, primo in vnam ſingularem, ſecundò in particularem, tertiò in affirmatiuam æqualem. Exemplum primi modi. Omne luminare maius eſt Sol, ergo Sol eſt luminare maius. Secundo modo ſic: Omne luminare maius eſt Sol, ergo aliquid quod eſt Sol, eſt luminare maius. Tertio

ſic: Omne luminare maius eſt Sol; ergo omne quod eſt Sol, eſt luminare maius. Poteſt etiam primo conuerti in vnam ſingulurem, cum prædicato diſtributo in hunc modum, ergo Sol eſt omne luminare maius.

2 Propoſitio vniuerſalis affirmatiua, cuius prædicatum eſt terminus communis diſtributus, affirmatiuè, conuertitur: Reſpondetur vno modo in particularem affirmatiuam: vt, omnis homo eſt omnis homo, ergo aliquid, quod eſt omnis homo, eſt homo: Secundò in vniuerſalem de terminis tranſpoſitis: vt, omnis homo eſt omnis homo, ergo omnis homo eſt homo. clarius exemplũ ſit hoc: Omne luminare maius eſt omnis Sol, ergo omnis Sol eſt luminare maius. Item. Omnis homo eſt omne riſibile, ergo omne riſibile eſt homo.

3 Propoſitio vniuerſalis affirmatiua, cuius prædicatum eſt terminus communis diſtributus negatiuè, dupliciter conuertitur: Primo modo in particularem affirmatiuam, vt omnis homo eſt nullus lapis, ergo aliquid quod eſt nullus lapis, eſt homo. Secundo modo in vniuerſalem negatiuam: vt, omnis homo eſt nullus lapis, ergo nullus lapis eſt homo. Ad huius rei cognitionem, & alia multa, declarandæ ſunt infraſcriptæ propoſitiones, & Regulæ.

1 Ad affirmatiuam de prædicato infinito, ſequitur negatiua de prædicato finito: Vt omnis homo eſt non lapis, ergo nullus homo eſt lapis: Cæſar eſt nõ iuſtus, ergo Cæſar non eſt iuſtus. valet etiam iſta conſequentia in prædicatis compoſitis: vt omnis Cignus eſt non albus quidditatiuè, ergo nullus Cignus eſt albus quidditatiuè: Omne cælum eſt non corpus triangulare, vel eſt corpus non triangulare, ergo nullum cælum eſt corpus triangulare. Beata Virgo eſt non iuſta in primo inſtanti, ergo Beata Virgo non eſt iuſta in primo inſtanti. Non tamen ſequitur vlterius, ergo eſt iniuſta in primo inſtanti: nàm plus ponitur in conſequente, quod non eſt poſitum in Antecedente. iniuſtus enim non ſolum negat iuſtitiam, ſed ponit qualitatem oppoſitam.

2 Ad affirmatiuam de prædicato finito, ſequitur negatiua de prædicato infinito: vt Paulus non eſt iuſtus, ergo Paulus non eſt non iuſtus. Valet etiam in prædicatis compoſitis: vt, nix eſt ſubſtantia alba, ergo nix non eſt ſubſtantia alba: Homo eſt per ſe animatus, ergo homo non eſt non per ſe animatus. Ratio eſt, quia contradictoria diſiunctiuè, dicuntur de quolibet. In his tamen & ſequentibus opus eſt, vt totale prædicatum infinitetur.

3 Ad negatiuam de prædicato infinito, ſequitur affirmatiua de prædicato finito: vt benè ſequitur. Homo non eſt non albus, ergo homo eſt albus: Cæſar non eſt non iuſtus, ergo Cæſar eſt iuſtus: nix non eſt non alba ſubſtantia, ergo nix eſt alba ſubſtantia: Equus non eſt non per ſe animal, ergo equus eſt per ſe animal.

4 Ad negatiuam de prædicato finito, ſequitur affirmatiua de prædicato infinito: vt homo non eſt lapis, ergo homo eſt non lapis: Cæſar non eſt iuſtus, ergo Cæſar eſt non iuſtus: Aethiops non eſt homo albus; ergo Aethiops eſt non homo albus: Animal non eſt eſſentialiter quantum, ergo animal eſt non eſſentialiter quantum.

Sed dubitatur, an in propoſitionibus accidentalibus debeat poni cõſtantia ſubiecti: vt, Paulus non eſt niger. & Paulus eſt, ergo Paulus eſt non niger. Reſpondetur. Nonnulli voluerunt, quod debeat poni conſtantia ſubiecti: Ratio eſt, quia prædicata accidentalia præſupponunt exiſtentiam ſubiecti, cui debent ineſſe: quæ opinio probabilis eſt. Alij tamen dicunt id non eſſe neceſſarium, inter

quos eſt Doctor ſubtilis : ſecundo Perihermenias : Cuius ratio poteſt aſſignari,quia cuilibet enti,ſiue exiſtenti . ſiue non exiſtenti neceſſariò conuenit alterum contradictoriorum . Vnde etiam chimera eſt alba,vel non alba , ſi autem non eſt alba,ergo eſt non alba. ſi contrà argumenteris : chimera eſt non alba, ergo chimera eſt,negatur conſequentia: Ratio negationis eſt,quia in iſta propoſitione de tertio adiacente ſolum deſignatur vnio prædicati , & ſubiecti ; quod autem ſubiectum exiſtat,accidit propoſitioni de eſt, tertio adiacente : illa ergo conſequentia non eſt formalis.

Si obijcias non ſequitur : Homo quidditatiuè non eſt albus , igitur homo quidditatiuè eſt non albus . Reſpondeo , quòd de homine cum illa determinatione ſumpto, neutrum illorum oppoſitorum conuenit ; ideò conſequentia non valet . Sed benè ſequitur : Homo non eſt quidditatiuè albus : Homo eſt non quidditatiuè albus .

Ad propoſitum reuertendo : probè iſta ſic conuertitur : Omnis homo eſt nullus lapis,ergo nullus lapis eſt homo . probatur conſequentia ſic : Ad affirmatiuā de prædicato infinito, ſequitur negatiua de prædicato finito . Sequitur ergo omnis homo eſt nullus lapis , ergo nullus homo eſt lapis , ſed ad iſtam per conuerſionem ſimplicem ſequitur,ergo nullus lapis eſt homo. ergo iſta ſequitur quoque ad antecedens illius,quod erat:Omnis homo eſt nullus lapis .

4 Vniuerſalis affirmatiua cuius prædicatum eſt terminus communis non diſtributus,conuertitur per accidens in particularem affirmatiuam : vt omne animal eſt ſubſtantia,ergo aliqua ſubſtantia eſt animal . De qua diximus lib. de propoſitione : & de hac locutus eſt Philoſophus .

5 Vniuerſalis tamen affirmatiua,quandoq;non conſequentia formali,ſed materiali conuertitur ſecundū Philoſophi in affirmatiuam,primo quando antecedens eſt impoſſibile : vt, omne animal eſt inſenſibile,ergo omne inſenſibile eſt animal . Ratio eſt, quia ad impoſſibile ſequitur quodlibet , vt habes infrà in libro de ſyllogiſmo probabili . Secundo quando ſubiectum, & prædicatum ſunt termini conuertibiles ; vt,omnis leo eſt rugibilis , ergo omne rugibile eſt Leo.Tertio quādo inferius prædicatur de ſuo ſuperiori vniuerſaliter ſumpto . Vt ſi deſtructis cunctis animalibus , homine excepto , formes hanc propoſitionem : Omne animal eſt homo,ſequitur , ergo omnis homo eſt animal.

7 Quælibet propoſitio vniuerſalis affirmatiua de terminis rectis, infert excluſiuam de terminis tranſpoſitis , niſi aliquam negationem includat: Vt rectè ſequitur : Omnis homo eſt animal , ergò tantùm animal eſt homo . probatur conſequentia, quia infert exponentes excluſiuæ , ergo infert excluſiuam quæ ſuis exponentibus æquiualet ; vt,omnis homo eſt animal,ergo animal eſt homo . item omnis homo eſt animal,igitur nihil aliud ab animali eſt homo: ſed iſtæ duæ ſunt exponentes excluſiuæ illius,(tantum animal eſt homo , ergo infert quoque iſtam,(tantum animal eſt homo :) Quidquid ſequitur ad conſequens,ſequitur ad eius antecedens . In terminis autem obliquis non valet cōſequentia : Cuiuslibet militis equus currit , ergo tantum currens eſt militis : nām multa alia ſunt ipſius militis , & currunt . ſecunda conſequentia non valet,quando vniuerſalis affirmatiua includit negationem . Vnde non ſequitur : Omnis homo eſt non omnis homo,ergo tantum non omnis homo eſt homo : quia prima exponens eſſet falſa,iſta ſcilicet,Non omnis homo eſt homo .

De conuerſione excluſiuarum,& exceptiuarum dictum eſt ſuo loco .

De

De conuerſione particularis negatiuæ, & ſingularis tamen affirmatiuæ, tamen negatiuæ.

Propoſitio ſingularis duplex.	Quædam de prædicato diſcreto Quædã de prædicato communi	vtraq;	Affirmatiua. Negatiua.

1 Omnis propoſitio ſingularis affirmatiua de prædicato diſcreto, conuertitur ſimpliciter in ſingularem de prædicato dicreto: vt Paulus eſt iſte homo, ergo iſte homo eſt Paulus.

2 Propoſitio ſingularis affirmatiua, cuius prædicatum eſt terminus cõmunis, conuertitur per accidens in vnam indefinitam, vel particularem: vt Paulus eſt homo; igitur homo, vel quidam homo eſt Paulus.

3 Singularis negatiua de prædicato diſcreto, conuertitur in ſingularẽ negatiuam: vt Paulus non eſt Ioannes, ergo Ioannes non eſt Paulus.

4 Singularis negatiua, cuius prædicatum eſt terminus communis, conuertitur dupliciter, ſcilicet in particularem negatiuam, & in vniuerſalem negatiuam: vt Paulus non eſt Leo, ergo quidam Leo non eſt Paulus: vel ergo nullus Leo eſt Paulus. vtráque autem eſt conuerſio per accidens.

Probatio Regulæ quantum ad primum patet quia ſequitur; Paulus non eſt Leo, ergo quidam Leo non eſt Paulus. nàm in antecedente Leo diſtribuitur ratione negationis, ex diſtributo autem ſequitur non diſtributum, ſed non contrà.

A ſ Probatio Regulæ quantum ad ſecundam partem oſtenditur: quia ſequitur optimè; Paulus non eſt Leo, ergo nullus Leo eſt Paulus. Si enim non ſequitur detur oppoſitum conſequentis, ſcilicet, quidam Leo eſt Paulus, & ſequitur oppoſitum antecedentis per conuerſionem particularis affirmatiuæ; ergo Paulus eſt Leo.

Propoſitio particularis negatiua duplex	Vna, cuius prædicatum diſtribuitur cum negationem ſubſequitur. Alia, cuius prædicatum non diſtribuitur, cum negationem antecedit.

1 Particularis negatiua de prædicato non diſtributo, conuertitur in particularem negatiuam de prædicato non diſtributo. Vt quidam homo animal non eſt, ergo quoddam animal homo non eſt. Quòd iſta conſequentia bona ſit, patet; quia ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis. ſequitur eum; omne animal homo eſt, ergo quidam homo animal eſt, per conuerſionem per accidens.

2 Omnis particularis negatiua, ſiuè de prædicato diſtributo, ſiuè non diſtributo, conuertitur in particularem negatiuam, cuius prædicatũ non eſt diſtributum. Sicut ſequitur: Quidam homo non eſt Leo, igitur quidam Leo homo non eſt. Simili modo ſequitur: Quoddam animal homo non eſt, ergo quidam homo animal non eſt. Sed hæc conuerſio non eſt mutua. Sequitur enim, Quoddam animal non eſt homo, ergo quidam homo animal non eſt: & non ſequitur: Quoddam animal non eſt homo, ergo quidam homo non eſt animal.

3 Nulla propoſitio particularis negatiua de prædicato diſtributo, conuertitur in particularem negatiuam de prædicato diſtributo, gratia formæ. Quemadmodum

Digitized by Google

modum non ſequitur gratia formæ. Quidam homo non eſt currẽs, ergo quoddam currens non eſt homo: quia nunquam eſt bona conſequentia formalis, vbi ex termino non diſtributo infertur idem terminus diſtributus. Homo autem in conuerſa ſupponebat determinatè, at in conuertente diſtribuitur: vnde inſtantia eſt: non enim valet iſta conſequentia, quoddam animal non eſt homo, ergo quidam homo non eſt animal.

Dictum eſt, gratia formæ: quia gratia materiæ, aliquando tenet. Primò, quando vterque terminus eſt conuertibilis: vt quidam homo non eſt riſibilis, ergo quoddam riſibile non eſt homo. Secundo, quando ſuperius negatur de inferiori: vt quidam homo non eſt animal, ergo quoddam animal non eſt homo. Tertiò, quando ſubiectum, & prædicatum ſunt termini diſparati: vt quidam homo non eſt Leo, ergo quidam Leo non eſt homo. Quartò, quando antecedens eſt impoſſibile: quia ad impoſſibile ſequitur quodlibet, vt infrà in lib. de Syllogiſmo probabili dicetur, & fortè alijs modis.

Quomodo conuertantur propoſitiones de præterito, vel futuro. Cap. xxix.

AD harum propoſitionum conuerſionem perficiendam, aliqua neceſſariò præmittenda ſunt.

Primò ſciendum, quòd terminus ampliatus ille dicitur, qui paſſiuè ampliatur. vt ſi dicitur: Homo fuit genitus, ille terminus (homo) dicitur ampliatus, quia paſſiuè ampliatur non ſolum ad præſentes, ſed etiam ad præteritos, itá quòd pro pluribus ſupponit, & accipitur, quàm in iſta propoſitione, Homo eſt albus. Terminus Ampliatiuus, dicitur ille, qui ampliat: vt prædicatum, vel copula, ſi fuerit præteriti, vel futuri temporis ampliat ſubiectum, ad ſupponẽdum pro ſuppoſitis præteriti, aut futuri temporis vltra ea pro quibus ſupponit ratione copulæ verbalis de præſenti.

Secundò ſciendum, quòd termini ampliatiui ſunt in multiplici differentia.

Termini ampliatiui quidam ſunt.
- Verba futuri. vel præteriti temporis.
- Participia futuri, vel præteriti temporis.
- Verba poteſt, & contingit, & nomina ab ipſis deriuata.
- Omne verbũ, quod tranſire poteſt in rem præteritã, vel futurã, ſicut in præſentem, vt ſignifico, intelligo, &c.

Tertiò ſciendũ, quòd prædicatũ dicitur appellare ſuam formam, & reſtringere ad ſuppoſita verbi, & quantum ad ſignificatum, & quantum ad connotatum, ſiuè ſecundariò ſignificatum: itá quòd propoſitio eſt vera pro ſuppoſitis illius temporis, cuius eſt verbum, ſeu copula verbalis: & hoc eſt verum, quando prædicatum eſt participiũ præſentis temporis, aut nomen ſignificãs ſine tẽpore: vt ſi dicatur: homo eſt albus, iſte terminus (albus) ſupponit pro illo, qui de facto eſt albus. Si verò dicatur homo eſt albus, tunc iſte terminus (albus) non ſupponit pro illo, qui nunc eſt albus, ſed pro eo qui erit albus in futuro; itá dicendum reſpectu verbi de præterito. At

Dictum eſt, ſi prædicatum ſit participium temporis præſentis, aut nomen ſignificans ſine tempore. quia ſi prædicatum ſit temporis præteriti, non oportet,

tet,quod ſupponat pro ſuppoſitis de tempore verbi,ſed pro ſuppoſitis, quæ de tempore verbi erunt, vel fuerunt præterita: vt ſi dicamus, Antichriſtus erit generatus,non oportet,iſtud prædicatum generatus, ſupponere pro eo, qui erit, ſed pro illo, de quo verum erit dicere in futuro, quod ipſum fuit: Similiter dicendnm, de iſta propoſitione, Iacob fuit generandus, quòd iſtud prædicatum (generandus)non ſupponit pro eo qui fuit,ſed pro eo,quod tempore verbi erat futurum. Quando enim Abraham erat, verum fuit dicere, Iacob generabitur.

A l Sic patet, quonam pacto prædicatum reſtringitur per copulam ad ſupponendum pro alijs,& alijs ſuppoſitis: non autem ſubiectum, quia copula cum ſubſequatur ſubiectum,non agit in ipſum: Prædicatum verò ampliat ipſum ſubiectum,ſecundum quod ipſum eſt vnius temporis,vel alterius; eo quòd ſubiectum non appellat ſuam formam,ſi non reſtringitur ad ſua ſuppoſita ſecundum exigentiam copulæ. *Regula*.

1 Subiectum ampliatur per prædicatum præteriti temporis, ad ſupponendum pro his,quæ ſunt,vel pro his quæ fuerunt,in propoſitione indefinita, vel particulari diſiunctiuè,in vniuerſali verò copulatiuè: vt aliquis homo fuit albus, ergo hic,vel ille homo qui eſt,vel fuit,fuit albus. Oĩs Chriſtianus eſt baptizatus,ergo hic,& ille Chriſtianus,& ſic de ſingulis qui eſt,vel fuit,ẽ baptizatus.

2 Subiectum ampliatur per prædicatum futuri temporis, ad ſupponendum pro his quæ ſunt,vel erunt,in propoſitione indefinita, & particulari diſiunctiuè;in vniuerſali verò copulatiuè: vt Aliquis homo iuſtificabitur: Omnis homo reſurget in iudicio vniuerſali.

3 Propoſitio particularis affirmatiua,in qua participium præteriti, vel futuri temporis ponitur à parte ſubiecti,conuertitur eo modo, quo illa de præſenti: vt,aliquod mortuum eſt homo,ergo aliquis homo eſt mortuus, cuius antecedens eſt falſum, at conſequens verum. Nec mirum, quoniam vt infrà videbimus,ex falſo poteſt ſequi verum: conuertitur, ergo ſimpliciter ſicut particularis affirmatiua de præſenti. Ad eundem modum iſta conuertitur: Aliquod generandum eſt homo,ergo aliquis homo eſt generandus.

4 Propoſitio vniuerſalis negatiua,in qua ſubiectum eſt participium temporis præteriti,vel futuri,non conuertitur ſimpliciter ſicut illa de præſenti. Vnde non ſequitur.Nullum mortuum eſt homo, ergo nullus homo eſt mortuus; cũ antecedens ſit verũ,conſequens falſum:ex vero autem nõ niſi verũ. Eodẽ modo non ſequitur:Nullum generandum eſt homo, ergo nullus homo eſt generandus.Cauſa eſt,quia participium à parte ſubiecti ſupponit præcisè pro illis, quæ ſunt de tempore verbi;ſimiliter & prædicatum homo. Sed quando de ipſo ſit ſubiectum,hic ſupponit pro illis quæ ſunt,& pro illis quæ fuerunt, copulatiuè in propoſitione vniuerſali,diſiunctiuè in particulari, & indefinita. Debet ergo ſic conuerti.Nullum mortuum eſt homo, ergo nullus qui exiſtit homo,eſt mortuus: Nullum generandum eſt homo, ergo nullus exiſtens homo,eſt generandus:debet enim iſte terminus, homo, reſtringi in conſequenti eo modo quo erat in antecedenti.

Si participium fuerit prædicatũ,& tẽporis præteriti, tunc ſubiectũ ampliatur ad ea quæ ſunt,& quæ fuerunt,in vniuerſali copulatiuè, in indefinita, & particulari diſiunctiuè. ſecundũ ergo illius exiſtentiã fieri debet cõuerſio. In particulari affirmatiua ſic. Quidam homo eſt mortuus, ergo quoddam

mor-

mortuum eſt,vel fuit homo. Nam antecedens æquiualet,huic diſiunctiuæ,quidam homo qui eſt vel fuit,eſt mortuus: & tàm antecedens, quàm conſequens eſt verum. Vniuerſalis verò negatiua ſic conuertitur. Nullus homo eſt mortuus,ergo nullum mortuum eſt nec fuit homo : ſenſus enim antecedentis eſt iſte : nullus homo qui eſt,nec homo qui fuit, eſt mortuus : & tàm antecedens,quàm conſequens,falſum eſt; conſequentia tamen valet. Ità proportionaliter dicatur,quando participium futuri temporis,erit prædicatum: vt,quidam homo eſt generandus, ergo quoddam generandum eſt, vel erit homo. Nullus homo eſt generandus,ergo nullum generandum eſt, nec erit homo.

Copula præteriti, vel futuri temporis ampliat ſubiectum ad ſupponendum pro his vel pro illis,in indefinita diſiunctiuè, & etiam in particulari ; ſed in vniuerſali copulatiuè. Ideò ſecundum exigentiam ſubiecti in huiuſmodi facienda eſt conuerſio. Quamobrem iſta in hunc modum erit conuertenda : homo fuit albus, ergo quoddam album eſt vel fuit homo : homo erit doctus, ergo quoddam doctum eſt,vel erit homo. Vniuerſalis verò negatiua ſic cōuertitur: nullus homo fuit lapis,ergo nullus lapis eſt,nec fuit homo : nullus homo erit planta,ergo nulla planta eſt,nec erit homo.

Propoſitiones verò de præterito, in quibus alter terminus eſt participium præteriti, vel futuri temporis, vel in quibus vterque terminus eſt participium præteriti vel futuri temporis,ſic conuertitur. Exemplum primi modi. Plato fuit generandus,ergo aliquod quod fuit generandum,fuit Plato. Exemplum ſecundi. quoddam mortuum fuit generandum, ergo aliquod quod fuit generandum,fuit mortuum.

Propoſitiones de incipit,deſinit,fit,& huiuſmodi, quonam pacto ſint conuertendæ, dictum fuit libro de enunciatione. A a

Propoſitiones,in quibus ponũtur iſta verba,ſignifico,intelligo,memoror,quorum actus tranſit in rem præteritam,præſentem, futuram, & poſsibilem, ad hoc vt ritè conuertantur, omnes illas ampliationes oportet exprimere: vt roſa intelligitur,ergo quòd intelligitur, eſt, fuit,erit, vel poteſt eſſe roſa. Antichriſtus ſignificatur nomine beſtiæ, ergo aliquod,quod nomine beſtiæ ſignificatur, eſt, vel fuit,vel erit,vel poteſt eſſe Antechriſtus.

Item iſta nomina,cauſa cauſarum,principium,principiatum, & ſimilia denotantia aptitudidem ampliat terminos ſequentes non ſolum ad præſentia,ſed etiam ad futura:ideò in propoſitionibus, in quibus iſta reperiuntur,explicandæ ſunt ampliationes : vt ſanitas cauſatur ab exercitio,ergo aliquod,quòd ab exercitio cauſatur,eſt vel erit ſanitas.

Dubitatur, quõ conuertendæ ſint iſtæ propoſitiones : vacuum intelligitur, chimera intelligitur, infinita multitudo conſideratur. Si dicas ad hunc modum conuerti : vacuum intelligitur,ergo aliquod quod intelligitur, eſt,vel fuit,vel poteſt eſſe vacuum:antecedens erit verum,& conſequens falſum. Reſpondeo conuerſionem eſſe bonam,attamen ſicut conſequens eſt falſum, ita & antecedens:& ſi antecedens ſit verum,ipſum quoque conſequens erit verum:ſed dicendum, quod nullum impoſsibile propriè intelligitur.quando autē intelligo chimeram, non propriè intelligo aliquod, ſed partes diuerſorum animalium, eo tamen modo adinuicem compoſitas, quo impoſsibile eſt eas componi : ità intelligendo vacuum, ſi vacuum ſit quid impoſsibile, intelligo corpus & locum;modo tamen,quo nequeunt eſſe: ità de alijs dicendum.

De conuerſione propoſitionum de terminis obliquis. Cap. xxx.

1 OBliquus in propoſitione ſi ponitur poſt copulã, ſemper intelligitur rectus: vt Michael eſt in cælo: id eſt, Michael eſt exiſtens in cælo, nempè participium verbi.

2 Si obliquus ſolus præcedat copulam, aut obliquus cum recto, ita quod obliquus præcedat rectum, obliquus erit ſubiectum; totum reſiduum ſe tenet ex parte prædicati. exemplum primi, vt, Epiſcopi eſt baculus paſtoralis: exemplum ſecundi: vt, hominis annulus eſt venuſtus: de quo ſuperius locuti ſumus.

3 Si rectus præcedat obliquum ante copulam, aggregatum ex recto & obliquo eſt ſubiectum: vt, Imperium Chriſti eſt perpetuum.

4 Si ſignum vniuerſale præcedat obliquum, & ſit in obliquo, ſolus obliquus erit ſubiectum: vt, cuiuſlibet contradictionis altera pars eſt vera.

5 Quando ſignum eſt in recto, & obliquus ſequitur, aggregatum ex recto & obliquo, ſubiectum erit: vt, omne ſacerdotis indumentum eſt benedictum.

6 In propoſitionibus etiam de terminis obliquis, prædicatum aut pars prædicati, aliquando præcedit copulam, aliquando ſubſequitur: vt, homo differt ab homine, homo ab homine differt: & tũnc non eſt ſubiectum, nec eſt determinatio ſubiecti, nec facit vnum cum illo aggregatum. A x

7 Propoſitiones in quibus obliqui ſunt ſubiecta, reſoluuntur in alias, de ſubiecto recto, per hoc nomen, (quod) ponendo ipſum in eodem caſu, in quo prius erat terminus obliquus: vt, Epiſcopi eſt baculus paſtoralis: Epiſcopus eſt, cuius eſt baculus paſtoralis: homo differt ab homine: homo aliquid eſt, à quo homo differt: cuiuſlibet contradictionis altera pars eſt vera: quælibet contradictio eſt, cuius altera pars eſt vera. His præmiſsis ponitur hæc concluſio.

8 Propoſitiones de terminis obliquis ad eum ſanè modum conuertuntur, quo propoſitiones ex terminis rectis conuertuntur. Probatur concluſio: quia alioquin ſequeretur, quòd non poſſet fieri ſyllogiſmus ex obliquis in ſecunda, vel tertia figura: quod eſt falſum. conſequentia probatur, quia ſyllogiſmi ſecundæ, & tertiæ figuræ non reducuntur niſi per conuerſionem: ideò ſi conſimiliter non conuerterentur, philoſophus minùs ſufficienter determinaſſet.

Regula.

1 Propoſitio, in qua obliquus includitur implicitè in aduerbio, vel coniunctione, debet explicari: & facta explicatione, de ſubiecto faciendum eſt prædicatum: vt cignus omnino eſt albus, ſic explicatur: in omni parte cignus eſt albus. deinde ſic conuertitur, ergo aliquid in quo cignus eſt albus, eſt pars cigni. Ter naufragium feci, ſic explicatur, tribus vicibus naufragium feci: poſtea conuertitur, ergo id in quo naufragium feci, ſunt vel fuerunt tres vices. Viciſsim contraria ſe expellunt, reſoluitur in iſtam.

Tem-

Digitized by Google

Temporibus diſcontinuis contraria ſe expellunt, deinde conuertitur: aliqua in quibus contraria ſe expellunt, ſunt tempora diſcontinua. Infinities fuit eclipſis, reſoluitur hoc pacto: quotlibet vicibus pluries fuit eclipſis: conuertitur vero in hunc modum: aliqua quibus pluries fuit eclipſis, ſunt, vel fuerunt vices.

2 Quando obliquus ponitur à parte prædicati, ſemper ſubintelligitur aliquis rectus, & tunc aggregatum, quod fuerit prædicatum conuerſæ debet fieri ſubiectum conuertentis: vt anulus eſt Epiſcopi, aliquid quod eſt ens Epiſcopi, eſt anulus.

3 Quando obliquus ponitur à parte ſubiecti, quomodo propoſitio ſit reſoluenda iam dictum eſt. Vt cuiuſlibet contradictionis altera pars eſt vera, ergo aliquid cuius altera pars eſt vera, eſt contradictio.

4 Aliquando in loco relatiui oportet ponere antecedens, & e conuerſo: vt omnis habens filium, diligit illum; debet conuerti in iſtam, ergo aliquis diligens filium, habet illum: non in iſtam, aliquis diligens, illum habet filium.

De conuerſione propoſitionum modalium. Cap. xxxi.

1 Propoſitiones modales in ſenſu compoſito omninò conſimiliter, ſicut propoſitiones de ineſſe, conuertuntur: nempe vniuerſalis affirmatiua in particularem affirmatiuam, & particularis affirmatiua in particularem affirmatiuam; & vniuerſalis negatiua in vniuerſalem negatiuam: vt, neceſſarium eſt omnem hominem eſſe animal, ergo neceſſarium eſt aliquod animal eſſe hominem. Contingens eſt, aliquod animal eſſe nigrum, ergo contingens eſt, aliquod nigrum eſſe animal. Poſsibile eſt, nullum hominem eſſe ſcientem, ergo poſsibile eſt, nullum ſcientem eſſe hominem.

Hæc concluſio vera eſt, non de omnibus modalibus in ſenſu compoſito, ſed de illis propoſitionibus, quæ ex his modis conſtant, ſcilicet, neceſſarium, poſsibile communiter acceptum, contingens, vt conuertitur cum poſsibili communiter. verum per ſe: vt, verum eſt omne animal eſſe quantum, ergo verum eſt, aliquod quantum eſſe animal. Iſta eſt per ſe, omne vegetabile eſt ſubſtantia, ergo iſta eſt per ſe, aliqua ſubſtantia eſt vegetabilis.

Regulæ, quibus ſupradicta probantur, ſunt hæ: prima ſi antecedens eſt neceſſarium, conſequens eſt neceſſarium: ſecunda, ſi antecedens eſt poſsibile, conſequens eſt poſsibile: tertia, ſi antecedens eſt contingens, conſequens eſt contingens: quarta, ſi antecedens eſt verum, conſequens eſt verum: quinta ſi antecedens eſt per ſe, conſequens eſt per ſe, &c.

Conuertitur autem, quantum ad dictum, non quantum ad modum, vt ſuperiora exempla declarant.

2 Propoſitiones modales in ſenſu compoſito, de his modis, impoſsibile, falſum, per accidens, contingens propriè ſumptum, dubium, & ſimilibus, non conuertuntur eodem modo, quo propoſitiones de ineſſe conuertuntur, vt omnibus eſt manifeſtum. Nam ſi conuerterentur: illæ regulæ eſſent veræ. Si

Ff 2 antece-

antecedens eſt impoſsibile, conſequens eſt impoſsibile: ſi antecedens eſt falſum, conſequens eſt falſum,& ſic de alijs:falſæ tamen ſunt: non enim ſequitur:impoſsibile eſt,omne ens eſſe lapidem, ergo impoſsibile eſt,aliquem lapidem eſſe ens:& ita de alijs dicendum.

De conuerſione modalium in ſenſu diuiſo.

Sciendum primo, quòd de propoſitionibus de poſsibili duplex eſt opinio: altera tenet, ſubiectum reſpectu verbi de poſsibili in propoſitione indefinita, vel particulari ſupponere disiunctiuè pro his quæ ſunt, vel pro his quæ poſſunt eſſe: ſed in propoſitione vniuerſali affirmatiua, & negatiua ſupponere copulatiuè pro his quæ ſunt,& pro his, quæ poſſunt eſſe. Exemplum. Homo poteſt eſſe albus, ſignificat, quod illud quod eſt homo, vel illud quod poteſt eſſe homo, poteſt eſſe albus; iſta verò, nullus homo poteſt eſſe lapis,ſignificat,quòd nihil quod eſt homo,& nihil quod poteſt eſſe homo,poteſt eſſe lapis.

Altera opinio eſt, quòd illa de poſsibili eſt diſtinguenda: quia eius ſubie-
A 2 ctum ſupponit pro his quæ ſunt, vel pro his quæ poſſunt eſſe: Et ſicut de poſſibili dictum eſt, ita dici poteſt de neceſſario,& impoſſibili, quia cuilibet propoſitioni de poſſibili æquiualet vna de neceſſario, & altera de impoſsibili. Ideò primo agendum eſt de conuerſionibus ſecundum primam opinionem, ſecundo penès aliam.

Sciendum ſecundo, quòd cum in his propoſitionibus diuiſis mediũ ſe teneat ex parte copulæ, in conuerſionibus illarum facienda eſt tranſpoſitio ſubiecti ad prædicatum, & è contra remanente modo ſemper ad copulam: vt homo neceſſariò eſt animal,ergo aliquod animal neceſſariò eſt homo.

Sciendum tertiò, quod triplex eſt propoſitio de neceſſario. Prima eſt de neceſſario cõditionali;vt,vacuum ſi eſt, neceſſariò eſt locus. Altera eſt de neceſſario,quando:vt medicus quando eſt,neceſſariò eſt homo. Tertia eſt de neceſſario ſimpliciter,quæ duplex eſt, quædam eſt de neceſſario ſimpliciter ſiue abſolutè pro nunc:vt,nunc lucens neceſſariò eſt luna.quædam eſt de neceſſario ſimpliciter pro ſemper: vt, Deus neceſſariò eſt iuſtus. prima iſtarum eſt cõtingens,quandòq;vera,quandòq;falſa:ſecunda ſemper vera,quia neceſſaria.

1 Propoſitiones modales diuiſæ de neceſſario conditionali, aut de neceſſario quando, non conuertuntur. Patet: non enim ſequitur: vacuum ſi eſt, neceſſariò eſt locus, ergo locus neceſſariò eſt vacuus ſi eſt. quia poſito per imaginationem, quòd locus eſſet vacuus, adhuc non neceſſariò eſſet vacuus, quia poſſet repleri corpore. Nec etiam ſequitur: Grammaticus, quando eſt, neceſſariò eſt homo, ergo homo neceſſariò eſt grammaticus quando eſt, quia quilibet grammaticus poteſt fieri non grammaticus, adhuc ipſo exiſtente.

2 Propoſitiones modales diuiſæ de neceſſario, vt nunc non conuertuntur propriè:quia non ſequitur, lucens aliquod de neceſsitate eſt luna, igitur luna de neceſsitate lucet: creans neceſſariò eſt Deus, ergo Deus neceſſariò eſt creans.antecedens eſt verum,& conſequens falſum.

3 Modales ſupradictæ poſſunt impropriè conuerti reſoluendo illas ad quaſdã de ineſſe:ſequitur enim lucens neceſſariò eſt luna, ergo quod neceſſariò eſt luna,eſt lucens: creans de neceſsitate eſt Deus, ergo, quod de neceſsitate eſt Deus,

Digitized by Google

Deus,eſt creans.Grammaticus quando eſt,neceſſariò eſt homo , ergo aliquis qui neceſſariò eſt homo,eſt grammaticus,quando eſt .

Non tamen hæ conuerſiones ſunt propriè conuerſiones : non enim modales iſtæ hoc pacto conuertuntur in aliàs modales, ſed in propoſitiones de ineſſe . Secundò quia in conuertente ſubiectum plus eſt , quam in conuerſa . Tertiò , quia in conuerſa modalis eſt determinatio copulæ,ſed non in conuertente , in qua efficitur pars ſubiecti . Quartò,quia conuerſio ad hunc finem perficitur,vt ſyllogiſmi in ſecunda,& tertia figura ad primam reducantur: at huiuſmodi conuerſio non valet ad reductionem ſyllogiſmorum. Quintò, quia de hac Philoſophus non intellexit,vt patet in mixtionibus .

4 Propoſitiones modales diuiſæ de neceſſario ſimpliciter,& pro ſemper,conuertuntur eo modo,quo propoſitiones de ineſſe conuertũtur: vt omnis homo neceſſariò eſt animal,ergo aliquod animal neceſſariò eſt homo . Omnis homo neceſſariò non eſt lapis,ergo omnis lapis neceſſariò non eſt homo. Deus de neceſſitate eſt iuſtus, ergo iuſtus de neceſſitate eſt Deus .

5 Modales diuiſæ de poſſibili,ad eundem modum conuertuntur, quo propoſitiones de ineſſe : vt nullus homo poteſt eſſe lapis , ergo nullus lapis poteſt eſſe homo : Omnis homo poteſt eſſe doctus,ergo aliquot doctum poteſt eſſe homo . Aliquis homo poteſt eſſe beatus , ergo aliquis beatus poteſt eſſe homo.Verum propter ſubiecti ampliationem, debet prædicatum eſſe diſiunctiuũ: vt nullus homo poteſt eſſe lapis , ergo nullus lapis eſt , nec poteſt eſſe homo : Aliquis homo poteſt eſſe beatus,ergo quidam beatus eſt,vel poteſt eſſe homo. Tenent autem hæ conſequentiæ virtute iſtius regulæ. In propoſitione vniuerſali ſubiectum reſpectu prædicati de poſſibili,ſupponit pro his quæ ſunt, & pro his quæ poſſunt eſſe copulatiuè,in particulari verò diſiunctiuè .

5 Modales diuiſæ ex his modis conflatæ,qui ſunt,impoſſibile,falſum, contingens ad vtrumlibet , non conuertuntur eo modo , quo propoſitiones de ineſſe . Non enim probè infertur : Quoddam animal impoſſibile eſt eſſe hominem , ergo quendam hominem impoſſibile eſt eſſe animal : Quoniam antecedens eſt verum , ſed conſequens falſum . Nec etiam valet : Quoddam animal falsè eſt homo, ergo quidam homo falsè eſt animal . Idem dicendum, de contingenti ad vtrumlibet,quòd ſcilicet poteſt eſſe,& non eſſe . Quia non ſequitur,data hypotheſi,quòd omnes Planetæ,excepto Sole deſtruantur, Omnem Planetam lucentem contingit eſſe Solem,ergo Solem contingit eſſe lucentem: Sol etenim neceſſario, non contingenter eſt lucens , loquendo de contingenti ad vtrumlibet . Eodem modo non ſequitur : Omnem intelligentem contingit eſſe Deum,ergo Deum contingit eſſe intelligentem : cùm antecedens in caſu ſit verum,& conſequens falſum .

6 Modales diuiſę ex his modis conſtitutæ , videlicet , cognoſco , intelligo, intendo,apparet;& huiuſmodi , quæ faciunt ſuos caſus appellare ſuam rationem formalem,propriè non conuertũtur . Nàm iſta conſequentia non valet : venientem cognoſco eſſe Platonem,ergo Platonem cognoſco eſſe venientem . Antecedens poteſt eſſe verum,& conſequens falſum : cum eum qui venit,cognoſcere poſſim eſſe Platonem,non tamen cognoſcam eum ſub ratione venientis . Pariformiter non ſequitur,Monſtrum intendit natura,ergo natura intendit monſtrum.Hæc dicta ſint quantum ad primam opinionem .

Quantum ad ſecundam opinionem ſciendum primo , quòd quadruplex poteſt

fieri

fieri propoſitio de poſſibili, vno modo ſine aliqua negatione: vt, homo poteſt eſſe beatus. Secundò modo cum duplici negatione, quarum vna ſit poſita ad modum, altera ad dictum: vt, nullum animal poſſibile eſt non eſſe ſenſitiuum. Tertiò cum vna tantum negatione poſita ad modum: vt nullus lapis poteſt eſſe Planta. Quartò cùm vna negatione ad dictum, ſed modo affirmato: vt quoddam animal poſsibile eſt non eſſe hominem. Erunt igitur in vniuerſum octo propoſitiones de modo poſſibili, quatuor vniuerſales, quatuor particulares.

2 Cuilibet propoſitioni de poſſibili æquipollet vna de neceſſario, ſeruata eadem quantitate, mutata qualitate tum ex parte modi, tum ex parte ipſius dicti: Vt homo poteſt eſſe albus, ergo homo non neceſſario non eſt albus; vel hominem non neceſſe eſt, non eſſe album. Item hominem non poſſibile eſt eſſe lapidem, ergo hominem neceſſe eſt non eſſe lapidem, &c. Sicut ergo ſunt octo propoſitiones de poſſibili, octo erunt de neceſſario illis æquiualentes; atque ità in ſumma erunt ſexdecim.

3 Sicut illa de poſſibili eſt diſtinguenda, eo quòd ſubiectum poteſt ſupponere pro his quæ ſunt, vel pro his quæ poſſunt eſſe, ità ſimiliter diſtinguenda eſt propoſitio de neceſſario illi æquipollens: nam alioquin non æquipollerent. ex quo ſequitur ſecundum vtrunque ſenſum eſſe octo propoſitiones de neceſſario, & octo de poſſibili, & ſic in vniuerſum ſunt trigintaduæ, videlicet.

1 Omnem hominem poſsibile eſt album
2 Omnem hominem poſsibile eſt non eſſe album,
3 Omnem hominem non poſsibile eſt eſſe lapidem,
4 Omnem hominem non poſsibile eſt nõ eſſe rationalé.

} Hæ ſunt quatuor vniuerſales de poſsibili.

His quatuor vniuerſalibus de poſsibili, æquiualent, quatuor vniuerſales de neceſſario ad hunc modum.

1 Omnem hominem non neceſſe eſt non eſſe album,
2 Omnem hominem non neceſſe eſt eſſe album.
3 Omnem hominem neceſſe eſt non eſſe lapidem,
4 Omnem hominem neceſſe eſt eſſe rationalem.

} Hę ſunt quatuor vniuerſales de neceſſario.

Cùm autem quælibet iſtarum tàm de poſſibili, quàm de neceſſario diſtinguatur ſecundum duplicem ſenſum aſſignatum, erunt ſimul numero 16. Idem de particularibus dicendum. Vt

1 Quendam hominem poſsibile eſt eſſe beatum
2 Quendam hominem poſsibile eſt non eſſe beatum
A x 3 Quendam hominem non poſsibile eſt eſſe Plantam
4 Quendam hominem non poſsibile eſt non eſſe animal.

His quatuor particularibus de poſsibili æquipollent quatuor particulares de neceſſario hunc in modum.

1 Quendam hominem non neceſſe eſt non eſſe beatum,
2 Quendam hominem non neceſſe eſt eſſe beatum,
3 Quendam hominem neceſſe eſt non eſſe Plantam.
4 Quendam hominem neceſſe eſt eſſe animal.

Quælibet quoque iſtorum tàm de poſsibili, quàm de neceſſario diſtinguenda eſt ſecundum duplicem ſenſum aſsignatum, atque ità erunt aliæ 16. propoſitiones, quæ cum vniuerſalibus annumeratæ, numerum trigintaduarum propoſitionum conficient.

Propo.

Digitized by Google

4 Propoſitio de neceſſario,in qua modus negatur,non eſt propriè de neceſſario. ſed poſsibili . quia propoſitioni de poſsibili,æquiualet . Ediuersò illa de poſſibili , in qua modus negatur, non eſt propriè de poſsibili, ſed de neceſſario , quia non de neceſſario æquipollens eſt . Dimiſsis ergo propoſitionibus tàm de poſsibili,quàm de neceſſario , in quibus modus negatur : dicendum ſolum de habentibus modum affirmatum . Remanebunt autem octo de poſſibili , & totidem de neceſſario , quarum conuerſiones ſunt aſsignandæ .

1 Modales affirmatiuæ de poſsibili in ſenſu diuiſo pro his , quæ ſunt, propriè non conuertuntur . Nam data hypotheſi , quòd ſolùm corpora cæleſtia de facto moueantur : Non rectè infertur . Omnem hominem poſsibile eſt eſſe motum . Antecedens enim eſt verum , at conſequens falſum . Poteſt tamen impropriè ſic conuerti;Omnem hominem poſsibile eſt moueri, ergo aliquod quod poſsibile eſt moueri,eſt homo .

2 Modales de poſsibili negatiuæ diuiſæ,in quibus ſubiectum ſupponit pro his quæ ſunt,propriè non conuertuntur . Vnde inualida eſt hæc conſequentia . Omnis perſona diuina poteſt non eſſe creans, ergo aliquod creans poteſt non eſſe perſona diuina . Impropriè tamen conuerti poterit , ergo aliquod quod poteſt non eſſe creans,eſt perſona diuina .

3 Modales de poſsibili,diuiſæ affirmatiuæ,quarũ ſubiectum ſupponit pro his, quę poſſunt eſſe eodẽ,modo conuertuntur,quo propoſitiones de ineſſe:vt omnis homo poteſt eſſe ſciens,ergo aliquod ſciens poteſt eſſe homo . Quia ſenſus antecedentis eſt,quod quicquid poteſt eſſe homo,poteſt eſſe ſciens .

4 Modalis negatiua diuiſa,in qua modus affirmatur, cuius ſubiectum ſupponit pro his,quæ poſſunt eſſe,non conuertitur propriè.Vnde non ſequitur.Omnis perſona diuina poteſt non eſſe creans , ergo aliquod creans poteſt non eſſe perſona diuina .

5 Modales diuiſæ de neceſſario,neque in primo, neque in ſecundo ſenſu propriè conuertuntur : ſola vniuerſalis negatiua de neceſſario,cuius ſubiectum ſupponit pro his quæ poſſunt eſſe , ſimpliciter conuertitur : vt, omne animal neceſſe eſt non eſſe lapidem, ergo omnem lapidem neceſſe eſt nõ eſſe animal.

Regulæ quædam , ne in conficiendis ſyllogiſmis erretur. Cap. xxvij.

Regulæ duplices:
- Generales ad omnes figuras .
- Speciales:
  - Primæ
  - Secundæ
  - Tertiæ figuræ .

1 Prima Regula . In nulla figura ex puris negatiuis,nec ex puris particularibus,indefinitis,aut ſingularibus fit ſyllogiſmus.Vnde non ſequitur . Bb

Nullus lapis eſt animal,
Nullus homo eſt lapis ,
Ergo nullus homo eſt animal. } Præmiſſæ ſunt veræ,& concluſio falſa.

Digitized by Google

Nec ſequitur { Quoddam animal eſt homo / Quoddam animal eſt equus / Ergo quidam equus eſt homo. } Præmiſſæ veræ ſunt concluſio falſa.

Nec etiam valet. { Socrates non eſt Angelus / Michael non eſt Socrates. / Ergo Michael non eſt Angelus. }

Sciendum tamen, quòd in quibuſdam caſibus, ex vna negatiua poteſt ſequi de forma alia negatiua; quando antecedens, & conſequens vtroque termino participant: primo per conuerſionem: vt nullus homo eſt lapis, ergo nullus lapis eſt homo. Secundò, per æquipollentiam; vt nullus homo eſt irrationalis. ergo omnis homo nõ eſt irrationalis. Tertiò, per ſubalternationem: vt nullum animal eſt Planta, ergo quoddam animal non eſt Planta. Poteſt etiam ex vna negatiua ſequi alia negatiua, gratia materiæ, licet vtroque termino nõ participent: vt patet in multis locis Dialecticis, de quibus ſuo loco: vt, nullum animal eſt, ergo nullus homo eſt.

Si medium, quod ſimpliciter ſumitur in maiori, ſumatur cum relatiuo diuerſitatis in minori, tunc ex puris negatiuis ſequitur concluſio. Vt

{ Nullus homo eſt lapis / Nullũ riſibile eſt aliud ab hoĩe / Ergo nullum riſibile eſt lapis. } Item { Sol non eſt tenebroſus. / Nullũ luminare maius ẽ aliud à Sole / Ergo nullũ luminare maius eſt tenebroſum. }

Ratio poteſt eſſe, quia minor propoſitio, æquiualet affirmatiuæ.

Quandò medius terminus variatur ſecundum finitum, & infinitum, tunc ex duabus negatiuis ſequitur concluſio. Vt

{ Nullũ non animal eſt ſenſitiuũ / Nullus lapis eſt animal, / Ergo nullus lapis eſt ſenſitiuus. } { Nullum non bonũ eſt diligendum. / Nullum vitium eſt bonum, / Ergo nullũ vitiũ eſt diligendum. }

Ratio eſt, quia vt aliàs diximus, à negatiua de prædicato finito, ſequitur affirmatiua de prædicato infinito: Ad illam ergo nomen ſequitur, omnis lapis eſt non animal; & ad aliam ſecundi Syllogiſmi ſequitur, omne vitium eſt non bonum, &c.

Quando propoſitiones modales conuertuntur in oppoſitam qualitatem, tunc ex duabus negatiuis poteſt fieri ſyllogiſmus, vt diximus cap. 11.

Conſequentia enthumetratica, ex vna particulari ſequitur alia particularis gratia formæ. Primò, per conuerſionem: vt quidam homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt homo: Secundò, per æquipollentiam: vt quidam homo non currit, ergo non omnis homo currit. Tertiò quando prædicatum variatur per finitum, & infinitum: vt Ioannes eſt iuſtus, ergo Ioannes non eſt non iuſtus. Quartò, quando antecedens propoſitio particularis eſt impoſsibilis: nàm ad impoſsibile ſequitur quodlibet, vt in libro de ſyllogiſmo probatum. Quintò, quando conſequens eſt neceſſarium, vt habetur ibidem. Sextò, cum formatur argumentatio ex hypotheticis: vt ſi Ioannes currit, mouetur: ſed non mouetur, ergo non currit. Et nonnullis alijs modis.

In forma verò ſyllogiſtica, poteſt confici ſyllogiſmus ex puris particularibus, aut ſingularibus, & indefinitis. Primò, in omni diſpoſitione. In qua tenet ſyllogiſmus expoſitorius, de quo infrà. Secundò, ex puris particularibus affirmatiuis conſtruitur in ſecunda figura bonus ſyllogiſmus, vti vtriuſque præmiſ-

ſæ

ſæ prædicatum eſt terminus communis affirmatiuè diſtributus.

Vt { Quoddam motũm circulariter eſt omnis Luna,
Quoddam luminare, ſcilicet minus, eſt omnis Luna, B C
Ergo quoddam luminare eſt motum circulariter.

2 Secũda Regula. In omni ſyllogiſmo medium in altera præmiſſarum debet vniuerſaliter accipi, & ſolummodo, quod vniuerſaliter tenetur, vel accipitur in vna, debet eſſe medium, in altera. Vt

{ Omne animal eſt ſubſtantia
Omnis homo eſt animal,
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia. } Item { Omne animal eſt ſubſtantia,
Nulla albedo eſt ſubſtantia,
Ergo nulla albedo eſt aïal.

3 Tertia Regula. Medium ſtrictius in minori non impedit ſyllogiſmum, latius autem impedit. Vt

{ Aliquis homo eſt mortuus
Omnis homo eſt viuens
Ergo viuens eſt mortuum. } Non ſequitur: nam homo in maiori accipitur pro præteritis tantum, ſed in minori pro omnibus. In maiori ſtat particulariter. In minori vniuerſaliter.

4 Quarta Regula. Præmiſsis in debita qualitate, & quantitate diſpoſitis ſemper ſequitur concluſio, dummodò à non vniuerſaliter, ad vniuerſaliter, ſiue à non diſtributo, ad diſtributum non fiat argumentatio: Vnde non ſequitur in prima figura, & Fapeſmo.

{ Omnis homo eſt animal
Nullus Leo eſt homo
Ergo nullus Leo eſt animal } Sed concludi debet, ergo Aliquod animal non eſt Leo, indirectè,

5 Quinta. In ſyllogiſmo non debet poni terminus æquiuocus: Vnde non ſequitur.

{ Omne ſanum eſt animal.
Vrina eſt ſana,
Ergo vrina eſt animal.

6 Sexta. Medius terminus, aut pars eius nunquam concluſionem ingrediatur. Vnde non ſequitur.

{ Nullus equus eſt nobilior homine
Omnis Angelus eſt nobilior equo
Ergo nullus Angelus eſt nobilior hoïe. } Vel ſic in baroco. { Omnis homo differt ab Angelo.
Michael non differt ab Angelo.
Ergo Michael non differt ab homine.

7 Septima. Vt non varietur ſuppoſitio: Ideò non ſequitur. Nullum corpus naturale eſt ſubiectum philoſophiæ naturalis: Corpus naturale communiter ſumptum eſt corpus naturale, ergo corpus naturale non eſt ſubiectum Philoſophiæ naturalis, fit enim tranſitus à perſonali ad ſimplicem.

8 Octaua. Neutra præmiſſarum in ſyllogiſmo debet eſſe hypothetica, ſed vtraque cathegorica. Ob id non ſequitur.

{ Omne rationale, vel irrationale eſt homo.
Omnis Leo eſt rationalis, vel irrationalis.
Ergo omnis Leo eſt homo.

8 Nona. In quolibet ſyllogiſmo præmiſſæ debẽt eſſe inpermixtæ, ità vt nihil maioris extremitatis replicetur in minori. propterea non ſequitur.

Nullum animal, dum dormit, vigilat,
Omnis homo eſt animal, dum dormit,
Ergo nullus homo vigilat.

Iſta enim particula, (dum dormit) eſt pars maioris extremitatis. Debet autem ſic ſyllogiſmus confici.

Nullum animal, dum dormit vigilat,
Omnis homo eſt animal,
Ergo nullus homo, dum dormit vigilat.

10 Decima. Non debet plus poni in concluſione cum maiori extremitate, quã poſitũ fuerit in propoſitione maiori cum prædicato illius. Vt

Nullus homo niger eſt albus.
Omnis Aethiops eſt homo niger.
Ergo nullus Aethiops eſt albus ſecundum dentes.

11 Vndecima. In quolibet ſyllogiſmo termini teneantur æquè amplè, & æquè ſtrictè. Alioquin non ſequitur concluſio. Vt

Omne mortuum eſt non ens,
Nullus homo eſt non ens,
Ergo nullus homo eſt mortuus.

Homo in minori ſtat pro præſentibus tantùm: In cõcluſione, pro præſentibus, & præteritis.

12 Duodecima. Omnis ſyllogiſmus regulatur pro dici de omni, vel de nullo.

Dici de omni eſt, quando nihil eſt ſumere ſubiecti, de quo non dicatur prædicatum: vt, omnis homo eſt animal.

Dici de nullo eſt, quando nihil eſt ſumere ſubiecti, à quo nõ remoueatur prædicatum: Vt, nullus homo eſt lapis.

Bd Si nihil poteſt inueniri ſubiecti, à quo remoueatur prædicatum, de quocunque dicitur ſubiectũ, de eodẽ dicitur prædicatũ: Vt omnis homo eſt animal.

Si nihil poteſt inueniri ſubiecti, à quo non remoueatur prædicatum, de quocunque dicitur ſubiectum, ab eodem remouetur prædicatum: Vt nullus lapis eſt animal.

In omni propoſitione vniuerſali affirmatiua vera, reperitur dici de omni: omnis calor eſt qualitas.

In omni propoſitione vniuerſali negatiua vera: reperitur dici de nullo: Vt nullus lapis eſt Planta.

Syllogiſmum regulari per dici de omni, nihil aliud eſt, quàm de ipſo verificari iſtud principium: Quicquid dicitur de ſubiecto diſtributo, in maiori, dicitur de quolibet contento ſub eo in concluſione.

Syllogiſmum regulari per dici de nullo eſt, id principium de eo verificari. Quicquid remouetur à ſubiecto in maiore, remouetur ab omni contento ſub eo in concluſione.

In omni ſyllogiſmo affirmatiuo dantur termini, in quibus omni, & in omni ſyllogiſmo negatiuo dantur termini in quibus nulli.

Dantur termini in quibus omni, quando cum duabus præmiſſis ſtat vniuerſalis affirmatiua ex extremitatibus conſtituta, maiori ſcilicet, & minore: vt omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, ſtat vniuerſalis affirmatiua, omnis homo eſt ſubſtantia, ex extremitatibus compoſita.

Dantur termini in quibus nulli, quando cum duabus præmiſſis veris ſtat vniuerſalis negatiua ex extremitatibus conſtituta: Vt nulla arbor eſt animal, &

omnis

Digitized by Google

omnis ficus eſt arbor,ergo nulla ficus eſt animal.

Stare cùm præmiſſis eſt eſſe ſimul vera cùm præmiſſis.

Quando ſecundum aliquam præmiſſarum diſpoſitionem dantur ſimul termini, in quibus omni, & in quibus nulli, inutilis eſt combinatio: vt nullus lapis eſt animal, & nullus homo eſt lapis, dantur termini in quibus omni, ſcilicet. Omnis homo eſt animal,& in eadem diſpoſitione dantur termini in quibus nulli,vt nullus lapis eſt equus,nullus homo eſt lapis, dantur termini, in quibus nulli,videlicet,nullus homo eſt equus,quare inutilis coniugatio.

Regulæ, quibus dignoſcitur, ſyllogiſmum non regulari per dici de omni, vel de nullo.
Cap. xxxiiij.

1 PRima. Quotieſcunque minor habet aliquam exponentem negatiuam huiuſmodi diſcurſus nequit regulari per dici de omni,vel de nullo. Ideò hic diſcurſus inualidus eſt.

Omnis homo eſt animal
Tantum riſibile eſt homo,
Ergo tantum riſibile eſt aĩal.

Nec iſte

Omne album eſt corpus,
Oẽ animal,præter coruũ ẽ albũ,
Ergo oẽ aĩal ꝑter coruũ,ẽ corp'

Neq; iſte

Omne ridens eſt homo,
Socrates incipit eſſe ridens,
Ergo Socrates incipit eẽ hõ.

Neq; talis

Omne ſapiens eſt animal.
Aliquis homo deſinet eſſe ſentiẽs B c
Ergo aliquis hõ deſinit eſſe aĩal.

Ratio eſt,quia per maiorem non deſignatur; niſi quòd de quocunque dicitur ſubiectũ de eodẽ dicitur prædicatur vel ab eodẽ remouetur. Si ergo in minori deſignetur,ſubiectũ remoueri ab aliquo alio, vel aliquid aliud remoueri ab eodẽ nullo modo regulari poterit per dici de omni, vel de nullo;cũ in minori nihil deſignari debeat, niſi quòd ſubiectum primæ propoſitionis dicitur de aliquo.

2 Secunda. Quando in minori propoſitione denotatur prædicatum dici de ſubiecto cum aliquo modo determinãte compoſitionem, ſiuè vnionem prædicati cum ſubiecto,in maiore non expreſſo; qui modus poſitus, vel non poſitus variat propoſitionem,quantum ad veritatem,vel falſitatem,talis diſcurſus non regulatur per dici de omni,vel de nullo.

Modi tales poſſunt eſſe multi,vt ſunt iſti;neceſſariò,contingẽter, per ſe,per accidens,velociter,benè,malè,& ſimiles. Hæc.n.eſt vera, Hõ eſt albus, ſed iſta eſt falſa. Homo neceſſariò eſt albus,&c. Idcircò iſti ſyllogiſmi ſunt inutiles.

Omnis Cignus eſt albus
Aliquis Cignus ꝑ ſe ẽ cignus,
Ergo aliquis cignus ꝑ ſe ẽ albus

Omne creans eſt Deus.
Qualibet perſona diuina contingen(ter ẽ creãs.
Ergo qualibet perſona diuina contin(gẽter ẽ Deus.

Omne currens eſt animal.
Dromedarius velociter ẽ currẽs
Ergo Dromedarius velociter ẽ aĩal

Oĩs hõ eſt coloratus
Oĩs Aethiops quidditatiuè ẽ homo.
Ergo oĩs Aethiops quidditatiuè eſt coloratus.

Ratio Regulæ eſt,quia per propoſitionem vniuerſalem maiorem non denotatur,niſi de quocunque dicitur ſubiectum,de eodem dicitur prædicatum, vel ab eodem remouetur: non autem denotatur, quòd de quocunque dicitur ſu-

biectum cum aliquo modo,vel aduerbio determinante compoſitionem, de eodem dicatur prædicatum cum eodem modo, vel aduerbio: Quapropter ſi accipiatur in minore tale aliquod aduerbium, non regulabitur ſyllogiſmus per dici de omni,vel de nullo.

Diligenter quoque aduertendum,an in minore accipiatur aliquis terminus æquiualenter includens conſimilem determinationem aduerbialem, vel æquiualentem, licet non exprimatur:quia ſi ſic non erit ſyllogiſmus regulatus per dici de omni,vel de nullo.

Vt { Omne animal eſt circumſcriptiuè in loco.
Omnis homo,vt homo eſt animal,
Ergo omnis homo,vt homo eſt circumſcriptiuè in loco.

Non ſequitur,quia illa particula(vt) addita in minori, æquiualenter includit,per ſe,vel eſſentialiter.& quidditatiuè.

3 Tertia. Quandocunque in minori propoſitione ſubijcitur, vel prædicatur aliquid quod eſt idem realiter pluribus realiter diſtinctis,quorũ vnum non eſt aliud, & in minori ſubſumitur aliquod illorum, non regulatur talis ſyllogiſmus per dici de omni, vel dici de nullo. ſed nihil tale reperitur in creaturis: ſola enim eſſentia diuina eſt illa ſumma res, quæ eſt eadem tribus perſonis, quarum vna non eſt alia. Vnde non ſequitur.

{ Eſſentia diuina,ſeu omnis eſſentia diuina eſt communis tribus perſonis,
Pater eſt eſſentia diuina,Pater ergo eſt communis tribus perſonis.

Nec etiam ſequitur { Eſſentia diuina eſt Pater
Filius eſt eſſentia diuina,
Ergo Filius eſt Pater.

Quamuis autem propter rationem aſsignatam talis ſyllogiſmus non ſit regulatus per dici de omni,vel de nullo, in quo perſona diuina ſumitur ſub eſſentia,vel ècontrà: Multi tamen tales diſcurſus valent.Vnde benè ſequitur.

{ Omnis eſſentia diuina ſcitur à Philoſophis eſſe immortalis.
Pater eſt eſſentia diuina,
Ergo Pater ſcitur à Philoſophis eſſe immortalis.

Attamen difficile eſt ſcire,quando tales diſcurſus valent, quando non valent.Aſsignarem tamen huiuſmodi communem regulam.

Quando aliquid aſſeritur de eſſentia diuina, vel eſſentia diuina de aliquo, quod eſſentiæ tribuſque perſonis eſt indifferens, ſemper diſcurſus validus erit, in quo perſona ſumitur ſub eſſentia, vel èconuerſo: ſi verò illud eſſentiæ tribuſque perſonis non ſit indifferens,ſed vni, vel ad ſummum duabus competere poteſt,diſcurſus non valebit.

Vnde hic diſcurſus bonus iudicabitur. { Quælibet perſona diuina eſt immortalis,
Eſſentia diuina eſt perſona diuina,
Ergo eſſentia diuina eſt immortalis,

Iſte verò inualidus erit. { Quælibet perſona diuina eſt incommunicabilis,
Eſſentia diuina eſt perſona diuina,
Ergo eſſentia diuina eſt incommunicabilis.

Conſimiliter hic eſt bonus ſyllogiſmus. { Eſſentia diuina eſt infinita,
Perſona diuina eſt eſſentia diuina.
Ergo perſona diuina eſt infinita.

Iſte

Digitized by Google

Iſte verò reſpuendus eſt { Eſſentia diuina non generat. / Perſona diuina eſt eſſentia diuina; / Ergo Pater non generat. }

4 Quarta. Quando in minori propoſitione ponitur aliquis modus, qui denotatur competere toti propoſitioni, ſi in maiori hoc non deſignetur, non ſemper talis diſcurſus regulabitur per dici de omni, vel per dici de nullo.

Vnde non ſequitur { Omne album eſt animal. (Ponamus ita eſſe.) / Neceſſarium eſt omnem hominem eſſe animal. / Ergo neceſſarium eſt omnem hominem eſſe album. }

Iſta pertinent ad ſyllogiſmos ex modalibus, de quibus ſupra ſermonem habuimus.

5 Quinta. Nullum ſyncathegorema (excepto ſigno vniuerſali, vel particulari addito ſubiecto) addatur, vel auferatur in minore, vel cõcluſione, præter illa quæ ſunt in maiori. Et ſi in illa ſit determinatio prædicati, oportet, quòd in alia in qua poni debet, ſit ſimiliter determinatio prædicati. Si autem in eâ ſit determinatio compoſitionis, opus eſt, vt etiam in alia ſit determinatio compoſitionis. Alioquin non erit ſyllogiſmus regulatus per dici de omni, vel per dici de nullo. Ideo huiuſmodi ſyllogiſmi non valent.

{ Omnis homo eſt tantum animal, / Socrates eſt homo, / Ergo tantum Socrates eſt animal. }

Multi quoque tales deficiunt propter aliquem prædictorum, defectum.

Quattuor modi primæ figuræ, & ſyllogiſmi in his quattuor conſtructi tenent directè, & immediatè virtute principiorum, quæ ſunt dici de omni vel de nullo: quod eſt intelligendum, quantum ad concluſionis illationem. Omnes alij etiam ſecundæ, & tertiæ figuræ indirectè, & mediatè regulãtur per dici de omni vel de nullo, quatenùs ad ſyllogiſmos primorum quattuor modorum primæ figuræ reducuntur. B I

De regulis ſpecialibus cuiuslibet figuræ.
Cap. XXXIV.

Regulæ ſpeciales primæ figuræ, quantum ad quattuor primos modos.

1 IN prima figura minore exiſtente negatiua, nihil ſequitur. Ratio eſt; quia contingeret ex præmiſſis veris ſequi falſum: ex veris autem vt infra declarabitur, non niſi verum, ex falſis quandoque verum. Sequeretur in prima figura ex veris falſum, ſi minor eſſet negatiua;

Vt { Omnis Angelus eſt ſubſtantia. / Nullus homo eſt Angelus. / Ergo nullus homo eſt ſubſtantia. }

2 In prima figura maiori exiſtente particulari, nihil ſequitur;

Non enim valet ſyllogiſmus { Quoddam viuens eſt planta, / Omne animal eſt viuens, / Ergo omne animal eſt planta. }

Poteſt

Poteſt tamen in prima figura maior eſſe ſingularis tũ affirmatiua tũ negatiua, eritque optimus, & euidens ſyllogiſmus.

Vt probè ſequitur { Sol eſt ſemper lucidus,
Omne luminare maius eſt ſol,
Ergo omne luminare maius eſt ſemper lucidum.

Negatiuè quoque { Sol non eſt tenebroſus,
Omne luminare maius eſt ſol,
Ergo nullum luminare maius eſt tenebroſum.

A 1 Ratio eſt, quia quando propoſit o ſingularis eſt vera, ſi ſit affirmatiua, ſubiectum non poteſt dici de aliquo de quo non dicatur prædicatum; ſi negatiua, non poteſt dici de aliquo, niſi ab eo remoueatur prædicatum. Erit ergo bonus ſyllogiſmus ſicut ille qui regulatur per dici de omni, vel de nullo.

Regulæ ſpeciales ſecundæ figuræ quoad omnes modos.

1 In ſecunda figura maiori exiſtente particulari nihil ſequitur: nàm ex veris ſequeretur falſum, quod fieri nequit, ſi ſyllogiſmus ſit conuenienti modo diſpoſitus.

Vt non valet { Aliquis homo eſt albus,
Nullus Aethiops eſt albus,
Ergo nullus Aethiops eſt homo.

2 In ſecunda figura ex puris affirmatiuis nihil ſequitur, propter eandem rationem, nè ex veris falſum deducatur.

Ob id non ſequitur { Omnis leo eſt animal,
Omnis equus eſt animal,
Ergo omnis equus eſt leo.

3 In ſecunda figura concluſio ſemper debet eſſe negatiua. Quod ſic probatur: nam ſi fiat affirmatiua, ex veris ſequetur falſum. Præterea ex ſecunda regula patet, quod ex puris affirmatiuis in ſecunda figura nihil ſequitur, ergo concluſio ſemper erit negatiua. quia ſi aliqua præmiſſarum ſit negatiua, concluſio neceſſariò eſt negatiua: ſicut ſi aliqua præmiſſarum ſit particularis, concluſio erit particularis.

Quauis autem de forma ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura nihil ſequatur: ſi tamen termini ſint conuertibiles ex duabus affirmatiuis ſequitur concluſio affirmatiua in ſecunda figura.

Vt { Omne animal rationale eſt riſibile,
Omnis homo eſt riſibilis,
Ergo omnis homo eſt animal rationale.

3 In ſecunda figura ſequitur etiam de forma concluſio ex duabus affirmatiuis, quando medius eſt terminus diſcretus.

Vt { Omnis Romanorum Imperator eſt Matthias,
Hic miles eſt Matthias,
Ergo hic miles eſt Romanorum Imperator.

Item { Omnis infimus planeta eſt luna,
Creſcens & decreſcens lumine eſt luna,
Ergo creſcens & decreſcens lumine eſt infimus planeta.

Quando medius terminus ſumitur cum ſigno vniuerſali ſemper ſequitur con-

concluſio affirmatiua in ſecunda figura, in qua maior extremitas de minori prædicatur.

Vt { Omnis perſona diuina, eſt omnis perfectio,
Verbum eſt omnis perfectio.
Ergo Verbum eſt perſona diuina.

Vel ſic { Quicquid eſt verus Deus, eſt omnis perfectio,
Verbum diuinum eſt omnis perfectio,
Ergo Verbum diuinum eſt Deus.

Quando fit argumentatio ex duabus affirmatiuis, cum relatiuo diuerſitatis addito ad medium in minore, deducitur de forma in ſecunda figura vniuerſalis negatiua.

Vt optimè ſequitur { Quilibet videns Deum in patria, eſt beatus,
Omnis damnatus eſt alius à beato,
Ergo nullus damnatus videt Deum in patria.

Ex puris quoque negatiuis variato medio ſecundum finitum, & infinitum poteſt deduci concluſio negatiua in ſecunda figura.

Proinde benè ſequitur { Nullum bonum eſt malum,
Nullum vitium eſt non malum,
Ergo nullum vitium eſt bonum. } Maior enim valet iſta. Omne vitium eſt malum.

Regulæ ſpeciales tertiæ figuræ quoad omnes modos.

1 In tertia figura minore exiſtente negatiua nihil ſequitur, nè ex veris concludatur falſum.

Vt { Omnis homo eſt animal,
Nullus homo eſt leo,
Ergo nullus leo eſt animal.

2 In tertia figura numquam concluſio poteſt eſſe vniuerſalis, propter eandem cauſam, ex veris etenim ſequeretur falſum.

Vt { Omnis homo eſt animal,
Omnis homo eſt ſubſtantia,
Ergo omnis ſubſtantia eſt animal. } Sed optimè ſequitur particularis, ergo quædam ſubſtãtia eſt animal.

De ſyllogiſmo expoſitorio. Cap. xxxv.

Syllogiſmus expoſitorius eſt, cuius medium eſt ſingulare limitatum.

Vt { Socrates eſt homo
Socrates eſt philoſophus,
Ergo quidam philoſophus eſt homo.

Singulare triplex { Limitatum,
Illimitatum,
Per æquiualentiam.

Singulare limitatum, eſt vna res ſingularis, vel terminus ſignificans rem ſingularem ſolam, ita quod ſibi repugnat ſine noua impoſitione ſignificare plura: vt Petrus, Franciſcus hic homo, &c.

Singulare illimitatum eſt res ſingularis, quæ vna numero exiſtens, eſt plu-

pluribus realiter diſtinctis, communis: vel terminus ſignificans vnam rem ſingulariſsimam pluribus realiter diſtinctis, communem: vt eſſentia diuina, quæ numero ſingulariſsima eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, tres perſonæ realiter inter ſe diſtinctæ, non autem ab eſſentia.

Singulare per æquiualentiam eſt res alia & alia ſucceſsiuè abſque nominis mutatione; & innouatione, vel eſt terminus diſcretus ſignificans quamlibet diuerſarum rerum ſibi in eodem loco ſuccedentium ſine noua nominis impoſitione: vt Tiberis, Eridanus, Nilus, &c. Sumendo iſta pro aqua fluente, quæ ſemper eſt alia, & alia, eadem tamen per quandam æquiualentiam.

Syllogiſmus expoſitorius duplex { Affirmatiuus / Negatiuus. }

Affirmatiuus eſt, quando ex duabus affirmatiuis præmiſsis infertur concluſio particularis: vt.

Petrus eſt beatus,
Et Petrus eſt Apoſtolus,
Ergo quidam Apoſtolus eſt beatus.

Regula ſiuè principium regulatiuum.

Quæcumque de eodem tertio ſingulari limitato verificantur, illa de ſe inuicem verificantur.

Syllogiſmus expoſitorius negatiuus eſt, quando ex duabus præmiſsis maiori ſingulari negatiua, & minori ſingulari affirmatiua infertur concluſio particularis negatiua.

Vt { Petrus non eſt arbor,
Et Petrus eſt homo,
Ergo quidam homo non eſt arbor.

Regula ſiuè principium regulatiuum.

Quæcumque de eodem tertio ſingulari limitato, alterum negatiuè, alterum affirmatiuè verificantur, negatum de affirmato verè negatur.

Si medium ſingulare in ſyllogiſmo expoſitorio fuerit commune pluribus, tùnc hic modus argumentandi non tenet,

Vt non ſequitur { Hæc eſſentia eſt Pater,
Hæc eſſentia eſt Filius,
Ergo Filius eſt Pater.

Si medius terminus in ſyllogiſmo expoſitorio fuerit ſingulare per æquiualentiam, hic modus argumentandi eſt inutilis.

Ob id non ſequitur { Nilus fuit à principio mundi,
Hæc aqua eſt Nilus,
Ergo hæc aqua fuit à principio mundi.

Niſi intelligas, quòd hæc aqua fuerit à principio mundi in ſuo ſimili, & æquiualenti: tùnc enim poteſt concedi argumentum.

Si verò ſic argumenteris { Omne quòd eſt hæc eſſentia, eſt Pater,
Filius eſt hæc eſſentia,
Ergo Filius eſt Pater.

Bonum

Bonum eſt argumentum,cum regulatur per dici de omni,'ſed maior eſt falſa, nec eſt ſyllogiſmus expoſitorius,cum non omnes præmiſſæ ſint ſingulares.

Syllogiſmus expoſitorius propriè loquendo,nec mediatè, nec immediatè, regulatur per dici de omni,vel de nullo,ſed per illa duo principia, quæ diximus. Proinde & illa regula, quam ad propoſitum adducunt: Quæcumque ſunt eadem cum tertio,ſunt eadem inter ſe,ſic eſt intelligenda: Quæcunque de eodē tertio ſingulari limitato verificantur,inuicem verificantur.

Forma ſyllogiſmorum expoſitoriorum doctrinalis,& adminicularia eſt ſolum in tertia figura.Reliquæ formæ reiectæ ſunt,nec habent vſum in diſciplinis.

Forma ſyllogiſmorum Ariſtotelis, quàm tradit in libro priorum doctrinalis eſt: cæteræ formæ, quibus implicationes adduntur extremis,aut ſignum vniuerſale prædicato, aut prædicato negatio præponitur, ſunt à diſciplinis reiectæ, & ad ſophiſticam pertinentes.

De Inductione, & Syllogiſmo inductiuo. Cap. xxxvi.

INductio eſt à ſingularibus ſufficienter enumeratis ad ſuum vniuerſale progreſſio: Progreſſio, ideſt argumentatio: Singularia,ideſt,minùs communia. Nàm ſingularia propriè dicta à diſciplinis reijciuntur: vt homo currit, Leo currit,bos currit,&c.ergo omne animal currit.

Difficilius eſt facere inductionem in ſingularibus propriæ dictis, quàm in alijs ſingularibus,ideſt,minùs communibus: Ratio eſt, quia ſingularia propriè dicta ſunt infinita, quæ nunquam poſſunt ſufficienter enumerari: At ſingularia,ideſt,minus communia,vt ſunt ſpecies reſpectu generum, & ſpecies ſubalternæ reſpectu generaliſſimorum, minore numero clauduntur: propterea facilius poteſt in his,quàm in illis,induci.

Inductio non valet ad neceſſario concludendum, niſi inducatur in omnibus ſingularibus: nàm alias eſſet petitio principij, vt ſuo loco dicendum eſt: poſſetque antecedens eſſe verum,conſequente exiſtente falſo.

Inductio etiam ſi enumeratis omnibus ſingularibus,ſufficienter,& neceſſariò cōcludat propoſitionem vniuerſalem,non tamen illam euidenter concludit, niſi coaſſumatur propoſitio vniuerſalis:mediante qua ex ſingularibus fiat ſyllogiſmus: Exempli gratia data hypotheſi, quòd ſint tantum tres ſpecies animalis,homo,leo,& equus,& non plures: neceſſariò quidem & ſufficienter poterit ſic induci: Homo videt,leo videt,equus videt,ergo omne animal videt, at non euidenter concluditur: ſed ſic euidenter concluditur, non ſolum neceſſariò.

{ Homo videt,leo videt,equus videt,
Et omne animal eſt Leo,homo,& equus,
Ergo omne animal videt.

Sic etiam ſequitur euidenter
- Genus prædicatur de pluribus, ſpecies prædicatur de pluribus, differentia prædicatur de pluribus, proprium & accidens prædicantur de pluribus.
- Et omne vniuerſale eſt genus, ſpecies, differentia, & accidens.
- Ergo omne vniuerſale prædicatur de pluribus.

Ad habendam opinionem probabilem, fidem, vel perſuaſionem de conclnſione vniuerſali, ſatis eſt, vt in nonnullis ſingularibus fiat inductio, licèt non omnibus. Ratio eſt, quia fortius poteſt mouere inductio in aliqnibus ſingularibns ad faciendam probabilitatem, fidem, vel opinionem de propoſitione vniuerſali, quàm queat vnum exemplum per vnum ſingulare mouere ad faciendam fidem de alio ſingulari. Illud autem ſufficit ad bonam inductionem, quòd ſufficit ad hoc, vt vniuerſalis inducta ſit probabilis: finis enim argumentationis dialecticæ non eſt demonſtrare concluſionem euidenter, ſed gignere probabilitatem, & opinionem.

De Syllogiſmo Inductiuo.

Syllogiſmns indnctiuus eſt, qui maiorem extremitatem de medio ſyllogiſat: vt omnis homo, vel Brutum eſt ſenſibile; omne animal eſt homo, vel Brutum, ergo omne animal eſt ſenſibile.

Medium hoc in loco eſt medium ſecundnm naturam: Maior extremitas eſt terminus alijs propriè ſubijcibilis ex ſingularibus, ideſt ex minus commnnibus, diſiunctus; vt (homo, vel Brutum.) Medium hic eſt terminus, qui propriè maiori extremitati ſubijcitur, de minori verò propriè prædicatur: vt in hoc ſyllogiſmo.

Scilicet
- Omnis homo, vel Brntum eſt ſenſibile,
- Omne animal eſt homo, vel Brutum.
- Ergo omne animal eſt ſenſibile.

B K

Senſibile, eſt maior extremitas (Animal) eſt medins terminus. (homo, vel Brutũ) eſt minor extremitas.

Syllogiſmus inductiuus duplex.
- Affirmatiuns, vt in priori exemplo.
- Negatiuus, vt iſte

Scilicet
- Nullus homo, vel Brutum eſt inſenſibile,
- Omne animal eſt homo, vel Brutum,
- Ergo nullum animal eſt inſenſibile.

Primus iſtorum eſt in primo modo primæ figuræ; ſecundus in ſecundo modo in alijs figuris non fit, aut ſi fit in tertia, non eſt formalis conſequentia.

De Exemplo, Deductione, & Enthymemate. Cap. XXXVIJ.

Exemplum eſt, quando vnnm ſingulare per aliud, propter aliquod ſimile, probamus: Vt, Homo eſt ſenſitiuus, ergo equus eſt ſenſitiuus. ſimilitudo: vtrumq;

Digitized by Google

vtrumque enim animal eſt. Negatiuè quoque, vt homo non eſt inſenſibilis, ergo equus eſt inſenſibilis.

In quolibet exemplo ſunt quatuor termini.
- Primum
- Medium
- Tertium
- Simile medio.

(Primum) eſt prædicatum tàm antecedentis, quàm conſequentis: vt in priori exemplo eſt ille terminus (ſenſitiuus.) Simile tertio eſt primum ſingulare, quod eſt ſubiectum antecedentis: vt(homo(in dato exemplo. Tertium, eſt ſecundum ſingulare, vt (equus.) Medium, eſt terminus ſingularium ſimilitudinem exprimens, interdum quidem expreſſus, interdum ſubauditus. Vt in eodem exemplo(Animal.)

Syllogiſmus exemplaris eſt, quandò primum de tertiò per medium ſyllogiſanus: quoniam primum, medio, per ſimile ineſt Tertio: vt in producto exemplo.(homo eſt ſenſitiuus, ergo omne animal eſt ſenſitiuum, ſequitur conſequentia, cum tale prædicatum eſt eſſentiale, ſi vni ineſt, omnibus ineſt. Tunc vltrà deducas ſyllogiſmum.

ad hunc modum
- Omne animal eſt ſenſitiuum,
- Et omnis equus eſt animal, B 1
- Ergo omnis equus eſt ſenſitiuus.

Deductio eſt ſyllogiſmus aſſumens præmiſſam dubiam maiorem, vel minorem, quam ſtatim probat, ne ſit petitio principij: Facta autem probatione maioris, vel minoris dubiæ, non eſt amplius ille ſyllogiſmus deductio, ſed demonſtratio, vel Dialectica argumentatio.

Vt
- Omne animal ſentit.
- Concha marina eſt animal.
- Ergo Concha marina ſentit.

Minor, quæ videtur dubia, tamen credibilior concluſione, vel non eſt incredibilior, ſic probatur.

- Quicquid dilatatur, & conſtringitur ad aduentũ cibi proficui, vel noxij eſt (animal.
- Concha marina eſt huiuſmodi.
- Ergo Concha marina eſt animal.

Syllogiſmus inſtantiuus eſt, qui inſtantiam concludit. Inſtantia eſt propoſitio vniuerſalis, impugnandæ contraria, aut contradictoria. verbi gratia, ſit impugnanda hæc propoſitio.(Omnis homo eſt lapis.) ſic formatur argumentum.

Scilicet
- Nullum animal eſt lapis,
- Omnis homo eſt animal,
- Ergo nullus homo eſt lapis.

Præmiſſæ ſunt veræ, ergo concluſio vera, ergo eius contraria eſt falſa: videlicet iſta, omnis homo eſt lapis: vel ſic per contradictoriam.

- Nullum animal eſt lapis,
- Omnis homo eſt animal,
- Ergo quidam homo non eſt lapis.

Præmiſſæ ſunt veræ, ergo concluſio eſt vera: igitur ſua contradictoria eſt falſa, ſcilicet iſta: Omnis homo eſt lapis.

Quando propoſitio eſt omninò falſa, impugnãda ẽ ſẽper
- Per contrariam, vel
- Per contradictoriam.

Quando propoſitio eſt partim falſa, partim vera, tūnc impugnatur per ſolam contradictoriam: vt, omnis homo eſt infirmus, ſic impugnatur.

Quicumque habet humeros benè proportionatos, non eſt infirmus,
Quidam homo habet humeros benè proportionatos,
Ergo quidam homo non eſt infirmus.

Præmiſſæ ſunt veræ, ergo concluſio vera: igitur ſua contradictoria falſa, iſta ſcilicet, omnis homo eſt infirmus.

De Enthymemate.

B m Enthymema eſt ex Icoſibus & ſignis feſtinata argumentatio. Icos eſt propoſitio probabilis. Signum eſt propoſitio neceſſaria. Probabilis: vt omnis mater diligit filium: Neceſſaria: vt omnis homo eſt animal.

Feſtinata argumentatio eſt, quando ex vna tantum præmiſſa infertur concluſio.

Enthymema duplex { Dialecticum ex icoſibus, ſiue ex propoſitione probabili, Demonſtratiuum ex ſignis, ſeu ex propoſitione neceſſaria.

Si antecedens eſt icos, conſequens erit icos: vt omnis mater diligit filium, ergo hæc mater diligit filium.

Si antecedens eſt ſignum, conſequens erit ſignum: vt omne animal ſentit, ergo omnis homo ſentit.

Dicunt aliqui, eandem propoſitionem eſſe icos & ſignum. Icos quatenus eſt in ſe propoſitio probabilis: ſignum quatenus neceſſariò infert conſequens.

Enthymema aptum diſciplinis fit in prima, vel tertia figura: nam in ſecunda eſt ad diſciplinas inutile.

Syllogiſmus enthymematicus, eſt qui ex enthymemate facto, aſſumpta præmiſſa, quæ deeſt, fit ſyllogiſmus perfectus.

Quando ſubiectum concluſionis eſt in antecedente, deeſt maior ſyllogiſmi.

Vt { Omnis homo eſt animal, Ergo omnis homo eſt ſubſtantia. } Deeſt maior, iſta ſcilicet: omne animal eſt ſubſtantia.

Quando prædicatum concluſionis eſt in antecedente, deeſt minor.

Vt { Omnis homo eſt animal, Ergo omnis homo eſt ſubſtantia. } Deeſt minor, iſta videlicet, omnis homo eſt animal.

De nonnullis alijs ſyllogiſmis fit mentio; ſed iſta quæ dicta ſunt, ſufficere poſſunt.

De medij inuentione in ſyllogiſmo. Cap. xxxviij.

Regula prima.

Concludere volenti vniuerſalem affirmatiuā, ſumendū eſt conſequens ſubiecti ipſius concluſionis, & antecedens prædicati eiuſdē concluſionis: vt ſi cupias concludere iſtam: omnis homo ſentit, ſume aliquem terminū, qui ſequatur ad hominem in bona conſequentia & neceſſaria, & ad ipſum ſequatur prædicatum concluſionis, ſcilicet, ſentire. Nam ſequitur.

Homo

Digitized by Google

Homo eſt, ergo animal eſt: ſic etiam eodem modo ſequitur: Animal eſt, ergo ſentit: Animal ergo erit medium, conſequens ſubiectum, & antecedens prædicatum concluſionis. Formabitur igitur argumentum ad hunc modum.

Omne animal ſentit, — Bar
Omnis homo eſt animal, — ba
Ergo omnis homo ſentit. — ra

Valet hæc regula ſolum in prima figura, & in primo eius modo: pertinet tamen hæc eadem ad inferendā particulā affirmatiuā in Darij: ſumpto eodē medio.

Vt { Omne animal ſentit, — Da
Quidam homo eſt animal, — ri
Ergo quidam homo ſentit. — j }

Infertur in bona conſequentia { Genus ex ſpecie. Homo eſt, ergo animal eſt.
Species ex indiuiduo. Petrus eſt, ergo homo ē.
Communius ex minus communi. Album eſt, ergo coloratum eſt. } Bn

Antecedens ſubiecti, aut prædicati eſt terminus, ex quo infertur ſubiectum, aut prædicatum.

Antecedit { Species ipſum genus.
Indiuiduum, ſpeciem,
Minus commune ipſum communius. }

In terminis conuertibilibus, vterque eſt antecedens, & conſequens: inferens, & illatus: vt homo, & riſibile, animal & ſenſitiuum.

Regula ſecunda.

2 Ad inferendam particularem affirmatiuam, ſumendum eſt antecedens, tàm ad ſubiectum, quàm prædicatum concluſionis, idque propriè in tertia figura: & in tribus illius modis, Darapti, Diſamis, Datiſi.

Vt { Omne animal eſt ſentiens, — Da
Omne animal eſt viuens, — ra
Ergo quoddam viuens eſt animal. — pti }

Secundo ſic { Quoddam animal eſt ſentiens, — Di
Omne animal eſt viuens, — ſa
Ergo quoddam viuens eſt ſentiens. — mis }

Tertio ſic { Omne animal eſt ſentiens, — Da
Quoddam animal eſt viuens, — ti
Ergo quoddam viuens eſt ſentiens. — ſi }

Regula tertia.

3 Ad concludendum vniuerſalem negatiuam, ſumatur conſequens ſubiecti, & extraneum prædicati pro prima figura in Celarent: aut in Cæſare pro ſecunda figura.

Exemplum 1. { Nullum animal eſt lapis, — Ce
Omnis leo eſt animal, — la
Ergo nullus leo eſt lapis. — rent }

Exemplum 2. { Nullus lapis eſt animal, — Ce
Omnis leo eſt animal, — ſa
Ergo nullus leo eſt lapis. — ſne }

Hac

Hac eadem regula vtendum, cum probare volumus particularem negatiuam in Ferio primæ figuræ, & Feſtino ſecundæ.

Exemplum 1.
Nullum animal eſt lapis, — Fe
Quidam homo eſt animal. — ri
Ergo quidam homo non eſt lapis — o

Exemplum 2.
Nullus lapis eſt animal, — Fe
Quidam Leo eſt animal, — ſti
Quidam leo non eſt lapis. — no

Quarta Regula.

4 Ad concludendum vniuerſalem negatiuam in Celantes primę figurę, & Cameſtres ſecundæ figuræ, ſumendum eſt conſequens prædicati, & extraneum ſubiecti.

Exemplum 1.
Nullum inſenſibile eſt homo, — Ce
Omnis lapis eſt inſenſibilis, — lan
Ergo nullus homo eſt lapis. — tes

Exemplum 2.
Omnis lapis eſt inſenſibilis, — Ca
Nullus homo eſt inſenſibilis. — me
Ergo nullus homo eſt lapis. — ſtres.

Hæc eadem regula valet ad probandam particularem negatiuam in Baroco ſecundæ figuræ.

Vt
Omnis lapis eſt inſenſibilis, — Ba
Quidam homo non eſt inſenſibilis. — ro
Ergo quidam homo non eſt lapis. — co

Quinta Regula.

5 Ad concludendum particularem negatiuam ſumendum eſt antecedens ſubiecti, & extraneum prædicati in prima, ſecunda, & tertia figuris. In prima ſic in Ferio.

Nullum animal eſt inſenſibile, — Fe
Quidam homo eſt animal, — ri
Ergo quidam homo nō eſt riſibilis. — o

In eadem figura, & in Feſtino ad hunc modum.

Nullum inſenſibile eſt animal, — Fe
Quidam homo eſt animal, — ſti
Ergo qnidam homo eſt inſenſibilis. — no

In tertia quoque figura, & Felapton. Vt

Nullum animal eſt inſenſibile, — Fe
Omne animal eſt ſubſtantia — lap
Ergo quædam ſubſtantia non eſt inſenſibilis. — ton.

B o

Sola particularis negatiua in omni figura concluditur.

Regula Sexta.

6 Ad concludendum particularem affirmatiuam indirectè, ſumēdum eſt medium

dium

dium antecedens ad ſubiectum, & conſequens ad prædicatum concluſionis: Vt concludere volenti, quòd quædam ſubſtantia eſt viuens, ſumendum eſt, (exempli gratia) vegetabile, quod antecedit ſubſtantiam: ſequitur enim vegetabile eſt, ergo ſubſtantia eſt: Similiter, vegetabile, eſt conſequens ad viuens: Nàm ſequitur: viuens eſt, ergo vegetabile eſt: Formetur igitur ſic argumentum.

Omne vegetabile eſt ſubſtantia,	Ba
Omne viuens eſt vegetabile,	ra
Ergo quædam ſubſtantia eſt viuens.	lipt.

Ad iſtas Regulas facillimè memoriæ commendandas,& conſeruandas, infraſcriptam Sphæram adinuenimus,& adaptauimus inſtrumentaliter,virtualiter continentem omnes veritates cuiuſcunque facultatis, & ſcientiæ tùm practicæ tùm ſpeculatiuæ.

Sphæ-

SPHÆRA PHILOSOPHICA
veritatem omnium cuiuslibet facultatis, tum practica, tum ſpeculatiua virtualiter inſtrumentaliter contentiua.



Conſequens ſubiecti, & prædicati, vel extraneum ſubiecti, & antecedens prædicati extra Sphæram philoſophicam tanquàm inutilia reijciuntur.

Digitized by Google

De poteſtatibus ſyllogiſmorum, & primò, de poteſtate plura concludendi. *Cap. xxxix.*

POteſtas ſyllogiſmi eſt proprietas attributa ſyllogiſmo, ad veritatis euidentiam, & falſitatis oſtenſionem.

Poteſtas ſyllogiſmi ſex-triplex. {
Poſſe plura concludere,
Syllogiſare regulariter,
Ex falſis ſequi verum,
Syllogiſare conuerſiuè,
Syllogiſare per impoſsibile,
Syllogiſare ex oppoſitis.
}

Plura poſſe concludere {
Per conuerſionem concluſionis, aut ſumendo eius ſubalternam,
Sumendo in latus,
In poſtſumendo.
}

1 Quattuor primi modi primæ figuræ poſſunt concludere, & de facto concludunt euidenter: neque reperitur inſtantia, niſi, vt aiunt, in terminis diuinis, vbi eſt vna ſumma res, nempe eſſentia diuina communis tribus perſonis realiter inter ſe, non ab eſſentia diſtinctis.

Vnde non ſequitur {
Omnis eſſentia diuina eſt Pater,
Filius eſt eſſentia diuina,
Ergo Filius eſt Pater.
} Da ri j

Tenent tamen de forma & euidenter etiam in diuinis, cum iſta particula, (quod eſt.)

Vt {
Omne quod eſt eſſentia diuina eſt Pater,
Filius eſt eſſentia diuina,
Ergo Filius eſt Pater.
}

Eſt, dico, hoc pacto bonus ſyllogiſmus, & regulatus per dici de omni, vel de nullo: ſed ſicut concluſio eſt falſa, ita & maior eſt falſa.

2 Primus ſyllogiſmus primæ figuræ, poteſt concludere tres concluſiones: vniuerſalem, ſcilicet affirmatiuam, particularem conuertentem, & particularem ſubalternam.

Vt {
Omne animal eſt ſubſtantia,
Omnis homo eſt animal,
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia: ergo quædam ſubſtantia eſt homo: & quidam homo eſt ſubſtantia.
}

Ratio iſtorum & aliorum, quæ ſequuntur, ſumitur ex duabus regulis, quarum prima eſt iſta. Quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens. Secunda eſt. Quicquid prædicatur de ſubiecto diſtributo, prædicatur de quolibet contento ſub eo.

Quamobrem in ſuperiori exemplo, ſecundum primam regulã concluditur particularis cõuertens, quæ ſequitur in bona conſequentia ad illã concluſionẽ B q
vniuerſalẽ: omnis homo eſt ſubſtantia, ergo ſequitur etiã ad eius antecedẽs, nempe ad eaſdẽ præmiſſas, oẽ animal eſt ſubſtãtia, & omnis homo eſt animal.

Penes ſecundam vero infertur in bona conſequentia: omnis homo eſt ſubſtantia, ergo quidam homo eſt ſubſtantia, & tunc vltrà. Quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens.

3 Secundus modus primæ figuræ poteſt inferre quattuor concluſiones: vniuerſalem negatiuam, eius conuertentem vniuerſalem negatiuam, particularē negatiuam ſubalternam primæ concluſionis, & particularem negatiuam ſubalteinam ſecundæ concluſionis, videlicet conuertentis.

Vt { Nullum animal eſt lapis,
Omnis homo eſt animal,
Ergo nullus homo eſt lapis: & nullus lapis eſt homo: & quidam homo non eſt lapis, & quidam lapis non eſt homo.

Ratio omnium iſtorum patet ex duabus regulis præaſſignatis.

4 Tertius modus primæ figuræ poteſt duas concluſiones concludere, particularem affirmatiuam, & particularem conuertentem, non autem ſubalternam, cum nullam habeat.

Vt { Omne animal eſt ſubſtantia,
Quidam homo eſt animal,
Ergo quidam homo eſt ſubſtantia, & quædam ſubſtantia eſt homo.

5 Quartus modus eiuſdem figuræ vnicam tantum poteſt inferre concluſionem, quia particularis negatiua non conuertitur.

Vt { Nullum animal eſt lapis,
Quidam homo eſt animal,
Ergo quidam homo non eſt lapis.

Br Quando dicitur ſyllogiſmus poſſe concludere plures concluſiones, ſumitur ſyllogiſmus pro aggregato ex duabus præmiſſis in modo, & figura ritè diſpoſitis: nam ſumendo ſyllogiſmum pro aggregato ex præmiſſis, & concluſione, non poteſt plura concludere.

6 Quilibet ſyllogiſmus vniuerſalis primæ figuræ poteſt plura concludere in latus aſſumendo.

Concludere plura in latus aſſumendo eſt, eodem medio, eademque maiori extremitate ſeruata, plures minores extremitates ſumendo ſub eodem medio, varias ac diuerſas inferre concluſiones.

Vt { Oē animal ē ſubſtantia / Omnis homo ē animal / Ergo oīs hō ē ſubſtātia } { Oē animal ē ſubſtantia / Omnis leo eſt animal / Ergo oīs leo eſt ſubſtātia } { Oē animal eſt ſubſtantia / Omnis equus eſt animal / Ergo oīs equ⁹ ē ſubſtātia }

Negatiuè { Nullum animal eſt lapis / Omnis homo eſt animal / Ergo nullus homo eſt lapis } { Nullum animal ē lapis / Omnis leo eſt animal / Ergo nullus leo ē lapis } ſic per ſīgula diſcurrēdo

7 Syllogiſmus in latus aſſumendo poteſt infinita concludere. Ratio eſt, quia cum ſub eodem medio non ſolum minores extremitates vniuerſales poſsint ſubſumi, ſed etiam omnia indiuidua eiuſdem & alterius denominationis, & iſta ſint infinita, infinitas concluſiones valebit inferre.

8 Quilibet ſyllogiſmus vniuerſalis primæ figuræ poteſt plura concludere in poſtſumendo, ſiuè indirectum ſumendo.

Plura concludere in poſtſumendo, vel indirectum, eſt concluſionem primi ſyllogiſmi, conſtituere maiorem 2. ſyllogiſmi, deinde concluſionem. 2. facere maiorem 3. & concluſionem. 3. efficere 4. vſq; ad vltimam progrediendo.

1. Vt

1. Vt { Oẽ per ſe exiſtens eſt ſubſtantia, Omne corpus eſt per ſe exiſtẽs, Ergo omne corpus eſt ſubſtãtia. } 2. { Omne corpus eſt ſubſtantia, Omne vegetabile eſt corpus, Ergo oẽ vegetabile eſt ſubſtãtia. } B

3. { Omne vegetabile eſt ſubſtantia, Omne animal eſt vegetabile, Ergo omne animal eſt ſubſtãtia, } 4. { Omne animal eſt ſubſtantia, Omnis homo eſt animal, Ergo omnis homo eſt ſubſtãtia. }

5. { Omnis homo eſt ſubſtantia, Petrus eſt homo, Ergo Petrus eſt ſubſtantia. } Hic datur ſtatus.

Syllogiſmus in poſtſumendo non poteſt infinita concludere. Ratio eſt: quia inter ſupremum & infimum, finita, non infinita concluduntur: propterea neceſſariò datur ſtatus.

Poteſtas plura concludendi, duas nobis ſubminiſtrat vtilitates. prima eſt, vt per eadẽ præmiſſas ſciamus plurimas inferre cõcluſiones: ſecũda, vt quiſpiã ſyllogiſmus non euidenter concluſionem inferat, queamus oſtendere illam conſequentiam bonam eſſe, ex euidenti alterius ſyllogiſmi illatione.

9 Omnes ſyllogiſmi ſecundę figurę poſſunt plura cõcludere in latus aſſumẽdo.

1. Vt { Nullus lapis eſt animal, Omnis homo eſt animal, Ergo nullus homo eſt lapis. } 2. { Nullus lapis eſt animal, Omnis bos eſt animal, Ergo nullus bos eſt lapis. }

Idem accidit in cæteris huius figuræ modis, in quorum quolibet poteris infinita concludere, ſi volueris, vt tempus ſuffragetur.

10 Nullus ſyllogiſmus ſecundæ figuræ poteſt euidenter plura concludere in latus aſſumendo. Ratio eſt, quia propoſitio in qua ponitur medium, ſub qua fit ſubsũptio, non eſt concluſa per priorem ſyllogiſmum.

11 Omnes ſyllogiſmi vniuerſales ſecundæ figuræ poſſunt plura concludere in directum, ideſt, ſub minori extremitate, ſeu ſub ſubiecto cõcluſionis ſumẽdo.

1. Vt { Nulla ſubſtantia eſt qualitas, Omnis habitus eſt qualitas, Ergo nullus habitus eſt ſubſtantia. } 2. { Nullus habitus eſt ſubſtantia, Omnis planta eſt ſubſtantia, Ergo nulla planta eſt habitus. } B c

3. { Nulla planta eſt habitus, Omnis grammatica eſt habitus, Ergo nulla grãmatica eſt plãta, } 4. { Nulla grammatica eſt planta, Omnis platanus eſt planta, Ergo nulla platanus eſt grãmatica. }

5. { Nulla platanus eſt grammatica, Ars Cantalicij eſt grammatica, Ergo ars Cantalicij non eſt platanus. } Atque hic datur ſtatus.

Quoniam primus ſyllogiſmus, vt in exemplo vides, ſumendo ſyllogiſmũ pro aggregato ex præmiſsis, continet immediatè primã concluſionem, ex qua formatur ſecundus ſyllogiſmus, & ex ſecunda concluſione. 2. formatur tertius, & ita deinceps, non immeritò primus dicitur habere vim plura concludendi; ſicut primus parens gignens filium, ſi filius quoque alium generet filium, & hic alium, quouſque generatio terminetur, dicitur in virtute ſua omnes ſuos poſteros continere, velut Adam omnes homines.

12 Nulli ſyllogiſmi particulares poſſunt plura cõcludere in directũ, ſub ſubiecto videlicet cõcluſionis, ſeu minoris extremitatis aſſumẽdo, quãdo minor extremitas eſt cõcluſionis ſubiectũ, quod ſemper in his, qui directè colligunt, euenit. Ratio eſt, quia in concluſione particulari ſubiectum non diſtribuitur.

13 Omnes ſyllogiſmi tertiæ figuræ poſſunt plura in latus aſſumendo, conclu-dere,ineuidenter tamẽ,cum nulla præmiſſarum talium fuerit ſyllogiſmo euidenti confirmata.

14 Nullus ſyllogiſmus tertiæ figuræ poteſt plura in directum, ſiue in poſtſu-mendo concludere. Ratio eſt,quia cum concluſio particularis ſit, ſubiectum non diſtribuitur. Si tamen concluſio ſit affirmatiua, poterit ſyllogiſmus tertiæ figuræ, vt & aliorum plura per conuerſionem concludere: particularis enim negatiua, vt diximus non conuertitur.

De Poteſtate concludendi verum ex falſis. *Cap. LX.*

Bu 1 EX veris ſequi falſum eſt impoſſibile. Probatur concluſio: Quia antecedens eſt propoſitio,quàm impoſſibile eſt eſſe veram, contingente exiſtente falſo. Si ergo antecedens eſt verum, neceſſariò conſequens eſt verum. Si igitur præmiſſæ ſunt veræ, concluſio erit neceſſariò vera: nàm præmiſſæ ſunt vnum antecedens,& concluſio conſequens.

2 Ex falſis poteſt ſequi verum. Probatur concluſio: Quia ex impoſſibili ſequitur verùm,nàm ex impoſſibili ſequitur quodlibet,vt infrà in libro de ſyllogiſmo probatur: Sed quodlibet impoſſibile eſt falſum; ex falſo igitur ſequetur verum.

3 In modis vniuerſalibus ex ambabus præmiſſis in toto falſis,vel ex parte falſis poteſt ſequi concluſio vera.

Vt { Omnis lapis eſt animal.
Omnis homo eſt lapis,
Ergo omnis homo eſt animal. } { Nullum animal eſt ſubſtantia.
Omnis Planta eſt animal,
Ergo nulla Plãta eſt ſubſtantia.

Item { Omne calidum eſt animal,
Omne ſentiens eſt calidum,
Ergo omne ſentiens eſt animal. } { Nullum infirmum eſt equus.
Omnis homo eſt infirmus.
Ergo nullus homo eſt equus.

Propoſitio in toto falſa ea eſt, cuius prædicatum à ſubiecto vniuerſaliter remouetur. Propoſitio in parte vera,& in parte falſa,illa eſt, cuius prædicatum nec de ſubiecto, vniuerſaliter verificatur, nec vniuerſaliter ab illo verè remouetur: vt omnis homo eſt infirmus. Nonnulli enim ſani ſunt, nonnulli infirmi.

4 In modis vniuerſalibus primæ figuræ ex maiore ex toto falſa, & minore vera non poteſt ſequi concluſio vera: ex maiore tamen in parte falſa, & minore vera,poteſt ſequi concluſio vera.

Vnde non ſequitur verum { Nulla planta eſt animata,
Omnis ficus eſt planta,
Ergo nulla ficus eſt animata.

Non ſequitur affirmatiuè { Omne animal eſt lapis,
Omnis homo eſt animal,
Ergo omnis homo eſt lapis. } In his duobus exemplis maior eſt in toto falſa, & minor vera.

Sequi-

Sequitur autẽ verũ:
Omne animal eſt album,
Omnis Cignus eſt animal,
Ergo omnis Cignus eſt albus,
In hoc, maior eſt partim falſa, partim vera: minor autem vera.

Ratio primæ partis concluſionis eſt: quia ſi maior ſit in toto falſa, ſua contraria erit vera: igitur ex contraria maioris vera, & minore vera, ſequitur contraria concluſionis. Tunc vltrà: Contraria cõcluſionis, aut vera eſt, aut falſa; ſi vera, & ex hypotheſi concluſio primi ſyllogiſmi ponatur vera, ergo duæ contrariæ ſimul veræ, quod fieri nequit; ſi falſa, igitur ex præmiſſis veris ſequitur concluſio falſa, quod ſimiliter fieri nequit, vt ſuprà deductum eſt. Secunda pars concluſionis probatione non indiget.

5 Ex maiori vera, & minori in toto, vel in parte falſa, poteſt ſequi concluſio vera: Prima pars probatur ſumendo ſpecies diſparatas, ſub eodem genere, vel communi contentas, quantum ad modos affirmatiuos.

Vt
Omnis bos eſt animal,
Omnis Leo eſt bos,
Ergo omnis Leo eſt animal.
Maior eſt vera; minor eſt ex toto falſa.

Quantum ad modos negatiuos capi debent ſpecies nõ ſubalternæ, ità quòd vna ſub altera non contineatur, & genus ab illis extraneum.

Vt
Nulla Medicina eſt animal.
Omnis Muſica eſt Medicina,
Ergo nulla Muſica eſt animal.
Maior vera: Minor in toto falſa.

Secunda pars probatur ſumendo maiorem veram, & minorem partim veram, partim falſam. Vt

Omnis homo eſt animal,
Omne poſſibile eſt homo
Ergo oẽ poſſibile eſt aĩal.

Nullum infirmũ eſt lapis,
Omnis homo eſt infirmus
Ergo nullus homo ẽ lapis.

In his duobus, maior vera: minor partim vera, partim falſa.

6 In modis particularibus poteſt ſequi verum ex præmiſſis ambabus ſiuè in toto, ſiue in parte falſis: vt

Omnis planta eſt animal,
Quidam homo eſt planta,
Ergo quidam hõ eſt animal.

Vel ſic
Omnis planta eſt animal,
Omnis homo eſt planta,
Ergo quoddam animal eſt homo.

7 In omnibus modis ſecundæ, & tertiæ figuræ poteſt ſequi verum ex falſis: tã ex ambabus præmiſſis in toto falſis, quàm in parte falſis, & ex vna vera, & altera falſa ſiue ex toto, ſiuè ex parte falſa, quæcumque ea fuerit, ſiue maior, ſiuè minor. Patet concluſio inducendo in omnibus vtriuſque figuræ modis.

Exemplum in ſecunda figura.
Omne animal eſt planta,
Nulla platanus eſt planta
Ergo nulla platanus ẽ aĩal.

In 3.
Omnis homo eſt arbor.
Omnis homo eſt vlmus.
Ergo quidam vlmus eſt arbor.

Ita quoslibet vtriuſque modos, exempla proferendo percurras.

Correlariè duo inferantur ex dictis. Primum eſt. Si concluſio eſt falſa, neceſſe eſt ambas, vel alteram præmiſſam eſſe falſam. Nam ex veris non niſi verum. Secundum eſt. Si concluſio ſit vera, non eſt neceſſe vtramque præmiſſarum, aut alteram eſſe veram: Quoniam verum non ſolum ex vero, ſed etiam ex falſo ſequi poteſt.

8 Non poteſt ex falſis ſequi verum propter quid, ſed ſolum, quia eſt: Ratiò eſt,

Digitized by Google

eſt, quia tunc ad duo contradictoria ſequeretur idem, quod fieri poſſe nullus, niſi amens, admitteret. Nam benè ſequitur. Eſt homo, ergo eſt animal: proptereà quòd ſi antecedens eſt verum, conſequens eſt verum, ſed ſi propter quid, neceſſariò, & vniuerſaliter, ex falsò ſequitur verum: ſequetur etiam: Homo eſt homo, ergo eſt animal. Sed iſta, eſt homo. Non eſt homo, ſunt cōtradictoria, ergo ad duo contradictoria, ſequitur idem, quod eſt abſonum. Sequitur quoque alterum contradictorium ex altero: Probatur conſequentia in hunc modum.

{Eſt homo, ergo eſt animal,
Non eſt homo, ergo eſt animal.

Sic idem conſequens ex vtroque antecedente propter quòd & neceſſariò ſequitur: vtraque conſequentia valida erit: ergò ex oppoſito conſequentis ſequetur oppoſitum vtriuſque antecedentis. ſequetur igitur. Non eſt animal, ergo non eſt homo; & quantum ad ſecundam ſequetur: Non eſt animal, ergo eſt homo: Tunc vltrà ad iſtam. Non eſt animal, ſequitur. Non eſt homo; & ad iſtam. Non eſt homo, vt dictum eſt, ſequitur illa, eſt animal: benè igitur ſequitur: Non eſt animal, ergo eſt animal. Quicquid.n. ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedēs: ſed iſtæ duæ: Non eſt animal, eſt animal, ſunt contradictoriæ: igitur Alterum contradictorium, ex altero ſequitur: At hoc fieri nequit, ergo fieri quoque nequit: vt ex falsò ſequatur verum propter quod, & neceſſariò, ſiue vniuerſaliter.

De tertia Poteſtate, quæ eſt circulariter poſſe concludere. Cap. XLI.

Syllogiſmus circularis eſt quando ex concluſione prioris ſyllogiſmi, & conuertēte vnius præmiſſarum infertur, altera præmiſſa.

Dicitur ſyllogiſmus circularis non abſolutè, ſed in habitudine ad ſyllogiſmum priorem, eo quòd reuertitur, ad aliquam præmiſſam, ex qua prior ſyllogiſmus proceſſit: ſic dictus ad ſimilitudinem motus circularis, qui fit ad illud, vnde mobile venit, reuertendo.

Exemplum 1.	Omne animal rationale eſt diſciplinæ capax, Omnis homo eſt animal rationale, Ergo omnis homo eſt diſciplinæ capax.
Exemplum 2.	Omnis homo eſt diſciplinæ capax, Omne animal rationale eſt homo, Ergo omne animal rationale eſt diſciplinæ capax.

B x

1 Syllogiſmus circularis poteſt eſſe probatiuus concluſionis. Probatur concluſio. Primò, quia præſuppoſito, quòd prior ſyllogiſmus fuerit ex minus notis conſtructus concluſionem præmiſſis notiorem inferens, tunc ſyllogiſmus circularis præmiſſam minus notam ex notioribus colligens, erit concluſionis probatiuus. Secundò, quia fieri poteſt, vt primus ſyllogiſmus ſit ex notioribus ſimpliciter, & ſecundus, qui circularis nominatur, ſit ex notioribus alicui, propter aliquam fortè rationem, vel ob conſuetudinem, auctoritatemuè, aut ob aliud quippiam: ac proptereà, & ſi non omnibus, illi tamen concluſionē com-

Digitized by Google

comprobabit. Tertiò, quoniam contingere poteſt, vt primus à priori, & per cauſam demonſtret effectum, ſecundus verò à poſteriori, atque per effectum cauſam nobis inſinuet: Proinde vterque concluſionem probè confirmabit, alter quia, alter propter quid illam demonſtrando: atque ita fiet, vt fallacia petitionis principii omninò deuitetur.

2 Si præmiſſæ ſyllogiſmi circularis veræ eſſe debeant, non poteſt confici, niſi ex terminis conuertibilibus.

3 In nulla trium figurarum poteſt fieri ſyllogiſmus circularis, niſi altera præmiſſarum prioris ſyllogiſmi conuerti queat.

4 In modis particularibus non poteſt præmiſſa vniuerſalis circulariter colligi, neque in modis negatiuis præmiſſa affirmatiua. nunquàm enim affirmatiua ſyllogiſticè, & gratia formæ ſequitur, niſi ex ambabus affirmatiuis.

5 In modo tamen negatiuo non gratia formæ, ſed gratia materiæ ſecundum Philoſophum poteſt affirmatiua concludi, duabus ſeruatis conditionibus. B y

Prima, quòd termini præmiſſæ negatiuæ ſint negatiuè conuertibiles: vt ſubſtantia, & accidens, & omnes termini contradictorij: Vt homo, vt non homo, ita vt de quolibet alter illorum dicatur.

Secunda, quod omnes ex quibus arguitur ad inferendam præmiſſam affirmatiuam, ſupponunt pro aliquo; nàm ſi aliquis terminorum pro nullo ſupponeret, conſequentia Philoſophi non valeret. Cauſa eſt, quia negatiua de prædicato finito non poteſt mutari in affirmatiuam de prædicato infinito, niſi poſita terminorum conſtantia: vnde non valet: Nulla chymera eſt accidens, ergo omnis chymera eſt non accidens: quia ſi eſt non accidens, ergo ſubſtantia.

His ergo conditionibus ſeruatis, conſequentia Philoſophi tenet, & affirmatiua in modo negatiuo poterit circulariter ſyllogiſari, ad hunc modum.

1 { Nulla ſubſtantia eſt accidens
Omne animal eſt ſubſtantia.
Ergo nullum animal eſt ſubſtãtia. }

2 { Cui nulli ineſt accidens, huic omni ineſt ſubſtantia.
Sed nullum animal eſt accidens,
Ergo omne animal eſt ſubſtantia.

Sic enim ex conuertente maioris præmiſſæ cum concluſione prioris ſyllogiſmi infertur concluſio affirmatiua in ſyllogiſmo circulari.

Sic etiam ſequitur { Nullus lapis eſt non lapis,
Omnis margarita eſt lapis.
Ergo nulla margarita eſt non lapis.

Deinde aſſumpta conuertente præmiſſæ maioris, & aſſumpta concluſione, ſequetur circulariter minor propoſitio affirmatiua.

Vt { Cui nulli ineſt non lapis, huic omni ineſt lapis.
Nulla margarita eſt non lapis,
Ergo omnis margarita eſt lapis.

Requiritur etiam terminorum conſtantia, alias ſyllogiſmus inualidus erit.

Vt non ſequitur { Cui nulli ineſt ſubſtantia, huic omni ineſt accidens,
Nulla chimera eſt ſubſtantia,
Ergo omnis chimera eſt accidens.

7 In primo modo primæ figuræ ex concluſione, & conuertente minoris infertur maior, & ex conuertente maioris in eadem concluſione infertur maior,

Vt

Vt { Oē aĩal rationale eſt riſibile, / Ois hō eſt animal rationale, / Ergo oīs homo eſt riſibilis. } Circularis prim° { Omnis homo eſt riſibilis, / Omne animal rationale ē homo: / Ergo oē aĩal rōnale eſt riſibile.

Secundus circularis in quo minor concluditur. { Omne riſibile eſt animal rationale, / Omnis homo eſt riſibilis. / Ergo omnis homo eſt animal rationale.

8 In ſecundo modo primæ figuræ, ex concluſione, & conuertente maioris infertur circulariter maior: Minor inferri minimè poteſt; quoniam ex puris negatiuis fieret argumentatio.

Vt { Nulla ſubſtantia eſt accidens / Omne per ſe exiſtens eſt ſubſtantia, / Ergo nullū per ſe exiſtēs eſt accidēs. } Maior iſtius argumēti ſic circulariter ſyllogizatur.

Videlicet { Nullum per ſe exiſtens eſt accidens, / Omnis ſubſtantia eſt per ſe exiſtens, / Ergo nulla ſubſtantia eſt accidens.

Minor verò circulariter ſyllogiſari non poteſt ratione aſſignata: vnde non ſequitur.

{ Nullum accidens eſt ſubſtantia. / Nullum per ſe exiſtens eſt accidens, / Nullum per ſe exiſtens eſt ſubſtantia.

9 In modis ſecundæ figuræ ſola negatiua eſt circulariter ſyllogiſabilis. Probatur per ſyllogiſmum factum in Cameſtres.

Vt { Oē per ſe exiſtens eſt ſubſtantia / Nullum accidens eſt ſubſtantia, / Ergo nullū accidēs ē per ſe exiſtēs } 2 { Omnis ſubſtātia eſt per ſe exiſtēs. / Nullum accidēs eſt per ſe exiſtēs. / Ergo nullum accidēs eſt ſubſtātia.

B 2

In quo ſyllogiſmo minor negatiua cum conuertente maioris deducta, & in eodem modo (Cameſtres:) Poteſt tamen etiam deduci eadem minor negatiua, in modo Cæſare. Hoc pacto.

{ Nullum accidens eſt per ſe exiſtens, / Omnis ſubſtantia eſt per ſe exiſtens, / Ergo nulla ſubſtantia eſt accidens. } Et conuerſim, nullum accidens eſt ſubſtantia.

10 In modis particularibus negatiua particularis ſyllogiſmo circulari probari poteſt. Vt in Baroco,

{ Omne accidens eſt inhærens, / Relatio diuina non eſt inhærens, / Ergo relatio diuina nō ē accidēs. } 2 { Omne inhærens eſt accidens, / Relatio diuina non eſt accidens. / Ergo relatio diuina nō eſt inhærens:

11 In modis vniuerſalibus tertiæ figuræ, propoſitio vniuerſalis circulo demonſtrari non poteſt: Ratio eſt, quia concluſio in eis ſemper eſt particularis. Dicitur hoc in loco ſyllogiſmus vniuerſalis, licet concluſio ſit particularis, quando ambæ præmiſſæ ſunt vniuerſales: particularis, quando altera præmiſſarum, non ſolum concluſio, eſt particularis.

12 In modis particularibus tertiæ figuræ affirmatiuis, ſit minor ſit vniuerſalis, & maior particularis, contingit maiorē particularem circulo manifeſtari. Si verò ècontrà, non contingit. Vt in Diſamis contingit, in Dariſi non contingit.

{ Quoddam flebile eſt riſibile, / Omne flebile eſt homo, / Ergo quidam homo eſt riſibilis. } 2 { Quidam homo eſt riſibilis, / Omnis homo eſt flebilis. / Ergo quoddam flebile eſt riſibile.

13 In

13 In modis particularibus tertiæ figuræ negatiuis, particularis negatiua poteſt ſyllogiſmo circulari manifeſtari,& inferri: vt in Brocardo.

1	Aliqua ſubſtantia non eſt accidens Omnis ſubſtantia eſt per ſe exiſtens Ergo aliquod per ſe exiſtens non eſt accidens.	2.	Aliquod per ſe exiſtens non eſt accidens, Omne per ſe exiſtens eſt ſubſtãtia Ergo aliqua ſubſtãtia nõ ẽ acidẽs

Quandocumque præmiſſa prioris ſyllogiſmi non concluditur in ſyllogiſmo circulari in propria forma, ſed eius conuertens, tunc ſyllogiſmus circularis erit imperfectus.

De quarta poteſtate ſyllogiſmorum, quæ eſt conuerſiuè concludere. Cap. XLII.

Syllogiſmus conuerſiuus eſt,qui ex oppoſito concluſionis prioris ſyllogiſmi, & altera præmiſſarum infert oppoſitum alterius præmiſſæ.

Dicitur conuerſiuus non abſolutè, ſed in habitudine ad ſyllogiſmum præcedentem,quem conuertit. Ca

Poteſt fieri in quacumque figura,quia ſemper ex contradictorio concluſionis,& vna præmiſſarum, poteſt inferri oppoſitum alterius præmiſſæ.

Si concluſio ſit vniuerſalis, non ſolum ex concluſionis contradictorio, ſed etiam ex contrario,poterit deduci contrarium alterius præmiſſæ.

Si concluſio ſit particularis, non habet contrariam, ſed ſubcontrariam: ſed non oportet, vt ex ſubcontraria concluſionis cum altera præmiſſarum deducatur alterius præmiſſæ oppoſitum.

1 In primo modo primæ figuræ,ex oppoſito contrario concluſionis cum maiore,poteſt conuerſiuè deduci contrarium minoris in Cameſtres.

1 Vt	Omnis planta eſt vegetabilis, Omnis ficus eſt planta, Ergo omnis ficus eſt vegetabilis.	2	Omnis planta eſt vegetabilis, Nulla ficus eſt vegetabilis, Ergo nulla ficus eſt planta.

2 In primo modo primæ figuræ ex oppoſito contrario concluſionis cum minore,infertur conuerſiuè contradictorium maioris in Felapton.

1 Vt	Omnis planta eſt vegetabilis, Omnis ficus eſt planta, Ergo oĩs ficus eſt vegetabilis.	2	Nulla ficus eſt vegetabilis, Omnis ficus eſt planta, Ergo quædã plãta nõ ẽ vegetabilis.

Maior primi modi primæ figuræ non poteſt interimi per ſuam contrariam: cum ſolum in tertia figura interimatur,iu qua non vniuerſaliter, ſed tantum particulariter concluditur.

3 In modo primo primæ figuræ,ex contradictorio concluſionis cum maiori infertur conuerſiuè contradictorium minoris in Baroco, & cum minori contradictorium maioris in Brocardo.

Exemplũ 1	Omnis planta eſt vegetabilis, Omnis ficus eſt planta, Ergo oĩs ficus eſt vegetabilis,	2	Omnis planta eſt vegetabilis, Aliqua ficus nõ eſt vegetabils, Ergo aliqua ficus nõ eſt plãta.
Exẽplũ 2	Omnis planta eſt vegetabilis Omnis ficus eſt planta, Ergo oĩs ficus eſt vegetabilis	1	Aliqua ficus non eſt vegetabilis, Omnis ficus eſt planta, Ergo aliqua plãta nõ ẽ vegetabilis.

Digitized by Google

In ſecundo modo primæ figuræ ex contradictorio concluſionis cum minore infertur contradictorium maioris in Diſamis.

Vt	Nullum animal eſt lapis, Omnis equus eſt animal, Ergo nullus equus eſt lapis,	2	Aliquis equus eſt lapis, Omnis equus eſt animal, Ergo aliquod animal eſt lapis.

5 In ſecundo modo primæ figuræ ex contradictorio concluſionis cum maiore deducitur conuerſiuè contradictorium minoris in Feſtino.

Vt	Nullum animal eſt lapis, Omnis equus eſt animal, Ergo nullus equus eſt lapis.	2	Nullum animal eſt lapis, Aliquis equus eſt lapis, Ergo aliquis equus nō eſt animal.

6 In modis particularibus ex contradictorio concluſionis cum altera præmiſſarum conuerſiuè deduci poterit contradictorium alterius præmiſſæ, non autem ex contrario. Exempla facilia ſunt.

7 In modis ſecundæ figuræ vniuerſalibus, ex contradictorio, vel contrario concluſionis cum maiore poteſt ſyllogiſmo conuerſiuo deduci contrarium, vel contradictorium minoris; at cum minore & contradictorio concluſionis infertur contradictorium maioris.

Exēplū 1.	Nulla arbor eſt ſentiens, Omne animal eſt ſentiens, Ergo nullum animal eſt arbor,	2	Nulla arbor eſt ſentiens, Omne animal eſt arbor, Ergo nullum animal eſt ſentiens.

In hoc exemplo ex contrario concluſionis cum maiore deducitur etiam conuerſiuum contrarium minoris. Nunc demus exemplum de contradictorio.

Vt	Nulla arbor eſt ſentiens, Omne animal eſt ſentiens, Ergo nullum animal eſt arbor.	2	Nulla arbor eſt ſentiens, Aliquod animal eſt arbor, Ergo aliquod animal nō eſt ſentiēs.

Ex contradictorio autem concluſionis cum minori deducitur contradictorium maioris.

Vt	Nulla arbor eſt ſentiens, Omne animal eſt ſentiens, Ergo nullum animal eſt arbor.	2	Omne animal eſt ſentiens, Omne animal eſt arbor, Ergo aliqua arbor eſt ſentiens.

Contrarium maioris deduci non poteſt, quia in tertia figura non concluditur vniuerſaliter.

8 In modis particularibus ſecundæ figuræ ex contradictorio concluſionis cum altera præmiſſarum poteſt conuerſiuè deduci contradictorium alterius præmiſſæ. Exemplum ad concludendum contradictorium minoris.

Vt	Omne animal eſt ſenſitiuum, Quædam res non eſt ſenſitiua. Ergo quædam res non eſt animal.	2	Omne animal eſt ſenſitiuum, Quælibet res eſt animal, Ergo quælibet res eſt ſenſitiua.

Exemplum, quo deducitur contradictorium maioris.

Vt	Omne animal eſt ſenſitiuum, Quædam res non eſt ſenſitiua, Ergo quædā res nō eſt animal.	2	Quædam res non eſt ſenſitiua, Quælibet res non eſt animal, Ergo quoddā animal nō eſt ſēſitiuū.

9 In modis tertiæ figuræ ſingulis, ex contradictorio concluſionis cum altera præmiſſarum concluditur conuerſiuè contradictorium alterius præmiſſæ. Exemplum, quo concluditur contradictorium, vel contrarium.

Vt

Vt	Omnis ſcientia eſt qualitas, Omnis ſcientia eſt perfectio, Ergo quædã perfectio eſt qualitas	2	Nulla perfectio eſt qualitas, Omnis ſcientia eſt perfectio, Ergo nulla ſcientia eſt qualitas.

Poteſt etiam concludi, ergo quædam ſcientia non eſt qualitas.
Exemplum quo concluditur contradictorium minoris.

Vt	Omnis ſcientiam eſt qualitas, Omnis ſcientia eſt perfectio, Ergo quædã perfectio eſt qualitas	2	Nulla perfectio eſt qualitas, Omnis ſcientia eſt qualitas, Ergo quędã ſciẽtia nõ ẽ pfectio.

Regula quædam.

1 Præmiſſæ ſyllogiſmorum primæ figuræ interimuntur per ſecundam, & tertiam, minor per ſecundam.

2 Præmiſſæ ſyllogiſmorum ſecundæ figuræ interimuntur per tertiam & primam, minor per primam, maior per tertiam.

3 Præmiſſæ ſyllogiſmorum tertiæ figuræ interimuntur per primam & ſecundam, maior per primam, minor per ſecundam.

De quinta ſyllogiſmorum poteſtate, quæ eſt ſyllogiſare per impoſsibile. Cap. XLII.

Syllogiſmus ad impoſſibile dicitur, quando ex oppoſito concluſionis probandæ, cum aliquo manifeſtè vero coaſſumpto infertur manifeſtè falſum, ex quo falſo concluſo fit regreſſus ad interimendam falſitatem vnius præmiſſarum, ob id quod ex veris non poteſt ſequi falſum; & quia propoſitio ſumpta cum oppoſito concluſionis probandæ erat manifeſtè vera, ideo ipſa non poteſt interimi tamquam falſa, & per conſequens concluſio probanda confirmabitur eſſe vera. C b

Exemplo id declaretur; ſi opponens intendat probare iſtam concluſionem, omnis homo eſt riſibilis, & reſpondens neget iſtam: tunc detur ſua oppoſita, ideſt contradictoria, ſcilicet, quidam homo non eſt riſibilis, cui addatur iſtud manifeſtè verùm, omne animal rationale eſt riſibile, & ſic argumentum deducatur: Omne animal rationale eſt riſibile, quidam homo non eſt riſibilis, ergo quidam homo non eſt animal rationale: concluſio eſt impoſſibilis, igitur aliqua præmiſſarum. non maior, quia maior eſt manifeſtè neceſſaria: igitur minor, quæ fuit oppoſita concluſionis probandæ; ac per conſequens concluſio probanda, ſcilicet, omnis homo eſt riſibilis, eſt neceſſaria.

Iſte ſyllogiſmus quandoque vocatur ad impoſsibile, quandoque per impoſſibile, ſecundum diuerſas rationes: quatenus concludit concluſionem impoſsibilẽ, vocatur ad impoſsibilẽ, quatenus verò altera præmiſſarum, quam aſſumit, eſt impoſsibilis, vocatur ſyllogiſmus per impoſsibile.

Iſte ſyllogiſmus quandoq; vocatur per falſum, & ad falſum, ſiuè per abſurdum, & ad abſurdum, quando neutra præmiſſarum eſt impoſsibilis, licet altera ſit falſa, & concluſionem falſam concludit: quæ tamen impoſsibilis non eſt.

Conuenit cũ ſyllogiſmo cõuerſiuo, quia in omni figura & modo, in quibus

poteſt fieri ſyllogiſmus conuerſiuus, ex eiſdem terminis poteſt fieri ſyllogiſmus ad impoſſibile.

Differunt primo, quia conuerſiuus præſupponit alium ſyllogiſmum, quem conuertit: ſyllogiſmus ad impoſſibile præſupponit ſyllogiſmum priorem; ſed vnam propoſitionem, quàm probare intendit, ex cuius oppoſita cum aliquo manifeſtè vero infertur manifeſtè falſum.

Secundò: ſyllogiſmus conuerſiuus poteſt eſſe ex ambabus præmiſsis veris, ſi prior ſyllogiſmus fuit ex vna præmiſſa falſa ad concluſionem falſam. Poteſt etiam eſſe ex ambabus falſis: ſyllogiſmus ad impoſſibile non poteſt eſſe, niſi ex vna præmiſſa vera, & altera falſa, quia falſitas vnius præmiſſarum per falſitatem concluſionis interimenda eſt.

Tertio: ſyllogiſmus ad impoſsibile ordinatur, tanquàm in finem ad probandam concluſionem principaliter intentam, ſed conuerſiuus ordinatur tanquam in finẽ ad aliũ ſyllogiſmũ, vt fit in reductione imperfectorũ ad perfectos.

Si quando idem ſyllogiſmus ſit conuerſiuus, & ad impoſſibile, hoc erit ſecundum diuerſas rationes.

Ad concludendum per impoſſibile, ſemper capiendum eſt oppoſitum contradictorium concluſionis, non contrarium. Ratio eſt, quia Regula ſuprà quà fundatur, ſcilicet de quolibet affirmatio, vel negatio vera, & de nullo ambæ ſimul, non habet locum, niſi in contradictorijs.

Cc 1 Omnes propoſitiones excepta vniuerſali affirmatiua, poſſunt oſtẽdi per impoſſibile in prima figura. Ratio eſt, quia quælibet propoſitio poteſt in qualibet figura, per impoſsibile ſyllogizari, cuius contradictoria poteſt eſſe præmiſſa in tali figura: contradictoria autem vniuerſalis affirmatiuæ, cum ſit particularis negatiua, non poteſt eſſe præmiſſa in prima figura.

Exemplum de vniuerſali negatiua: Si quis neget iſtam. Nullus homo eſt planta: ſic improbatur per impoſsibile, ſumpta contradictoria eius, & alia manifeſtè vera.

Nulla planta eſt animal rationale.	Manifeſtè vera.
Aliquis homo eſt planta.	Cõtradictoria cõcluſionis propoſitæ.
Ergo aliquis homo nõ ẽ aĩal rationale.	Manifeſtè falſa.

Concluſio eſt manifeſtè falſa, ergo aliqua præmiſſarum: non maior, quæ eſt manifeſtè vera, ergo minor: igitur ſua contradictoria vera, ſcilicet iſta, nullus homo eſt planta.

Exemplum de particulari negatiua. Si quis neget hanc: Aliquis homo non eſt equus. Sic improbabitur per impoſsibile in prima figura. Si iſta eſt falſa, ergo ſua contradictoria vera, ſcilicet omnis homo eſt equus. Tunc ſic argumentor.

Omnis equus eſt irrationalis,	Manifeſtè vera,
Omnis homo eſt equus.	Contradictoria concluſionis propoſitæ.
Ergo omnis hõ eſt irrationalis.	Manifeſtè falſa.

Concluſio eſt manifeſtè falſa, ergo aliqua præmiſſarum: non maior, ergo minor, ergo eius contradictoria vera, ſ. Aliquis homo non eſt equus.

Exemplum de particulari affirmatiua. Si quis hanc concluſionem neget, ſ. Aliquis homo eſt diſciplinæ capax: Si improbabitur: Si iſta eſt falſa, ergo illius contradictoria eſt vera, videlicet. Nullus homo eſt diſciplinæ capax. Tunc aſſumpto manifeſtè vero cum iſta, argumentor in prima figura ad hũc modũ.

Nullus

Nullus homo eſt diſciplinæ capax,	Contradictoria cõcluſionis.
Omne animal rationale eſt homo,	Manifeſtè vera,
Ergo nullũ aĩal rõnale eſt diſciplinæ capax.	Manifeſtè falſa.

Concluſio eſt manifeſtè falſa, igitur aliqua præmiſſarum. non minor, cum ſit manifeſtè vera: ergo maior; ſua igitur contradictoria erit vera, ſ. iſta. Aliquis homo eſt diſciplinæ capax.

2 Quælibet propoſitio tuam vniuerſalis, quàm particularis, tàm affirmatiua, quàm negatiua poteſt per impoſsibile confirmari in ſecunda figura. Cd

Exemplum vniuerſalis affirmatiuæ. Neget aliquis iſtam. (Omnis planta eſt animata) ergo ſua contradictoria erit vera: ſcilicet Aliqua planta non eſt animata, tunc aſſumpta iſta cum aliqua manifeſtè vera, ſic argumentor in ſecunda figura in Baroco.

Omne vegetabile eſt animatum	Manifeſtè vera,
Aliqua planta non eſt animata,	Contradictoria concluſionis.
Ergo aliqua planta non eſt vegetabilis.	Manifeſtè falſa.

Concluſio eſt manifeſtè falſa, ergo aliqua præmiſſarum: non maior, quia manifeſtè vera, ergo minor, ergo ſua contradictoria vera, ſcilicet iſta, Omnis planta eſt animata.

Exemplum particularis affirmatiuæ. Si fuerit negata iſta, aliquis homo eſt riſibilis, ergo ſua contradictoria erit vera; Nullus homo eſt riſibilis, tunc aſſumpto manifeſtè vero, ſic argumentor in ſecunda figura, in Cameſtres.

Omne animal rationale eſt riſibile,	Manifeſtè vera,
Nullus homo eſt riſibilis,	Contradictoria concluſionis.
Ergo nullus homo eſt aĩal rationale.	Manifeſtè falſa.

Concluſio eſt manifeſtè falſa, ergo aliqua præmiſſarum: non maior, ergo minor: igitur ſua contradictoria vera, videlicet, Aliquis homo eſt riſibilis.

Exemplum vniuerſalis negatiuę, eſto, quòd quiſpiam neget iſtam: Nullus homo eſt lapis: ſua contradictoria erit vera: Aliquis homo eſt lapis: tunc aſſumpta iſta cum aliquo manifeſtè vero, ſic deduces argumentum in ſecunda figura, in Feſtino.

Nullum animal eſt lapis,	Manifeſtè vera,
Aliquis homo eſt lapis,	Contradictoriã concluſionis probãdæ.
Ergo aliquis homo nõ eſt animal.	Manifeſtè falſa.

Concluſio eſt manifeſtè falſa, ergo aliqua præmiſſarum: non maior, ergo minor, ergo ſua contradictoria vera: Nullus homo eſt lapis.

Exemplum particularis negatiuæ. Aſſerit aliquis iſtam eſſe falſam, Aliquis homo non eſt grammaticus. ergò contradictoria vera: Omnis homo eſt Grãmaticus: tunc aſſumpta vnà cum iſta, aliqua manifeſtè vera, ſic argumenteris in Ceſare.

Nullus ignarus eſt Grammaticus,	Manifeſtè vera.
Omnis homo eſt Grammaticus,	Contradictoria.
Ergo nullus homo eſt ignarus.	Manifeſtè falſa.

Concluſio falſa, ergo aliqua præmiſſarum: non maior, ergo minor: igitur ſua contradictoria vera, Aliquis homo non eſt Grammaticus.

3 Quælibet propoſito vniuerſalis, & particularis affirmatiua, & negatiua poteſt per impoſsibile probari in tertia figura.

Exemplum vniuerſalis affirmatiuæ, ſi quis iſtam negauerit: omne ſentiens eſt

eſt ſubſtantia,ſua contradictoria vera erit,ſcilicet Aliquid ſentiẽs non eſt ſubſtantia: hac iſta aſſumpta cum vnà manifeſtè vera, ſi argumentor in tertia figura,in Brocardo.

Aliquod ſentiens non eſt ſubſtantia,	Contradictoria.
Omne ſentiens eſt animal,	Manifeſtè vera.
Ergo aliquod animal non eſt ſubſtantia.	Manifeſtè falſa.

Concluſio falſa:igitur aliqua præmiſſarum:non minor,ergo maior: ſua igitur contradictoria vera: Omne ſentiens eſt ſubſtantia.

Exemplum particularis affirmatiuæ:Si aduerſarius dixerit hanc eſſe falſã: Aliquis homo eſt pauper: contradictoria erit vera. Nullus homo eſt pauper: Tunc aſſumpta hac,cum alia manifeſtè vera,ſic argumentari poteris in ſecunda figura,in Felapton,vel in Feriſon.

Nullus homo eſt pauper,	Contradictoria.
Quidam homo eſt frater minor.	Manifeſtè vera.
Ergo frater minor nõ eſt pauper.	Manifeſtè falſa.

Concluſio falſa,ergo aliqua præmiſſarum:non minor,ergo maior: ergo ſua contradictoria vera: Aliquis homo eſt pauper.

Exemplum vniuerſalis negatiuæ: Negetur iſta: nullus homo eſt accidens, ergo ſua contradictoria vera: ſcilicet,Aliquis homo eſt accidens: Tunc aſſumendo iſtam,cum aliqua manifeſtè vera,hoc pacto argumentum deduces in tertia figura in Diſamis.

Aliquis homo eſt accidens	Contradictoria,
Omnis homo eſt ſubſtantia,	Manifeſtè vera.
Ergo aliqua ſubſtãtia ẽ accidẽs,	Manifeſtè falſa.

Concluſio falſa,ergo aliqua præmiſſarum: non minor, ergo maior, igitur ſua contradictoria vera,ſcilicet iſta:Nullus homo eſt accidens.

Exemplum particularis negatiuæ.Eſto quòd quiſpiam inficietur iſtã, quædam mulier non eſt virgo,ergo ſua contradictoria vera,omnis mulier eſt virgo.Tunc aſſumpta iſta cum alia manifeſtè vera, ſic deduces argumentum in tertia figura, in Datiſi.

Omnis mulier eſt virgo	Contradictoria.
Quædam mulier eſt corrupta	Manifeſtè vera,
Ergo quædã corrupta eſt virgo.	Manifeſtè falſa.

Concluſio eſt falſa,ergo aliqua præmiſſarum:non minor, ergo maior: ergo ſua contradictoria vera:Quædam mulier non eſt virgo.

Differt ſyllogiſmus ad impoſſibile, à ſyllogiſmo oſtenſiuo, quia oſtenſiuus põt procedere ex veris,ſed ſyllogiſmus ad impoſſibile aſſumit præmiſſã manifeſtè falſam.Huius concluſio ſemper debet eſſe falſa, at illius non eſt neceſſe concluſionem eſſe falſam,aut veram:Omnis tamen concluſio deducta per ſyllogiſmum ad impoſsibile,poteſt deduci per ſyllogiſmum oſtenſiuum.

De ſexta Poteſtate ſyllogiſmorum, quæ eſt ſyllogizare ex oppoſitis. Cap. xliv.

Syllogiſmus ex oppoſitis eſt cuius præmiſſæ ſunt adinuicem contrariæ, vel contradictoriæ ſecundum affirmationem,& negationem. Vt

Om-

Digitized by Google

Omnis diſciplina eſt ſtudioſa, Ca
Nulla diſciplina eſt ſtudioſa, me Cf
Ergo nulla diſciplina eſt diſciplina. ſtres.

1 Nunquam ſyllogiſmus ex oppoſitis poteſt concludere concluſionem affirmatiuam:quia concluſio affirmatiua inferri non valet, niſi ex duabus affirmatiuis: duæ autem affirmatiuæ, nec contrariæ,nec contradictoriæ opponuntur.

2 Si præmiſſæ opponantur ſubcontrariè,non erit ſyllogiſmus ex oppoſitis: Ratio,quia ex puris particularibus nihil ſequitur.

3 Nunquàm poteſt confici in prima figura;quia nunquàm præmiſſæ ſunt oppoſitæ,niſi idē ſubijciatur in vtraque: quod in prima figura non contingit..

4 Ex prædicatis oppoſitis,vt ſunt bonum, & malum non fit propriè ſyllogiſmus ex oppoſitis: propterea quòd talia non opponuntur ſecundum affirmationem, & negationem.

5 Poteſt fieri in ſecunda figura,maiore exiſtente vniuerſali, vt in allato exēplo: vt maiore exiſtente particulari,vt in ſequenti.

Quædam diſciplina non eſt ſtudioſa.
Omnis diſciplina eſt ſtudioſa,
Ergo quædam diſciplina non eſt diſciplina.

6 Poteſtas huius ſyllogiſmi modicæ vtilitatis eſt. Primò, quia non valet ad probandā concluſionem,quam infert,cum illa ſemper falſa ſit, dummodo termini pro aliquo ſupponant. Vnde iſta eſt vera:Nulla chymera eſt chymera, cū eius affirmatiua ſit falſa,vt aiunt,ſcilicet:Omnis chymera eſt chymera.

7 Non valet ad interimendam aliquam præmiſſarum per modum ſyllogiſmi ad impoſsibile: Cum enim præmiſſæ ſint oppoſitæ,notius eſt alteram præmiſſarum eſſe falſam,quàm concluſionem.

8 Valet ad concludendum aliquam concluſionem eſſe falſam,ad hunc modū. Hæc propoſitio poteſt eſſe concluſio ſyllogiſmi ex oppoſitis: igitur hæc propoſitio eſt falſa,poſito quòd termini pro aliquo ſupponant.

9 Valet ad hoc principaliter,quòd ſi reſpondens conceſſerit alteram præmiſſam, deinde opponens tractu diſputationis probet præmiſſam oppoſitam, ità vt reſpondens non reputet inconueniens illas præmiſſas oppoſitas ſeparatim concedi,tunc valet ſyllogiſmus ex oppoſitis ad raciocinandum ex illis oppoſitis conceſſis ad concluſionem,in qua idem negatur de ſeipſo, vt per hoc appareat reſpondens manifeſtè redargutus.

Potuiſſent,& alia multa de ſyllogiſmis adijci, præcipuè de ſyllogiſmis ex propoſitionibus hypotheticis,de quibus à principio huius libelli fecimus mētionem, ſed tandem tædio affecti, & alijs occcupationibus diſtenti, & non nihil aduerſa valitudine impediti ad alia properantes,alijs ſpecialem, & vtilem tractatum de his conficiendum relinquimus.

Reductio ad Sacram Theologiam. Cap. x l v.

Nunc paululum ſtudioſè iuuenis aciem contemplationis erigamus,ad diuina,propter quæ iſta tractantur aſſurgentes, vt pro modulo intellectus noſtri,

Digitized by Google

noſtri, Deum ſummum bonum, Sanctam Trinitatem collaudemus.

Cg Primo in ſyllogiſmo veſtigium Sacramentum Trinitatis agnoſce, quod non minùs in hoc, quàm in rebus alijs omnibus, effulget. In maiori præmiſſa Patrem eiuſque potentiam, in minori filium eiuſque ſapientiam, in concluſione verò Spiritum Sanctum, & eius bonitatem, remotis ſemper imperfectionibus, aduertè. In prima principalitatem, & auctoritatem. Patris ediſce, in ſecunda conauctoritatem Filij: in concluſione, conauctoritatem Spiritus Sancti reſpectu Patris, & Filij contemplare.

Ad eundem modum in maiori extremitate Patrem, in minori Filium, in connexione vtriuſque Spiritumſanctum meditare: qui Patris, & Filij nexus appellatur, in quo tanquàm in communi producto connectuntur. Remoue tamen imperfectiones; nempe ſi in ſignis ex veſtigijs videas inæqualitatem, diſſimilitudinem, diuerſitatem: in illa ſuperſubſtantiali, & à nobis in comprehenſibili Trinitate, loco iſtorum, quæ imperfectionem ſonant, pone æqualitatem, ſimilitudinem, & identitatem, cum quadam tamen auctoritate, & conauctoritate, vt diximus.

Conceptum verò, ac vim illationis tunc veraciter percipit intellectus, cùm videt, concluſionem neceſſariò ſequi ex præmiſſis: quod non ſolum in terminis neceſſarijs aduertit, verum in conſequentibus quoque clariſſimè conſpicit. Non ſolum enim iſta conſecutio neceſſaria eſt. Petrus eſt homo, ergo animal: ſed etiam hæc neceſſaria eſſe conuincitur: Petrus currit, ergo mouetur, quam conſecutionem veram, ac neceſſariam eſſe dicimus, etiam ſi homo non exiſtat. Huiuſmodi ergo illationis neceſſitas non progreditur ab exiſtentia rei in materia: cum contingenter non neceſſariò exiſtat: nec ab exiſtentia rei in anima; quoniam ſi non eſſet in re fictio eſſet, & vanitas. Manat igitur ab exemplaritate in arte æterna, ſecundum quam habent habitudinem adinuicem, ad illius artis æternæ repræſentationem, & imitationem. Collaudetur vnà cum Patre, & Spirituſancto Verbum diuinũ pro nobis incarnatum, quod eſt ars, & exemplar omnium rerum, ars de arte paterna, non alia ars, ſed eadem, ſicut eſt & lumen de lumine, ſed idem lumen, & Deus de Deo, ſed idem Deus.

Ch Illud mirandum, quòd etiam falſa, vt ait D. Aug. lib. de doctrina Chriſtiana, cap. 31. veriſſimè connectuntur: proptereà quòd non ſolum verorum, ſed etiam falſorum ſunt veriſſimæ connexiones. Non ſolùm enim iſtæ veræ ſententiæ verè connectuntur adinuicem, homo eſt, ergo animal eſt; ſed etiam falſæ imo & impoſsibiles, vt illa, homo eſt lapis, ergo eſt inſenſibilis: eo quòd terminorum habitudo, ac connexio ad æternę exemplaritatis imitationem, adeò neceſſaria eſt, vt etiam impoſsibilium nedum falſorum veraciſsimæ mutuæ connexiones.

Harum connexionum tanta vis eſt, & efficacitas, vt etiam ex falſis, & impoſsibilibus verum ſequatur: non quòd falſum pariat verum, aut parere queat; ſed vis illationis, & neceſſariæ connexionis hoc præſtat: quo fit vt ex vera falſorum connexione veritas ipſa emergat, & pateſiat. At contrà ex veris ſequi falſum nequit: tùm quia nec verum falſum ponit, ſicut lumen tenebras gignit, nec vera, ac neceſſaria connexio, cauſa falſitatis exiſtat.

In tanta connexionum, combinationum, poteſtatum ſyllogiſmorum in directum, aut in latus multiplicatione, potentiam, ſapientiam, & bonitatem admi-

admirare, vnde omnia iſta, & alia quorum non eſt numerus; numero, pondere, & menſura, tanquàm ab æterno perenni fonte ſcaturiunt.

Nec putes Ariſtotelem, aut quemquam philoſophorum aliorum has ſyllogiſmorum connexiones, combinationes, multiplicationes adinueniſſe, ſed ſolum ſuperno lumine irradiante adueniſſe, & alijs oſtendiſſe. Quapropter poſſent etiam alij: Deo dante, connexiones alias, alioſque modos, figuras, & ſyllogiſmos aduertere, minuſque peritis, & rudioribus indicare, vt & ipſi edocti poſſent connexionem veritatum alios edocere, quæ eſt in rerum ratione perpetua, & diuinitùs inſtituta. CI

Sicut qui narrat temporum ordinem, non eum ipſe componit; & locorum ſitus, aut naturas animalium, vel ſtirpium, vel lapidum qui oſtendit, non res ab hominibus inſtitutas oſtendit; & ille qui demonſtrat ſydera, eorumq; motus non à ſe, vel ab homine inſtitutum demonſtrat; ſic etiam qui dicit, cum falſum ſit quod conſequitur, neceſſe eſt, vt falſum ſit, vt ità ſit, ſed tantum ita eſſe demonſtrat: caue igitur ne glorieris, te quicquam adinueniſſe, cùm minimè adinueneris, ſed ſolum miſerante Deo aduerteris; non inſtitueris, ſed indicaueris: ob id, qui gloriatur, in Domino glorietur.

Apoſtolum 1. Corinth. 15. ſyllogiſmo hypothetico vſum fuiſſe, clarum eſt. CII
Sic enim, vt ſummatim dicam argumentabatur. Si non eſt reſurrectio mortuorum, neque Chriſtus reſurrexit: Chriſtus autem reſurrexit, eſt igitur reſurrectio mortuorum. Chriſtum quoque ſcientiarum omnium auctorem ſyllogiſmo, vſum eſſe conſtat. Matth. 22. dùm reſpondens captioſæ Iudæorum interrogationi, probauit, cenſum reddendum eſſe Cæſari, quaſi hunc in modum rationem deducens. Vnicuiq;, quod ſuum eſt, reddendum eſt, ergo quæ ſunt Cęſaris Cæſari reddenda, & quæ Dei, Deo. Sed numiſma, vt eius imago, & ſuſcriptio manifeſtat, Cæſaris eſt: ergo Cæſari numiſma cenſus reddendum. Auguſt. lib. 1. contra Creſcentium Grammaticum.

Tu autem Apoſtolum, & Chriſtum imitatus, captioſas argumentationes deuita. Nàm vt ait Eccleſiaſticus 37. Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt. Veras tamen connexiones ratiocinationis, quæ falſas habent ſententias, tunc adhibe; cum ab errore quiſpiam eſt reuocandus, cuius errorem veræ connexiones conſequuntur. Iſtæ enim à bono, & docto homine inferuntur, vt in ijs erubeſcens ille, cuius errorem conſequuntur, eundem relinquat errorem. Ad hunc finem conſimilibus connexionibus vſus eſt Apoſtolus.

Finis Libri Noni.

Digitized by Google

DIALECTICAE LIBER DECIMVS.

De demonſtratione, & eius ſpeciebus pertractans.

PRÆFATIO.

DE ſyllogiſmo in communi, in ſuperiori libro ſatis egimus. Nunc ad eius ſpecies, ſiuè partes ſubiectiuas deſcendendum eſt, quæ ſunt Demonſtratio, ſyllogiſmus topicus, & ſophiſticus: priùs tamèn de Demonſtratione tamquàm de nobiliori in hoc libro agendum, quem in duas partes diuidimus: in quarum prima de Demonſtratione, & eius conſtructione, ac ſpeciebus; in ſecunda de eius vſu, & fructu, nempe de quæſtionum terminationibus, ac ſolutionibus pertractatur.

PARS PRIMA.

De Demonſtrationis definitione.

Cap. I.

DEmonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire ſimpliciter ſuam concluſionem in actu & in particulari: vt omnis homo eſt beatitudinis capax.

Scire quadrupliciter
- Communiter, vt contingentia ad vtrumlibet: vt hominem currere, vel ſedere.
- Propriè; vt contingentia nata, vel vt in pluribus: vt homo naſcitur quinque digitis in manu.
- Magis propriè: vt principia & concluſiones.
- Maximè propriè: vt concluſiones demonſtratas.

A Demonſtratio facit ſcire ſimpliciter, ideſt maximè propriè: per euidentem enim cognitionem præmiſſarum aggenerat euidentem veritatem concluſionis, cuius notitia ſcientia nuncupatur, ſcientia, dico propriè dicta.

Scire

Scire iterum quadrupliciter:

- In vniuerſali, quòd eſt alicuius concluſionis principium cognoſcere, vt ſummum bonum ſuper omnia diligendum.
- In particulari, quòd eſt concluſionem demonſtratiuè cognoſcere, vt ſummum bonum ſuper omnia diligendum. Deus eſt ſummum bonum, ergo ſuper omnia diligendus.
- In actu, qui eſt actualem per demonſtrationem concluſionis ſcientiam habere.
- In habitu, quòd eſt habitualem concluſionis notitiam poſt demonſtrationem, quæ ex præhabita demonſtratione in intellectu derelinquitur, habere.

Demonſtratio facit ſcire in particulari concluſionem, ex proprijs principijs deductam. Vt omne compoſitum ex anima rationali & corpore organico habet vim raciocinandi, & omnis homo eſt huiuſmodi, ergo omnis homo habet vim raciocinandi.

Demonſtratio facit ſcire in vniuerſali, & in virtute, quæſtiones ex propria concluſione deducendas: vt qui ſcit præcedentem quæſtionem, poteſt ex ea aſſumpta pro præmiſſa deducere concluſiones alias: vt Petrus habet vim raciocinandi, &c.

Demonſtratio facit ſcire in actu quæſtionem actu ex ipſa deductam.

Demonſtratio facit ſcire in habitu concluſionem, cuius notitia poſt demonſtrationem in intellectu derelinquitur.

Scire in particulari, & in actu quæſtionem perfectius eſt quam in vniuerſali, & in habitu: ideo tamquam dignius ponitur in demonſtrationis aſsignatione. Habitus enim eſt propter actum.

Definitio ipſius ſcire ſimpliciter.

Scire ſimpliciter, vel maximè propriè, eſt rem, ideſt concluſionem per cauſam, ideſt per præmiſſas, & principia propria cognoſcere, & quoniam illius eſt cauſa, & non contingit hoc aliter ſe habere, ideſt neceſſarium eſſe. B

Eadem ſunt principia eſſendi, & cognoſcendi: ideo concluſio debet ſciri per cauſam.

Ad actualem cognitionem concluſionis requiritur applicatio cauſæ ad effectum, hoc eſt applicatio præmiſſarum ad concluſionem: aliàs non ſciretur niſi in vniuerſali vel in habitu, & ſic imperfectè. ideò dicitur, & quoniam illius eſt cauſa.

Concluſio debet eſſe neceſſaria: nam non contingit aliter ſe habere.

De ordine cognitionis. Cap. II.

Concluſionis demonſtratiuæ cognitio complexa, ex præexiſtente fit cognitione complexa præmiſſarum, vel principiorum.

Omnis enim doctrina, & diſciplina diſcurſiua, tàm in docente, quàm in addiſcente ex præexiſtente fit cognitione. Patet inductiuè in omnibus ſcientijs tàm C

ſpeculatiuis quam practicis. Manifeſtum eſt hoc ſpeculantibus in omnes.Matematicæ enim ſcientiæ per hunc modum fiunt,& aliarum vnaquæquè artiũ.

Exemplum.Scientiæ matematicæ cauſantur ex prius habita cognitione præmiſſarum, vel principiorum ; nàm, vt patet in principio Euclidis, præponuntur quædam principia naturaliter nota ex cognitione terminorum per viam ſenſus,vt punctus eſt : cuius nulla pars eſt:totum eſt maius ſua parte.Circulus eſt figura plana, in cuius medio punctum eſt, à quo omnes lineæ rectæ ad circumferentiam ductæ ſunt inter ſe æquales,ex quibus principijs, & ſimilibus præcognitis Matematicus deducit ſuas concluſiones.

Doctrina dialectica fit ex prius cognitis, nam per præmiſſas notiores concluditur concluſio.

Doctrina perſuaſiua,ſiue rethorica fit ex prius cognitis: nam per enthimema, vel per exemplum concludit concluſionem.

Cognitio complexa, & intellectiua principiorum fit ex præexiſtente cognitione intellectiua terminorum,& incomplexa:vt cognitio iſtius principij, omne totum eſt maius ſua parte, fit ex cognitione incomplexa, & intellectiua ſuorum terminorum.

Cognitio incomplexa, & intellectiua terminorum fit ex cognitione ſenſitiua interiori.Senſus enim interior clauſis oculis adhuc cognoſcit totum,& partem, vel partes totius, vt eſt ſenſus qui dicitur æſtimatiua vel phantaſia,ſic etiam ſenſus communis.

Cognitio ſenſitiua interior fit ex cognitione ſenſitiua exteriori : modò enim abſens video ſenſu interiori Aſiſium, & eius partes,quia vidi ipſum aliquando oculo exteriori.

In cognitione ſenſitiua exteriori datur ſtatus : Obiectum enim ſenſus eſt de ſe proportionatum ſenſui : ſic domus fit ex parietibus, parietes ex lapidibus, & ibi ſtatus eſt, & principium ædificationis.

De Præcognitionibus. Cap. III.

Cvm ſcientia demonſtratiua ex præexiſtenti fiat, cognitione, aliqua neceſſarium eſt præcognoſcere.

Præcognitio eſt ante demonſtrationem requiſita cognitio.

D

- Præcognitio duplex
  - Quid eſt duplex
    - Quid rei
    - Quid nominis duplex
      - Entis
      - Non entis
  - Quia eſt duplex
    - Complexi
    - Incomplexi

Præcognitio quid nominis eſt intellectus,ſiuè conceptus confuſus eius, quod per nomen ſignificatur : vt eſt conceptus hominis,& chimeræ:vacui, & pleni,&c.

Præcognitio quid rei eſt conceptus diſtinctus diffinitiuus, vel eſſentialis de re præhabitus, quæ per nomen ſignificatur, vt animal rationale de homine, & conceptus eſſentialis ſubſtantiæ de ſubſtantia.

Præcognitio(quia) de complexo eſt cognitio,qua aliquid eſſe ens poſsibile præcognoſcitur :vt eſſe ecclipſis ſolis,vel lunæ.

Præcognitio (quia) de complexo eſt cognitio, quia prępoſitio vera eſſe præcognoſcitur:vt totum eſt maius ſua parte.

Præcognitio quid nominis,omnes alias præcognitiones antecedit.
Præcognitio(quia)de incomplexo præcognitiones quia eſt,de complexo,& quid rei antegreditur.
Quid rei quandoque ſub ratione quid nominis præcognoſcitur: vt ſi ignorem, an ſit animal,& tamen priùs mihi offeratur iſta ratio: ſubſtantia animata ſenſitiua,& intelligam, quid per terminos ſignificetur, ſed dubitem an animal ſit ens poſsibile,tunc illa ratio erit mihi quid nominis tantum, cognito autem quod animal eſt ens poſsibile,nam repugnans,tunc erit etiam quid rei.
Quid rei in habentibus quid nominis,& quid rei, priùs cognoſcitur eſſe quid nominis quàm quid rei,vt patet in præcedenti exemplo.

De Præcognitis. Cap. IV.

A

Præcognita ante demonſtrationem tria: Dignitas, Subiectum, Paſsio. Dignitas ſubiectũ,& paſsio omnia ante demonſtrationẽ præcognita quid nominis dignoſcuntur. B

Dignitas pręcognoſcitur;quia eſt vera,ante demonſtrationem pręcognoſcitur.
Subiectum duabus præcognitionibus præcognoſcitur,ſcilicet,prima,quia eſt ens poſsibile,ſecunda pręcognitione quid rei.
Paſsio pręcognitione quid nominis, conceptu tamen eſſentiali pręcognoſcitur quid per nomen ſignificatur, vt riſibilitas antequam de homine demonſtretur non ſolum quoad eius nomen pręcognoſcitur,ſed etiam quoad conceptum, qui eſt conceptus reſpectiuus ſcilicet aptitudo ad ridendum.

De conditionibus præmiſſarum demonſtrationis. Cap. V.

Præmiſſæ demonſtrationis debent eſſe neceſſariæ, Nam demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire quæſtionem neceſſariam:ex contingentibus autẽ non poteſt demonſtrari concluſio neceſſaria, licet ſyllogizari poſsit; vt omne lugens eſt riſibile;quidam homo eſt lugens,ergo quidam homo eſt riſibilis. Iſte ſyllogiſmus eſt ſyllogiſmus,ſed non demonſtrans.
Propoſitio neceſſaria eſt quæ cum ſit ſempiternæ veritatis, eſt à veritate in falſitatem impermutabilis: vt homo eſt rationalis:Deus eſt ſummum bonum.
2 Præmiſſæ demonſtrationis debent eſſe de omni;nam aliàs non poſſent inferre concluſionem vniuerſalem.

Propoſitio de omni duplex.
- Prioriſtico:quando eius prædicatum ſiuè verè, ſiuè falsè de eiuſdem ſubiecto vniuerſaliter effertur, vt omnis homo eſt albus.
- Poſteriſtico:quando eius prædicatũ verè omni contento ſub ſubiecto, & omni tempore conuenit; vt omnis homo eſt animal.

3 Præmiſſæ demonſtrationis debent eſſe per ſe verè.

Modus per ſe triplex.
- Eſſendi,
- Cauſandi,
- Dicendi ſeu prædicandi.

Illud

Illud habet modum eſſendi per ſe,ꝙ cauſã excludit
- Omnes,vt Deus.
- Materiã, vt intelligentiæ.
- Subiectum , vt ſubſtantia.

Omnia indiuidua prædicamenti ſubſtantiæ, ſunt per ſe :ſimiliter,& Deus.

Modus cauſandi per ſe eſt,quando aliquid eſt cauſa per ſe alicuius ; vt iugulatum interijt.

Modus cauſandi per ſe triplex.
- Quando effectus formalis dicitur de aliquo mediante ſua cauſa formali:vt homo albedine eſt albus:& magnitudine magnus.
- Quando actus profluens à cauſa formali,dicitur de effectu formali mediante cauſa formali vt album albedine diſgregat : Nigrum nigredine congregat.
- Quando effectus dicitur de immediato ſuo principio productiuo: vt intellectus intelligit;voluntas vult : potentia viſiua videt, æſtimatiua iudicat.

Modus dicendi per ſe eſt , quando alterum per ſe de altero prædicatur : vt homo eſt animal,homo eſt riſibilis,diſciplinæ capax,&c.

Alterum per ſe de altero prædicatur,quando continet cauſam per ſe inhærentiæ prædicati ad ſubiectum.

Modus dicendi per ſe duplex.
- Primus,qñ prædicatũ definit ſubſtantiam,idque tripliciter.
  - Superius de inferiori.
  - Differenita de ſpecie,
  - Definitio de definito.
- Secundus, quando ſubiectum definit prædicatum.i.ponitur in eius definitione dupliciter.
  - Paſsio de ſubiecto adæquato, vt homo eſt riſibilis.
  - Paſsio de ſubiecto inadæquato, vt animal eſt riſibile.

Propoſitio in ſecundo modo dicendi per ſe eſt , quando definitio , vel pars definitionis de definito prædicatur.

Propoſitio in ſecundo modo dicendi per ſe eſt,quando propria paſsio de ſubiecto prædicatur.

Præmiſſæ demonſtrationis ſunt per ſe veræ in primo , & ſecundo modo dicendi per ſe:in primo,vt omnis homo eſt animal rationale:in ſecundo,vt omne animal rationale eſt riſibile.

4 Præmiſſæ demonſtrationis debent eſſe primo veræ , vel ſecundum quod ipſum,ſiuè vniuerſales.

Vniuerſale,eſt prædicatum dictum de omni per ſe, & primo ſecundum quod ipſum.

Primum,ſiuè ſecundum, quod ipſum eſt , quod conuertibiliter ineſt ſubiecto:vt riſibile de homine,vel animal rationale.

Secundum,quod ipſum ſemper dicit cauſalitatẽ præciſam , & adæquatam , qua prædicatum ineſt ſubiecto.

Præmiſſæ demonſtrationis debent eſſe prima,ſiuè principia prima.

Prin-

Principia dicuntur prima, quia per alias propoſitiones, priores probari non poſſunt. H

Principia non dicuntur prima, quia illis aliæ propoſitiones priores non reperiantur, ſed quia per priores probari non poſſunt.

5 Principia demonſtrationis debent eſſe immediata, vel indemonſtrabilia.

Propoſitio immediata eſt, qua non eſt altera prior, per quam demonſtretur.

Principia prima, & immediata ſunt termini conuertibiles. omne enim principium in propoſito eſt immediatum, & omne immediatum eſt primum.

Iſti termini diuerſas habent diffinitiones, quid nominis exprimentes: ideò non ſunt termini ſynonimi, atque ideò ſine nugatione poſſunt poni ex parte vnius extremi.

6 Principia demonſtrationis debent eſſe priora concluſionibus: ſunt enim prima: omne autem primum, eſt prius alio.

Prioritas triplex:
- In rebus extrà, vt materia prior forma, & corpus prius anima.
- In terminis incomplexis, vt animal prius homine, & vegetabile prius animali.
- In propoſitionibns: vt antecedens, & præmiſſa prior conſequente, & concluſione.

In rebus vna prior alia tripliciter:
- Duratione, quæ duratione præcedet, vt Auus eſt prior Patre,
- Natura, quæ poteſt eſſe ſine alia, non èconuerſo, vt ſubſtantia prior accidente.
- Perfectione, quæ eſt perfectior alia, vt anima prior corpore.

In terminis incomplexis vnius eſt prior alio, vel quia:
- Communior, vt animal homine, vegetabile animali. I
- Ab vno ad aliud eſt bona conſequentia reſpectu exiſtentiæ: vt dualitas eſt, ergo vnitas eſt; non autem è conuerſo.

In propoſitionibus vna eſt prior alia, vel quia:
- Conſtat ex terminus communioribus, vt iſta; omne animal eſt ſenſitiuum, eſt prior illa: homo eſt riſibilis.
- Magis explicatiua eiuſdem rei, vel plurium: vt iſta; omne compoſitum ex materia formaque eſt corruptibile, eſt prior illa, omne corpus eſt corruptibile.
- Conſequentia naturali infert aliam; vt animal ſentit, ergo homo ſentit.

Iſta prioritas non habet locum in illis propoſitionibus, quarum vna accipit definitum, alia definitionem exprimentem quid nominis tantum. Significatũ enim vocabuli non poteſt ſciri ſine definitione quid nominis; ſi habet quid nominis.

Significatum vocabuli poteſt haberi ſine definitione exprimente quid rei, quamuis habeat definitionem quid rei.

Arguẽdo à definitione quid nõis, ad definitũ, eſt petitio principij, vt Socrates eſt amator ſapiẽtiæ: ergo philoſophus eſt; non aũt à definitione quid rei.

7 Prin-

7 **Principia ſunt cauſæ quæſtionis.**

8 **Principia, & cauſæ quæſtionis quatuor**
- Quia notitia principiorum facit notitiam quæſtionis, ideſt intellectus ex notitia principiorum elicit notitiam concluſionis.
- Quia principia exprimunt cauſam propter quam ſic eſt ex parte rei, ſic denotatur per concluſionem.
- Quia quæſtio cõponitur præcisè ex terminis poſitis in præmiſſis non è conuerſo.
- Quia conſequentia naturali inferunt quæſtionem non è conuerſo.

Principia ſunt cauſa quæſtionis effectiua, quia notitia principiorum facit notitiam quæſtionis, hoc eſt intellectus, ex illa elicit iſtam.

Principia ſunt cauſa quæſtionis, quia exprimunt cauſam rei denotatæ per quæſtionem non è contra.

Principia ſunt cauſa quæſtionis, quia naturali conſequentia inferunt quæſtionem non è conuerſo.

Principia ſunt cauſa naturalis quæſtionis, quæſtio enim componitur præcisè ex terminis poſitis in principijs, vel præmiſſis, non è conuerſo.

9 Præmiſſæ demonſtrationis debent eſſe notiores quæſtione: Nullum enim ignotius facit notitiam magis noti, nec æquè notum facit ſcire æquæ notum.

Præmiſſæ demonſtrationis faciunt ſcire quæſtionem. Ideò erunt notiores concluſione.

Quælibet præmiſſarum poteſt cognoſci ante quæſtionem.

Maiore, & minore ſimul cognitis, ſimul tempore cognoſcitur quæſtio, ſed poſteriùs natura.

Præmiſſis cognitis in ratione cauſæ ſimul natura cognoſcitur, quæſtio in ratione effectus, correlatiua, enim ſunt ſimul naturali intelligentia.

Ante demonſtrationem quęſtio ſcitur in vniuerſali, ignoratur in particulari.

De conditionis quæſtionibus Demonſtratiuæ. Cap. VI.

Concluſio demonſtratiua eſt neceſſaria, ideſt impermutabilis à veritate in falſitatem: præmiſſæ enim ſunt neceſſariæ ex neceſſarijs autem non ſequitur contingens.

1 Concluſio demonſtrata ſi ſit demonſtrationis ſimpliciter, eſt de omni.

Concluſio demonſtrationis eſt per ſe vera.

Concluſio demonſtrationis eſt primo vera.

Concluſio demonſtrationis eſt dubitabilis: non enim eſt per ſe nota, & quælibet talis poteſt eſſe quæſtio; quæſtio autem eſt dubitabilis propoſitio ſecundum Boetium.

Propoſitio eſt primo vera, quando prædicatum nulli ſubiecto communiori illo

De Principiorum Diuiſione. Cap. VII.

PRincipia ſunt propoſitiones immediatæ, quæ per ſeipſas,non per alias priores fidem habent.

Principia duplicia. { Communia. / Propria.

Principia communia ſunt principia,quæ diuerſis ſcientijs accommodantur: vt quæcunque ſunt vni, & eidem æqualia, inter ſe ſunt æqualia: applicatur Geometriæ,Arithmeticæ,Phiſicæ,Aſtrologiæ,&c.& hoc contrarium,à ſuo cõtrarium natum eſt corrumpi,applicatur Phiſicæ,morali,& Medicinæ.& illud, quicquid dicitur de definitione, dicitur de definito,applicatur omni ſcientiæ.

Principia propria ſunt quæ vni tantum ſcientiæ, aut vni parti eius accommodantur. Exemplum primæ partis. De quolibet affirmatio, vel negatio vera,de nullo ambo ſimul: conuenit toti logicæ.exemplum ſecundæ, quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto,de quo non dicatur prædicatum, de quocunque dicitur ſubiectum,de eodem dicitur prædicatum,applicatur lib.priorum.

Principia propria duplicia. { Dignitates,vel propoſitiones per ſe notæ. / Poſitiones. M

Propoſitio per ſe nota eſt illa, quæ ex terminis proprijs, qui ſunt aliquid eius,vt ſunt eius,habet euidentem veritatem, non propter aliquod aliud in ratione obiecti,quod ſit extrà terminos proprios.

Dicitur ex terminis eius,vt ſunt eius, ideſt, eo modo quo termini ibi ponuntur confuſi,vel diſtincti.Vnde

Propoſitio per ſe nota, aut eſt. { Per ſe nota cognitione confuſa terminorum, vt omne totum eſt maius ſua parte. / Per ſe nota cognitione diſtincta terminorum, vt omne animal rationale eſt riſibile.

Dicitur non propter aliud in ratione obiecti, quia in ratione potentiæ requiritur intellectus.

Terminus confuſus eſt terminus definiti, terminus diſtinctus, eſt terminus definitionis: ideſt terminus confuſus eſt ipſum definitum, terminus diſtinctus eſt ipſa definitio:confuſus,vt homo;diſtinctus,vt animal rationale.

Omnis propoſitio, quæ eſt per ſe nota cognitione confuſa terminorum, eſt etiam per ſe nota cognitione diſtincta terminorum: vt omne totum eſt maius ſua parte,eſt per ſe nota cognitione confuſa terminorum, quæ eſt etiam per ſe nota cognitione diſtincta terminorum: vt omne, quod continet multitudinem partium,eſt maius quolibet contento ſub illo continente.

Si propoſitio ſit per ſe nota cognitione diſtincta terminorum,non propter hoc eadem erit etiam per ſe nota cognitione confuſa terminorum: vt iſta, omne animal rationale eſt riſibile, eſt per ſe nota cognitione diſtincta terminorum: ſed ſi loco termini diſtincti ponatur confuſus, non erit propoſitio per ſe nota, vt eſt iſta: homo eſt riſibilis.

Ratio diuerſitatis eſt,quia terminus diſtinctus non tollit euidentiam termi-

ni confuſi de eadem re, ſed magis eum explicat.

Sed aliqua euidentia,& conformitas eſt in termino diſtincto, quæ non elu-ceſcit in termino confuſo. Ideò non ſequitur;ſi eſt propoſitio per ſe nota ex terminis diſtinctis,ꝙ ſit per ſe nota ex terminis confuſis, ſed benè èconuerſo.

Propoſitio non dicitur per ſe nota,quia ſit per ſe aliquo modo obiectum alicuius notitiæ qua dicatur per ſe nota: probatur: quia omnis propoſitio in mente formata eſt intellectio,vel notitia complexa,quæ non poteſt eſſe ſui ipſius,ſed alterius notitiæ obiectum: ſignificatio dicitur per ſe nota, quia obiectum alicuius notitiæ,non niſi alterius à ſe, & notitiæ reflexæ: ſed ſic omnis propoſitio poſſet dici per ſe nota, cum omnis propoſitio poſſit eſſe, per ſe obiectum alicuius notitiæ reflexæ,qua cognoſcatur.

N Propoſitio per ſe nota, eſt per ſe nota ſtatim vt eſt formata anteqnàm actu intelligatur: ideò non dicitur per ſe nota, quia obiectum alicuius notitiæ.

Propoſitio per ſe nota non exigit aliquam propoſitionem aliam, nec intellectionem complexam,reflexam,ergo non eſt per ſe nota, quia ſit alterius notitiæ complexæ,vel incomplexæ obiectum.

Propoſitio non dicitur per ſe nota, quia ſit principium effectiuum alicnius notitiæ,quia ſic omnis propoſitio eſſet per ſe nota.

Propoſitio non dicitur per ſe nota, quia ſit principium productiuum aſſenſus terminati ad ipſam:nam aſſenſus, quæ ea mediante cauſatur ab intellectu non reſpicit ipſam propoſitionem,vt obiectum, ſed rem per propoſitionem ſignificatam.

O Propoſitio dicitur per ſe nota,quia ſic eſt euidens, quod ſtatim per ipſam formatā natus eſt cauſari in intellectu aſſenſus, cuius obiectum nō propoſitio formata eſt,ſed res per eam ſignificata. Vt quando formatur in mente iſta propoſitio,omne totum eſt maius ſua parte, ſtatim in mente cauſatur aſſenſus,qui terminatur ad ipſam rem ſignificatam per propoſitionem formatam: videlicet omne totum eſſe maius ſua parte, quod eſt ſignificatum totale illius propoſitionis formatæ.

Virtute aſſenſus cauſati per ipſam propoſitionem per ſe notam, ſtatim intellectus ſi ſe ſuper propoſitionem conuertat, aſſentitur propoſitionē eſſe veram: prius enim aſſentitur intellectus rei ſignificatæ per propoſitionem,quàm cognoſcat,vel aſſentiatur,illam eſſe veram: ſi enim ab eo,quod res eſt, vel nō eſt,eſt propoſitio vera,vel falſa, priùs neceſſe eſt cognoſcere rem ſignificatam ità ſe habere,quàm cognoſcatur propoſitionis veritas.

Propter duo aliqua propoſitio eſt per ſe nota; primum eſt, quia eſt notitia complexa,qua mediante ſine omni alia,intellectus cauſat aſſenſum ſui obiecti præintellecti. Secundum eſt,quia intellectus eam eſſe veram abſque omni alia formata,eam probante cognouit,quando ſe ſuper eam conuertit.

Et ſi intelligit propoſitionem per ſe notam eſſe veram per aliam propoſitionem, tamen illa propoſitio eam non probat, ſed tantum annuntiat eam eſſe veram.

In propoſitione non per ſe nota intellectus non aſſentitur rei per eā ſignatæ, ea ſola mediante, ſed mediantibus præmiſſis ea notionibus, ex quibus infertur,nec aſſentit eam eſſe veram, vt abſolutè formatam, ſed vt ex principijs illatam,patet ex oppoſito.

Aliter etiam definiri ſolet ſecundum Ariſtotelem in poſterioribus ipſa dignitas

Digitized by Google

gnitas,vel propoſitio per ſe nota : Hoc modo. Dignitas eſt quàm vnuſquiſque probat auditam,& quàm quemlibet docendum,à natura habere oportet .

Dignitatem à natura habere eſt,illi cognitis terminis intellectum naturali lumine aſſentiri .

Dignitas,propoſitio per ſe nota,maxima,communis conceptio , communis notio, proloquium, profatum,idem ſunt .

In diſciplinis ſecundum materiam ſubiectam dignitates intellectę principia propria ſunt:ſin minus,communia.vt in Arithmetica, ſi ab æqualibus æqualia demas,quæ remanent ſunt æqualia,ſi de numeris intelligatur , erit principium proprium Arthimeticæ .

Poſitio eſt principium,quod cum demonſtrari non poſſit, non eſt tamen neceſſe diſcipulum,vel addiſcentem habere illud à natura: deſt ſtatim naturali lumine illi aſſentiri . Poſſunt enim poſitiones probari inductione , vel alia probatione Dialectica . vt eſt illud . A puncto ad punctum rectam lineam ducere .

Dignitates maiori lumini,ac clariſſimo comparantur , Poſitiones verò minori apparenti ſolùm acutiores oculos habentibus .

Poſitionis diuiſio.

Poſitio duplex
- Eſſe aut non eſſe ſignificans . duplex.
  - Suppoſitio.
  - Diuiſio.
- Eſſe aut non eſſe non ſignificans
  - Definitio.
  - Diuiſio ſine eſſe,aut non eſſe pronunciata.

Suppoſitio eſt poſitio,eſſe aut non eſſe abſolutè ſignificans : Vt motus eſt . Nàm omnia mouentur.Punctus eſt. linea eſt,&c.ſimilia .

Diuiſio eſt poſitio eſſe alicuius ſignificans per partes diuidentes , ſeu patientes:Vt animal,aliud eſt rationale,aliud eſt irrationale.

Poſitio eſſe,aut non eſſe,non ſignificans duplex
- Definitio ſine eſſe,autnon eſſe pronunciata .
- Diuiſio ſine eſſe, aut non eſſe pronunciata .

Definitio eſt poſitio eſſe,aut non eſſe,non ſignificans, ſed naturam rei per eſſentialia explicans : vt animal rationale naturam dicit hominis .

Diuiſio ſine eſſe enuntiata , eſt poſitio , membra diuidentia ſine eſſe ſignificans : vt decem prædicamenta quatuor cauſæ .

Suppoſitio duplex.
- Petitio .
- Aſſumpta ſuppoſitio .

Petitio eſt ſuppoſitio , quæ ponendis aptatur hypotheſibus , vt ſi ponamus cuilibet propoſitioni vniuerſali dari contrariam, & particulari ſubcontrariã.

Petitiones non aſſumuntur præmiſſæ demonſtrationum, ſed valẽt ad ponẽdam hypotheſim in demonſtratione,ne quid in diſciplinis ponatur abſurdum , aut earum principijs repugnans .

Aſſumpta ſuppoſitio eſt ſuppoſitio,quæ demonſtrationis aſſumitur præmiſſa,vt ad demonſtrandum,quod omnis demõſtratio eſt ex veris,aſſumetur iſta, quòd falſum non ſcitur (& altera) quod verum non ſcitur niſi ex veris, ergo

Digitized by Google

illa duo principia ſunt ſuppoſitiones,aſſumptæ, & ita in cæteris.

Definitio cum eſſe enunciata,vt homo eſt animal rationale,ad dignitatem reducitur,ſi ſit naturaliter nota, & per ſe nota;ſin minus, ad ſuppoſitionem.

De Demonſtrationum varietate. Cap. VIII.

Q Demonſtratio duplex { Propter quid, & à priori. / Quia, & à poſteriori.

Demonſtratio propter quid eſt illa,quæ per cauſam propinquam,ſiue conuertibilem procedit,cuius præmiſſæ ſunt ſimpliciter priores concluſione.

Demonſtratio quia,illa eſt quæ per cauſam remotam, aut per effectũ procedit,cuius præmiſſæ non ſunt ſimpliciter priores concluſione.

Demonſtratio propter quid,& quia,differunt inter ſe pluribus modis.

Primo differunt,quia demonſtratio propter quid,eſt vera demonſtratio; demonſtratio quia, ſecundum quid & æquiuocè eſt demonſtratio.

Secundo differunt, quia demonſtratio propter quid eſt ex propoſitionibus neceſſarijs prioribus,qua habita ceſſat omnis quæſtio circa concluſionem.

Exemplum primi,ſi demonſtretur,quòd terra interponitur inter Solem, & Lunam,per hoc,quod Luna eclipſatur, præmiſſæ nõ ſunt priores cõcluſione.

Exemplum ſecundi,ſi ſic arguatur.Nullum non animal reſpirat, planta eſt non animal,ergo planta non reſpirat: iſte ſyllogiſmus eſt ex prioribus. adhuc tamen contingit quærere,quare planta non reſpiret: ſufficiẽter.n.ſcitur,quod planta non reſpirat:ſed non ſufficienter,quare non reſpiret.

Tertiò differunt demonſtratio,quia & propter quid in eadem ſcientia, vt ſi quis demonſtret,quòd Planetæ non ſcintillent,quia ſunt propè. ſic. Nullum aſtrum propè exiſtens,ſcintillat.Planetæ ſunt aſtra propè exiſtentia, ergo non ſcintillant,erit demonſtratio propter quid.Si verò demonſtretur, quod Planetæ ſunt propè,quia non ſcintillant,ſic:Omne aſtrum non ſcintillãs eſt propè: Planetæ ſunt aſtra non ſcintillantia,ergo ſunt propè, erit demonſtratio, quia; Nàm non ſcintillare non eſt cauſa,quare Planetæ ſint propè: ſed eſſe propè, eſt cauſa,quare non ſcintillant.

Similiter etiam in eadem ſcientia, quando demonſtratur effectus per cauſã remotam,erit quia:per proximam erit propter quid:vt omne animal reſpirat: at planta non eſt animal,ergo non reſpirat,erit demonſtratio quia,licèt ſit per cauſam.Si verò ſic:nullum non habens pulmonem reſpirat:at planta nõ habet pulmonem,ergo planta non reſpirat,erit demonſtratio propter quid: quia per cauſam proximam,& conuertibilem.

Quarto differũt in diuerſis ſciẽtijs,vt qñ demõſtratio propter quid habetur in ſciẽtia ſubalternãte,demonſtratio,quia habetur in ſubalternata, Vnde.

R Scientia duplex { Subalternans { Largè. / Strictè. } / Subalternata { Largè. / Strictè. } }

Sciẽtia ſubalternans eſt,quæ alteri ſciẽtiæ ſua mutuat principia, aut ea, quæ ex principijs eius ſunt cognita, vt Arithmetica eſt ſubalternans reſpectu muſicæ.

Scien-

Scientia ſubalternata eſt , quæ alterius ſcientiæ mutuatis principijs aut his, quæ ex principijs cognita ſunt vtitur .

Scientia ſubalternans,& ſubalternata largo modo vel ſecundum ſe,vel ſecundum aliquam partem ſui eſt,quandocumque aliqua ſcientia totalis cognoſcit principium,& alia ſcientia totalis cognoſcit quæſtionem:ita tamen quod illæ non conſtituant vnam ſcientiam totalem : vt geometria,& medicina: nam medicicina cognoſcit hanc quæſtionem , quod vulnera orbicularia difficilius ſanantur,quàm oblonga . Geometria verò cognoſcit principium vniuerſale huius quæſtionis ſcilicet, quod circulus eſt figura,cuius latera ſecundum omnem dimenſionem maximè diſtant .

Hoc modo loquendo,logica , & metaphiſica ſecundum aliquid ſui ſubalternant omnes ſcientias particulares,iſtęque ſubalternantur illis .

Scientia ſubalternans , & ſubalternata ſtrictè ſumpta,eſt quando principium ſcitur per ſubalternantem & concluſio per ſubalternatam , & ſubiectum vnius eſt per accidens inferius ad ſubiectum alterius , ſubiectumque vnius importat partem ſignificatam per ſubiectum alterius : vt ſi linea ſit ſubiectum in geometria, linea viſualis in perſpectiua ſubiectum erit . Numerus eſt ſubiectum arithmeticæ, numerus,ſonorus in muſica :

Demonſtratio propter quid quadruplex.
- Per cauſam materialem ,
- Per cauſam formalem , S
- Per cauſam efficientem ,
- Per cauſam finalem .

Demonſtratio propter quid poteſt fieri per cauſam materialem; vt quicquid ex materia componitur eſt corruptibile: omnis res naturalis ex materia componitur,ergo omnis res naturalis eſt corruptibilis .

Demonſtratio propter quid poteſt fieri per cauſam formalem : vt omne animal rationale eſt diſciplinæ capax,omnis homo eſt animal rationale,ergo diſciplinæ capax .

Demonſtratio propter quid poteſt fieri per cauſam efficientem,vt omne lucidum illuminat,ſol eſt lucidus,ergo ſol illuminat .

Demonſtratio propter quid poteſt fieri per cauſam finalem: vt quidquid natum eſt ad fælicitatem,eſt virtutis , & diſciplinæ capax: homo ad fælicitatem natus eſt,ergo eſt virtutis & diſciplinæ capax .

Demonſtratio quia duplex.
- Per cauſam remotam quadruplex.
  - Materialem,
  - Formalem,
  - Efficientem,
  - Finalem .
- Per effectum.
  - Remotum
  - Conuertibilē
  - Vtrūque quadrupliciter.
    - Cauſæ mālis,
    - Formalis ,
    - Efficientis,
    - Finalis .

Cauſa conuertibilis eſt,quæ de effectu vniuerſaliter verificatur, & è contra.

Cauſa non conuertibilis eſt,quæ cum effectu non conuertitur , ſed eſt magis minuſque communis . Exemplum primæ.quicquid nutritur eſt ſubſtantia,caliditas non eſt ſubſtantia , ergo caliditas non nutritur : ſubſtantia eſt cauſa nutritionis,ſed non conuertitur, quia non omnis ſubſtantia nutritur, ſed eſt magis communis quam nutritio, qui eſt ſubſtantiæ effectus. Exemplum ſecundæ T

omne

omne animal nutritur, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo nutritur: animal eſt minus commune nutritione, quæ eſt effectus; nam non ſolum animal nutritur ſed etiam planta: vegetabile igitur erit cauſa conuertibilis, cùm nutritione: quicquid eſt vegetabile, nutritur, & quicquid nutritur vegetabile eſt.

Effectus conuertibilis, eſt, qui de cauſa vniuerſaliter verificatur, & è contra: vt omne lucidum illuminat, & omne illuminans eſt lucidum. Lucidũ eſt cauſa; illuminare eſt effectus.

Effectus non conuertibilis eſt, qui de cauſa vniuerſaliter non verificatur, vt homo nutritur, ergo eſt ſubſtantia: homo videt, ergo eſt animal. non enim omnis ſubſtantia nutritur, nec omne animal videt.

Superdiuiſio prima.

V Demonſtratio duplex { Vniuerſalis, / Particularis.

Demonſtratio vniuerſalis eſt illa, quæ ex vniuerſalibus conſtituitur propoſitionibus.

Propoſitiones vniuerſales ſunt de omni, per ſe, & ſecundum quod ipſum: vt quicquid habet animam nutritur: omne vegetabile habet animam, ergo omne vegetabile nutritur.

Demonſtratio particularis eſt, cuius ambæ vel altera præmiſſarum aſſumptarum particularis eſt.

Propoſitio particularis non ſecundum quantitatem, ſed ſecundum prædicationem hic attendetur, & eſt ea, quæ non eſt ſecundum quod ipſum.

Propoſitio non ſecundum quod ipſum eſt, quæ non componitur ex terminis conuertibilibus, quamuis ſit de omni, & per ſe, vt omnis homo eſt ſubſtantia, omnis ſubſtantia eſt ens.

Demonſtratio particularis tripliciter, vel quando {
- Ambæ præmiſſæ ſunt particulares, vt omne animal nutritur, & omnis homo eſt animal, ergo, omnis homo nutritur.
- Maior eſt particularis, vt omnis homo eſt animal, omne animal ſentit, ergo omnis homo ſentit.
- Minor eſt particularis: vt omne animal habet tactũ, oĩs homo eſt animal, ergo oĩs homo habet tactũ.

Superdiuiſio ſecunda.

Demõſtratio duplex. { Effectiua eſt, quæ quæſtionem concludit affirmatiuam. / Negatiua, quæ quæſtionem concludit negatiuam.

Superdiuiſio tertia.

Demõſtratio duplex. { Oſtenſiua quæ ex duobus manifeſtè veris propoſitum concludit. / Ad impoſſibile.

Demon-

Demonſtratio oſtenſiua, demonſtratio aſſertiua, idem ſunt; poteſtque eſſe tùm affirmatiua, cùm negatiua: vt, quicquid habet animam ſenſitiuam ſentit, omne animal habet animam ſenſitiuam. ergo omne animal ſentit. Item, nullum per ſe exiſtens eſt accidens, omnis ſubſtantia eſt per ſe exiſtens, ergo nulla ſubſtantia eſt accidens. Ambæ iſtæ demonſtrationes ſunt oſtenſiuæ, ſiuè aſſertiuæ, aſſerentes aliquod eſſe, vel non eſſe. X

Demonſtratio ad impoſſibile eſt, quæ contradictorium eius quod vult oſtendere, aſſumit in altera præmiſſa manifeſta vera, & concludit oppoſitum principij, aut alicuius ex principio cogniti & manifeſtè veri, ex cuius concluſione, manifeſtata falſitate, fit regreſſio ad interimendam præmiſſam falſam, & veritatem propoſiti concludendam.

Vt poſito iſto principio noto: quicquid habet animam ſenſitiuam ſentit: & negetur iſta propoſitio, omne animal ſentit; probatur per demonſtrationem ad impoſsibile. Quicquid habet animam ſenſitiuam ſentit, aliquod animal non ſentit, ergo aliquod animal non habet animam ſenſitiuam. concluſio eſt manifeſte falſa, ergo aliqua præmiſſarum. non maior, cùm ſit manifeſtè vera, ergo minor, ſcilicet aliquod animal non ſentit, ergo contradictoria illius eſt vera, ſcilicet, omne animal ſentit; quod eſt propoſitum.

Demonſtratio ad impoſsibile, demonſtratio ad incommodum, demonſtratio ad inconueniens, idem ſunt.

Superdiuiſio quarta.

Demonſtratio duplex {

- Immediata, quæ ex immediatis conſtituitur propoſitionibus, vt omne animal rationale eſt ſenſitiuum, omnis homo eſt animal rationale, ergo ſenſitiuus.
- Mediata, cuius altera aſſumptarum propoſitionum, vel ambæ ſunt ex principio cognitæ, vt omnis homo eſt animal, Petrus eſt homo, ergo eſt animal. Y

Superdiuiſio quinta.

Demonſtratio duplex {

- Primæ figuræ quando in prima fit figura, vt omne animal ſentit, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo ſentit.
- Secundæ figuræ, quæ in ſecunda fit figura, vt omne animal ſentit, nulla planta ſentit, ergo nulla planta eſt animal.
- Tertiæ figuræ, quæ in tertia fit figura, vt omne animal ſentit, omne animal eſt corpus animatum, ergo corpus animatum ſentit.

PARS

PARS SECVNDA.

De quæſtionibus ſcibilibus, ſiuè quæſitis.
Cap. I.

Z QVæſtio ſcibilis eſt dubitabilis propoſitio, alicuius medij cognitione terminanda.

Medium quo quæſtio terminari poteſt triplex. { Medium demonſtrationis. Cognitio ſenſitiua. Experientia.

Quæſtio ſcibilis duplex. { Simplex duplex { An ſit. Quid ſit. Cōpoſita duplex { Quia eſt. Propter quid eſt.

Quæſtio ſimplex eſt, quæ ſolam rei exiſtentiam, aut eius definitionem interrogat; vt an Deus ſit? quid Deus ſit?

Quæſtio compoſita eſt, quæ an quicquam alicui verè inſit, aut propter quā cauſam inſit, interrogat: vt an Deus ſit immortalis? Propter quid ſit immortalis.

Quæſtio an ſit, vel ſi eſt, eſt quæſtio, quæ an res nata ſit eſſe interrogat: Vt vtrum Luna ſit? id eſt an ſibi repugnet eſſe in rerum natura?

Quæſtio quid eſt? eſt quæſtio, quæ definitionem, aut eſſentiale prædicatum de aliquo interrogat. vt quid eſt homo? poteſt quærere definitionem, & reſpondetur, eſt animal rationale. Poteſt etiam quærere quodcunque prædicatum eſſentiale, vt puta. An ſit animal, an vegetabile, an corpus, an ſubſtantia, an ens: ad quæ reſpondetur, eſt animal, eſt vegetabile, eſt corpus, eſt ſubſtantia, eſt ens.

Quæſtio (quia) eſt, quæ de aliquo quantum, quale, aut aliarum proprietatū accidentalium aliquam interrogat, medium poſterius requirens: vt vtrùm Luna ecclipſetur, vtrum vnitas ſit principium numeri, vtrum corpus ſit coloratum.

Requirit iſta quæſtio medium poſterius, id eſt effectum qui ſua cauſa eſt naturaliter poſterius. Vnde in demonſtratione quia eſt, frequentiùs procedimus ab effectu ad cauſam. vt vtrùm vitulus marinus habeat pulmonem, & reſpondetur, quod ſic: quia reſpirat. Reſpirare eſt medium poſterius, ergo quæſitum demonſtratione, quia per effectum demonſtratur.

Quæſtio pp quid, eſt quæſtio, quæ ex quæſito per quid, à quo, aut cuius gratia aliquid ſit, vel ſit, interrogat: vt propter quid homo eſt riſibilis? quia eſt animal rationale: propter quid homo eſt corruptibilis? quia compoſitus ex materia: propter quid diſcurrit? quia habet animam rationalem: propter quid meritoriè operatur? vt vitam æternam conſequatur.

Quæſtio propter quid, omne genus cauſarum quærit: & licèt propter quid, propriè cauſæ finali adaptetur, tamen hoc in loco, vt quoddam commune ad

omnes

omnes cauſas accipitur, poteſtque aptius apud Latinos, quæſtio, quare, quàm propter quid, nuncupari. A a

Quæſtio an ſit, & quid ſit, ſunt quæſtiones non ponentes in numerum: quia ſubiectum, & prædicatum non ſignificant res diuerſas, ac diſtinctas reipſa, nec eandem diſtinctis, aut diuerſis modis. Vt iſta quæſtio, an Deus ſit? talis eſt, quòd Deus, & eius eſſe, quòd quæritur, non ſunt res diuerſæ, neque eadem diuerſis, ac diſtinctis modis: ſic & iſta quæſtio, quid Deus non ſit? non ponit innumerum, quia Deus, & eius quidditas non ſunt res diuerſæ.

Quæſtio quia eſt, & propter quid eſt tale, quæ, quare, aut quamobrem tale ſit, ſunt ponentes in numerum: quia ſubiectum, & prædicatum, aut ſunt res diuerſæ, aut eadem diuerſis modis importata. Vt vtrum Luna eclipſetur? In qua ſubiectum ſignificat vnam rem, & prædicatum aliam rem: in iſta verò, vtrum homo ſit riſibilis, licèt homo, & riſibilis non ſignificent res diuerſas, tamen diuerſis modis: nàm homo dicit ſubiectum, & abſolutum; riſibile dicit accidens, & reſpectiuum. Idem dicendum de quæſtione propter quid, ſiuè quare, aut quamobrem.

Quæſtiones ſunt numero æquales ijs, quæ verè ſcimus: omne enim dubitabile, poſteà medio adiuncto ſit ſcitum.

Quatuor ergo ſunt quæſtiones, & quatuor ſunt ſcita. Hoc eſt, omnes quæſtiones, & omnia ſcita ad quatuor capita, ſiuè genera reducuntur.

Omnis quæſtio eſt quæſtio medij: omnis enim quæſtio, vel quærit, an ſit medium deueniendi in notitiam prius quæſiti. Vt an mundus ſit? An mundus ſit æternus? vel quærit, quodnam illud medium ſit: vt propter quid eſt mundus? & propter quid mundus ſit temporalis?

De Quæſtionum terminationibus. Cap. II.

QVæſtionem terminari eſt, rem quæſitam aliquo medio Demonſtrationis, ſenſus, aut experientiæ fieri notam.

Quomodo terminetur quæſtio ſi eſt.

Quæſtio ſi eſt, vel an ſit, terminatur per hoc, quod euidenter res eſſe B b cognoſcitur.

Per euidenter eſſe cognoſcitur, quando ea propoſitio ſcitur in qua eſſe exiſtentiam per propoſitionem de ineſſe, vel de poſſibili prædicatur de ſubiecto, vt homo eſt, homo poteſt eſſe.

Ad hanc, & alias quæſtiones terminandas ſemper in omnibus præſupponitur, quid per rei nomen intelligitur.

Si res cuius eſſe quæritur, eſt ſenſibilis euidenter, tunc eſſe, vel poſſe eſſe cognoſcitur, quando aliquo particulari ſenſu percipitur. Albedo namque eſſe, vel poſſe eſſe à me cognoſcitur, quia viſu intuitiuè illam video, aut vidi.

Nõ cognoſco euidẽter Pardũ aut leonẽ eſſe in rerũ natura, ex narratione tãtũ aliorũ qui viderũt: ſed ſi ſẽſu, & experiẽtia nouerim pardos, aut leones eſſe.

Si res de qua,an ſit dubitatur,non cadit ſub ſenſum, tunc euidenter cognoſcitur eſſe: quando cognitione viſiua intellectus apprehenditur: vt an anima intellectiua ſaltem ſeparata à corpore videat Angelos eſſe, & Deum eſſe.

Sic etiam,quia experior me intelligere,me velle,me diſcurrere, me recolere, cognoſco euidenter intellectionem eſſe,volitionem eſſe,diſcurſum eſſe, recordationem eſſe, &c.

A poſteriori etiam rem eſſe,euidenter cognoſcimus,aliquando per effectus eius, & operationes: ſi namque effectus eſt, cauſa eſt.

Vnde per effectus probamus euidenter, Deum eſſe, & per intellectionem experientia cognitam argumentamur intellectum eſſe, ſiuè etiam intellectiuam.

Quomodo terminetur quæſtio, quid eſt? *Cap. III.*

A C Quæſtio quid eſt terminatur per hoc, quòd euidenter cognoſcitur propoſitio, in qua definitio de definito prædicatur: Aut etiam quodcunque prædicatum eſſentiale,ſi iſtud quæſitum fuerit.

Definitio duplex { Quid nominis,quæ ſemper præſupponitur, & eſt neceſſaria cuilibet cùm alio diſputare volenti. / Quid rei, de qua alias plura diximus.

Quando quiſpiam ſignificata terminorum addiſcit, addiſcit etiam definitiones, quid nominis exprimentes.

Definitio quid rei duplex { Nihil importans rei extrinſecum. / Importans aliquid extrinſecum.

Definitio primo modo conſtat ex genere tantum,& differentia, vel differentijs, vt animal rationale,& ſubſtantia animata ſenſitiua,quarum prima, eſt definitio hominis,altera animalis.

Prima pars definitionis propriæ,nec à priori, nec à poſteriori demonſtratur: ſed talis propoſitio in qua genus de definito prædicatur, notitia ſenſus intuitiua,& concretiua,ſiue ſyllogiſmo acquiritur,fit autem ad hunc modum.

Primo(homo)verbigratia cognoſcitur aliquo ſenſu particulari: deinde idem homo cognoſcitur ab intellectu, quo cognito habetur vna notitia generalis,& communis omni homini, quæ vocatur conceptus, intentio, aut paſſio animi, ſtatimque intellectus ſine diſcurſu ſcit,quod homo aliquid eſt.Tertio apprehenſo aliquo animali, alio ab homine, vel alijs animalibus,elicitur vna notitia generalis, & communis omni animali, quæ ſimiliter dicitur cóceptus, vel paſſio, vel intentio, quo conceptu in anima exiſtente ſtatim intellectus componit, vel poteſt componere hunc conceptum cùm priori, quibus compoſitis ad inuicem mediante iſto verbo(eſt)ſtatim intellectus aſſentit illi propoſitioni,homo eſt animal,ſine omni ſyllogiſmo.

Si contrà obijcias,quod genus aliquod, ne dum poſſit à poſteriori, ſed etiam à priori demonſtrari. Vt hic;omne animal eſt ſubſtantia,omnis homo eſt animal,ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

Reſpondetur,quod iſta concluſio (homo eſt ſubſtantia) deducta quidem eſt ex priori-

prioribus,non tamen eſt vllo pacto demonſtrata, cum præmiſſæ non ſint concluſione notiores,quod requiritur ad demonſtrationem, ſiuè à priori, ſiuè à poſteriori.

Quæſtio ergo quæ genus de definito interrogat,notitia intuitiua terminatur.

Propoſitio in qua differentia eſſentialis prædicatur de ſpecie, ſiuè de definito, poteſt per effectum à poſteriori euidenter cognoſci, & demonſtrari. Vt, quòd, animal ſit ſenſitiuum per ſenſationem, tamquam per effectum cognoſcitur ſic arguendo: omne ſentiens eſt ſenſitiuum, animal ſentit, ergo ſenſitiuum eſt. Minor eſt euidens per ſenſum & experientiam. Ad

Similiter etiam quod mixtum habeat materiam, ſiuè quod ſit materiale, probatur ex motu, & tranſmutatione, vt facit Ariſtoteles: quicquid enim tranſmutatur de vna forma in aliam, habet materiam, quæ eſt tranſmutationis ſubiectum, ſed mixtum tranſmutatur de vna forma in aliam, ergo materiam habet, ac per conſequens materiale eſt.

Definitio propriè dicta non poteſt de definito demonſtrari, neque à priori, neque à poſteriori. ſi enim aliqua pars eius non poteſt demonſtrari, vt putà genus, neque ipſa tota demonſtrari poterit. Ae

Quamuis definitio ſic ſumpta demonſtrari non poſſit, poteſt tamen euidenter cognoſci de definito.

Definitio conſtans ex genere, & differentia euidenter cognoſcitur, aut per notitiam intuitiuam partium, aut per notitiam arguitiuam.

Primo modo ſi quis partes rei, puta lapidis, intuitiuè cognoſcat, poteſt formare conceptus illarum partium, quibus conceptibus, ſi præponat genus cognitum intuitiuè, habebitur definitio; quæ cùm prædicetur de definito, erit propoſitio euidens ſine omni ſyllogiſmo.

Secundo modo, ſi partes rei intuitiuè non cognoſcantur, ſed ipſum totum intuitiuè videatur, tunc illa pars, quæ eſt genus, accipitur per notitiam intuitiuã: alij verò conceptus demonſtrabiles, à poſteriori concluduntur de definito. Vt cognito intuitiuè, quod homo ſit animal; & arguitiuè per effectum, quod ſit rationale, habetur definitio hominis tota, nempe animal rationale.

In ordinando tamen partes definitionis, arte opus eſt, quæ per diuiſionem eſt.

Procedimus diuidendo dupliciter. { Aliud, & aliud genus. / Semper idem genus. Af

Primo modo poteſt eſſe duobus modis. primo, vt diuidamus, genus ſupremum, deinde accipiatur differentia conueniens ipſi definibili, non tamen per diuiſionem; ſed vel per demonſtrationem à poſteriori, vel per ſenſum, aut experientiam. Secundo ſubdiuiditur genus conuertibile, cum differentia accepta, & ſumatur differentia conueniens, altera reiecta, & ſic ſemper procedatur vſque ad ſpeciem ſpecialiſſimam, & differentiam conuertibilem cum ſpecie definita.

Vt ſi velim definire hominem, incipio à ſupremo genere, ſub quo per ſenſum mihi notum eſt, hominem contineri: & dico homo eſt ſubſtantia, quam diuido per corporeum, & incorporeum, & cum homo non ſit incorporeus, concludo quod ſit ſubſtantia corporea. Secundo ſubdiuido corporeum, ſiuè corpus in corpus animatum, & inanimatum, & inuenio hominem etiam ſubſtantiam corpoream animatam: rurſus ſubdiuido animatum, ſiuè vegetabile, in ſenſi-

tiuum, & concludo, quod eſt ſubſtantia corporea animata ſenſitiua. Vltimo diuido ſenſitiuum, ſiue animal in rationale, & irrationale, & ſic habeo completam hominis definitionem, quæ eſt talis: homo eſt ſubſtantia animata, ſenſitiua, rationalis, quæ cum ipſo homine conuertitur.

Modus definiendi per ſupremum genus, & omnes differentias intermedias vſque ad ſpecialiſsimam incluſiuè, optimus eſt; declarat enim hæc definitio diſtinctius naturam definiti.

Secundo poteſt fieri per genus proximũ & vltimã differentiã, vt cognito per ſenſũ aut experiẽtiã, quia homo eſt animal, ſtatim diuido, animal in rationale, & irrationale: & inuento quod homo non eſt irrationale, concludo quod homo eſt animal rationale, quæ omnino eſt hominis definitio completa.

Modus definiendi per genus proximum, & vltimam differentiã non eſt itã perfectus, ſicut præcedens: non enim ſic diſtinctè naturam explicat definiti.

Alius modus procedendi eſt, diuidendo pluries idem genus: vt ſi debeat definiri ternarius, accipitur primo genus eius nempe numerus, qui primo ſic diuiditur. Numerus alius par, alius impar: deinde diuidatur rurſus alia diuiſione idem genus, quomodo dicitur ſuperdiuiſio, vt putà numerus alius vtrobique primus, alius non vtrobique primus; & additur iſta dierẽtia vtrobique primus ſcilicet, ternarius eſt numerus impar vtrobique primus quæ oratio eſt, completa definitio ternarij.

In primo proceſſu non ſolum tota definitio eſt conuertibilis cum definito, ſed etiam vltima differentia. At in ſecundo proceſſu ſolum tota definitio eſt conuertibilis cum definito: nulla autem differẽtia conuertitur, ſed quælibet in plus ſe habet.

Per viam diuiſionis nihil ſcitur de definito, ſed per aliam viam, vt per ſenſum, experientiam, & demonſtrationem à poſteriori.

Per proceſſum tamen diuiſiuum ſcitur quod aliqua oratio materialiter ſumpta, non ſignificatiuè, eſt definitio alicuius.

Per artem diuiſiuam, & eius proceſſum in definiendo, partes definitionis debitè ordinantur.

De Definitione in qua ponitur aliquid extrinſecum; ſiuè data per additamentum.

Definitio data per additamentum non ſolum explicat eſſentiam rei, ſed cum hoc ſimul etiam aliquid aliud à re definita, vt albedo eſt color diſgregatiuus viſus: anima eſt actus corporis phyſici organici, in potentia vitam habentis. In prima ponitur viſus, qui eſt extra eſſentiam albedinis; in ſecunda ponitur corpus, quod non eſt de animæ ſubſtantia.

Ag. In definitione data per additamentum pars explicans eſſentiam rei, quod eſt ipſum genus, non ſcitur, niſi notitia intuitiua. Aliæ partes quædam ſciuntur ſẽſu, & experiẽtia: vt albedo ẽ color diſgregatiuus viſus: iſta pars diſgregatiuũ viſus; ſcitur per ſenſum, & experientiam. ſi enim nullus experiatur, albedinem diſgregare viſum, nullus ſciet quod albedo ſit diſgregatiua viſus.

Quædam aliæ demonſtratiuè ſciri poſſunt; vt hæc oratio: ſubſtantia incorporea, incor-

incorruptibilis ponatur definitio Angeli. Incorruptibile poteſt demonſtratiuè concludi, etiam à priori, ſic. Omne incorporeum ſiuè ſimplex, eſt incorruptibile. Angelus eſt incorporeus, ergo eſt incorruptibilis. Accipiendo incorruptibile pro illo, quod eſt incorruptibile per ſeparationem partis à parte.

De alia definitione, quæ eſt ſecundum materiam.

Definitio duplex.	Secundum ſpeciem duplex	Per cauſam formalem.
		Per cauſam finalem.
	Secundum materiã duplex.	Data per cauſam materialẽ.
		Data per cauſam efficientẽ.

Definitio ſecundum ſpeciem: eſt definitio data per cauſam formalem, aut finalẽ, vt homo eſt animal rationale, ira eſt appetitus vindictæ, ſiuè propter vindictam. Finis enim ſpecificat.

Definitio ſecundum materiam. eſt definitio data per cauſam materialem, aut per cauſam efficientem. Vt ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor. Creatura eſt res à Deo immediatè de nihilo producta. In hac ſemper aliquid loco materiæ exprimitur. Ab

Definitio materialis ſcitur demonſtratiuè à priori per definitionem formalem: definitio formalis eſt, principium: definitio materialis eſt quid ex principio cognitum. Exemplum primum: omne prohibens nos à ventis, frigore, grandine, pluuia, &c. componitur ex fundamentis, parietibus, & tecto: domus eſt huiuſmodi, ergo domus componitur ex fundamentis parietibus, & tecto.

In hac demonſtratione, definitio naturalis domus, ſcilicet compoſitum ex fundamentis, parietibus, & tecto, probatur per definitionem domus formalem, quæ eſt prohibens nos à ventis, frigore, grandine, & cæteris. Item ſecundo.

Omne animal rationale, eſt animal habens faciem ſurſum erectam: homo eſt animal rationale, ergo homo eſt animal habens faciem ſurſum erectam. In qua demonſtratione, per definitionem formalem hominis, ſcilicet, animal rationale, probatur definitio materialis, ſcilicet animal habens faciem ſurſum eleuatam.

Per definitionem formalem probatur à priore de definito, definitio materialis.

Per definitionem materialem probatur à poſteriori de definito, definitio formalis.

Non propter hoc in demonſtrationibus datur circulus: cum hoc ſit in diuerſis cauſarum generibus, non in eodem.

Ex definitione materiali, & formali, vel ſecundum ſpeciem vnà definitio conflatur, quæ eſt tota demonſtratio poſitione differens, ſiuè tantum ſitu differens ab ea. Vt ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor, propter appetitum vindictæ: & domus eſt quid compoſitum ex fundamentis, parietibus, & tecto, defendens nos à ventis, pluuiã frigore, grandine, &c.

Quo-

Quomodo terminetur quæſtio (quia eſt) Cap. IV.

QVæſtio quia eſt, tunc terminatur, quando dubitabilis propoſitio per ſe, ſecundo modo euidenter cognoſcitur, in qua ſcilicet paſſio de ſubiecto prædicatur.

A i Paſſio quandoque prædicatur de ſuo ſubiecto primo, ſine omni determinatione, vt homo eſt riſibilis. Mixtum eſt colorabile.

Paſſio aliquando prædicatur de ſuo ſubiecto primo, cum aliqua determinatione, vt corpus opacum in tali ſitu, eſt illuminabile à Sole.

Paſſio quandoque prædicatur de inferiori ad ſuum ſubiectũ. Vt Iſocheles habet habet tres angulos æquales duobus rectis: lignum eſt colorabile.

Paſſio quandoque dicitur de ſuperiori ad ſuum ſubiectum: vt, animal eſt riſibile.

Paſſio, quandoque importat in recto præcisè illud idem, quòd ſubiectum importat: ſed in obliquo importat aliam formam, ſiue rem inhærentem ſubiecto, aut inhærentem. Exemplum primæ, vt eſt, riſibile, quod importat in recto illud idem, quòd importat homo, & in obliquo riſum inhærentem ipſi homini. Exemplum ſecundæ, vt eſt calefactiuum, prout dicitur de Sole, quòd importat in recto, idem quod Sol, & in obliquo calorem, quo tamen non inhæret Soli, ſed alteri.

Paſſio quandoque præcisè importat in recto, quod importat ſubiectum, & in obliquo partis ſubiecti, vt generabile, corruptibile, diuiſibile, &c.

Concluſio prima ſit iſta. Paſſio importans præcisè illud idem in recto, quod ſubiectum, & in obliquo aliam rem, ſiuè ſubiecto inhærentem, ſiuè non: nullo modo poteſt demonſtrari de ſubiecto ſuo primo, ſine omni determinatione: vt ſi iſta ſit primo vera: omne mixtum eſt colorabile, alicui non poteſt demonſtrari: nàm opus eſſet, quod primo ineſſet colorabile alicui per cuius notitiam poſſet intellectus deuenire in notitiam illius propoſitionis, omne mixtum eſt colorabile: ſed hoc eſt falſum; oporteret enim colorabile, quod prius, & notius competeret alicui alteri: illud autem vel eſt definitio ſubiecti, aut aliquod aliud: non aliud, vt manifeſtum eſt: non definitio ſubiecti, quia talis propoſitio, nunquam euidenter cognoſcitur, niſi per experientiam cognoſcatur, quod omne mixtum eſt colorabile. Et quod per conſequens vna non eſt medium cognoſcendi aliam.

A k Concluſio ſecunda. Paſſio importans præcisè idem in recto, quod ſuum ſubiectũ, & in obliquo aliam rem inhærentem, vel non inhærentem ſubiecto, per experientiam euidenter cognoſcitur ineſſe ſuo ſubiecto primo, & adæquato: licet enim non ſit demonſtrabile, quod omne mixtum ſit colorabile: tamen per experientiam poteſt euidenter cognoſci, quod omne mixtum eſt colorabile, & quod omnis homo eſt riſibilis.

Concluſio tertia. Quęſtio, quia eſt, in qua talis paſſio de ſubiecto primo prędicatur, ſine omni determinatione per experientiam terminatur.

Non oportet autem per experientiam cognoſcere omnia ſingularia ad concludendam propoſitionem vniuerſalem, ſed ſufficit, non dari inſtantiam, quæ nunquam

nunquam poterit,quoad ſimiles paſſiones : cum inſint neceſſario, & naturam ſequantur. licet enim non poſſit euidenter concludi per experientiam, quod omnis homo ridet, quia fortè aliqui reperiuntur, vel reperti ſunt, qui nunquam riſerunt : tamen euidenter cognoſcitur,quod omnis homo eſt riſibilis, per experientiam. quia cum maior primus hominum rideat, hoc non poteſt eſſe,niſi quia habet aptitudinem ad ridendum,quæ ſi vni inſit, cum neceſſariò inſit,omnibus inerit,atque ità cognoſcitur euidenter per experientiam, quod licet non omnis homo rideat, tamen omnis homo eſt riſibilis; riſibilitas autem eſt accidens proprium: ridere verò eſt accidens per accidens,illud ſequitur eſſentiam,hoc ſequitur indiuiduum.

Concluſio quarta.Paſſio præcisè importans in recto,quod ſuum ſubiectum,& in obliquo aliam rem à ſubiecto, eſt demonſtrabilis de ſuo ſubiecto mediante aliqua determinatione.

Vt licèt illuminabile non poſsit demonſtrari de opaco, ſine omni determinatione;tamen cum illa demonſtrari poterit, ſic arguendo : omne corpus opacum, quod eſt in tali ſitu ad ſolem,vt nullum medium interponatur, eſt illuminabile ab eo; ſed quando Sol eſt ſuper terram aere ſereno,inter ipſum, & corpus opacum nullum interponitur medium,ergo eſt illuminabile ab eo. Vel ſic: omne mixtnm approximatum igni eſt calefactibile ab eo. Aqua eſt approximata igni,ergo eſt calefactibilis ab eo.

Concluſio quinta.Paſsio talis ſine omni determinatione poteſt demonſtrari de inferiori ad ſubiectum vniuerſaliter, & de ſuperiori particulariter; quando vtraque præmiſſarum poteſt eſſe euidenter nota ante concluſionem. Exemplum primi : omne ens eſt vnum, Deus eſt ens, ergo Deus eſt vnus. vel ſic, omne animal eſt ſenſibile,omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſenſibilis.vel ſic: omne mixtum eſt alterabile,omnis Leo eſt mixtum, ergo eſt alterabilis. Exemplum ſecundi, omnis homo eſt riſibilis, aliquod animal eſt homo, ergo aliquod animal eſt riſibile.vel ſic : omne mixtum eſt alterabile, aliqua ſubſtantia eſt mixta, ergo aliqua ſubſtantia eſt alterabilis.

Concluſio ſexta,Paſsio ſignificans in obliquo partes illius, quod ſignificat ſubiectum,poteſt per definitionem ſubiecti primi,tamquam per medium de ſuo ſubiecto primo demonſtrari. Vt corruptibile, quod ſignificat ſeparationem partis à parte;diuiſibile,generabile, & aliæ multæ : vt omne conſtans ex materia,& forma eſt corruptibile, omne corpus eſt huiuſmodi, ergo corpus eſt corruptibile. ſic etiam; omne integrum ex partibus eſt diuiſibile, omne quantum eſt integrum ex partibus,ergo omne quantum eſt diuiſibile. A l

Quæſtio quia,ſiuè propoſitio in qua paſsio ſignificans partes ſubiecti, de ſuo ſubiecto primo,ſiuè adæquato prædicatur, per demonſtrationem terminatur.

Demonſtratio in qua per definitionem ſubiecti adæquati, ſiuè primi, paſsio de ſubiecto ſuo primo demonſtratur,eſt potiſsima demonſtratio. Nàm per hoc, quod perfectè,& diſtinctè cognoſcitur natura,& eſſentia talis ſubiecti, ſcitur illa propoſitio,in qua paſsio de illo ſubiecto primo enunciatur.

Vna concluſio,non poteſt niſi vnica demonſtratione potiſsima demonſtrari.

Vna concluſio pluribus demonſtrationibus non potiſsimis poteſt demonſtrari. A m

Medium demonſtrationis potiſsimæ, non poteſt eſſe niſi vnicum reſpectu vnius quæſtionis,& vna cauſa reſpectu vnius effectus,extendendo nomen cauſæ, & effectus.

Digitized by Google

In demõſtratione nõ potiſsima plura poſsũt eſſe media ad eandem concluſionem.

Ex his patet conciliatio multorum dictorum Ariſtotelis, quæ repugnare videntur.

Quomodo terminetur quæſtio propter quid. Cap. V.

An QVæſtio propter quid, ſiuè quare, per experientiam, & notitiam intuitiuam terminatur. Vt propter quid Luna eclipſatur? Reſpondetur, quod terra interponitur inter Solem, & Lunam, vt patet experientia, & ſenſu.

Quæſtio propter quid, ſiuè quare, quandoquè demonſtratur per demonſtrationẽ à poſteriori ſiuè per effectum, vt Aſtronomus ſciens, quod Luna ſemper illuminatur à Sole, niſi ſit aliquod opacum medium, illuminationem prohibens: & ſciens, quod nullum aliud à terra eſt medium, concludit, quod terra interponitur inter Solem, & Lunam, & quod illa interpoſitio eſt cauſa eclipſis Lunæ. Ita poteſt eſſe de multis alijs. Ex his ſequitur quod.

Principia demonſtrationis. { Quædã, nec à priori, nec à poſteriori demõſtrãtur.
Quædam à poſteriori, non autem à priori.
Quædam fiunt ſolum nota, ſenſu, & experientia.

Principia, quæ nec à priori, nec à priori, nec à poſteriori poſsunt demonſtrari ſunt principia, per ſe nota, quæ ſtatim cognoſcuntur cognitis terminis. vt omne totum eſt maius ſua parte: omne ſummum bonum eſt ſuper omnia diligendum; de quibus ſuprà habitus eſt ſermo.

Principia, quæ à poſteriori cognoſcuntur, ſiuè per effectum, ſunt, vt eſt illud: quãdocunque interponitur terra inter Solem, & Lunam diametraliter, Luna eclipſatur, &c. De quibus certa regula dari non poteſt.

Principia, quæ fiunt nota ſenſu, & experientia, ſunt quæ cum ſint à priori, & à poſteriori indemonſtrabilia, non tamen ſunt per ſe nota: vt omne mixtum eſt colorabile: omne mixtum eſt alterabile, &c.

Reductio ad Sacram Theologiam. Cap. VI.

Ao CAue ſolertiſsime Iuuenis, ne humanæ ſapientiæ nimium innitaris, nec philoſophorum doctrinis, aut naturalibus rationibus quantæcunque efficacitatis eſſe videantur iuſtò plus deferas: pluribus enim ſcatent erroribus, ac ſæpenumero à via veritatis auertũt. Fac vt in legendis Sacris Scripturis, quæ ad noſtram doctrinam, vtilitatemque, & ad ſalutem adipiſcendam Spirituſancto dictante conſcriptæ ſunt, operam naues, in quibus nullus error, nulla falſitas, nulla obliquitas, ſed via, veritas, & vita continentur.

Ne dicas, raionibus naturalibus perſuaſus, & illectus, aliqua eſſe vera in Philoſophia, ſed falſa in Theologia: & contrà, aliqua in Philoſophia eſſe falſa, in Theologia vera; omne enim verum vbique verum, & falſum, vbique falſum.

Verùm namque vero conſonat, & veritati omnia conſentiunt. Proinde quæ vera ſunt in Theologia, vera ſunt in Philoſophia: & è diuerſo, quæ vera ſunt in Philoſophia, vera ſunt in Theologia: ſic falſa in Theologia, falſa ſunt in Philoſophia, & ècontra.

Cum veritates diuinæ ſint duplices, quædam neceſſariæ, quædam contingentes: poſſent quidem veritates neceſſariæ demonſtratione propter quid, & à priori demonſtrari, ab habente conceptum proprium, ac diſtinctum eſſentiæ diuinæ, quemadmodum credo cum Doctore ſubtili habuiſſe Angelos, dum fuere viatores, qui ſi longo tempore fuiſſent in via, habuiſſent Theologicam ſcientiam propter quid de neceſſarijs veritatibus: quales ſunt iſtæ. Deus eſt vnitrinus, Deus eſt vnus, & non plures, Deus eſt omnipotens, Deus eſt potens creare, potens prædeſtinare, potens iuſtificare, potens glorificare, potens reſuſcitare, potens incarnari; & conſimiles. Conceptum quoque diſtinctum, ac propriũ, Diuinitatis Diuo Paulo ad tertium Cælum rapto fuiſſe conceſſum exiſtimo, nonnullique alijs Sanctiſsimis viris ſpeciali priuilegio fuiſſe donatum, dum eſſent viatores, quemadmodum B. Egidio viro contemplatiuo, ac B. Franciſci ſocio in via contigiſſe putamus.

Propterea vita, & moribus te talem exhibe, vt conceptum diſtinctum, ac definitiuum, ſeu quidditatiuum eſſentiæ diuinæ à Deo ex priuilegio merearis accipere: non enim id homini viatori, extra cognitionem beatificam, & etiam raptus ſimpliciter repugnat. Habito autem proprio, ac diſtincto conceptu alicuius obiecti virtualiter, & euidenter continente omnes veritates neceſſarias de ipſo demonſtrabiles, poſſumus demonſtratione propter quid, à priori, & per cauſam eas omnes, immediatiùs, & immediatiùs ordinatas, demonſtrare. Veritates Theologicæ contingentes non niſi ex reuelatione diuina, & ex Sacra Scriptura, aut etiam cognitione intuitiua, & experientia, necnon Eccleſiæ Catholicæ determinatione cognoſci poſſunt: vt Deus creauit mundum in tempore, Deus creat animas rationales: Deus reſuſcitat mortuos: Lazarum à morte ad vitam reuocauit, illuminauit cæcos, & conſimiles.

Demonſtratione tamen quia, à poſteriori, & per effectum, multa de Deo naturaliter cognoſcimus; vt Deum eſſe, Deum eſſe infinitum, eſſe ſummum bonum, eſſe rerum omnium primum principium, eſſe ſummè ſimplicem, eſſe vbique, & cætera huiuſmodi plurima. quælibet enim creatura magnalia Dei eloquitur, vt etiam ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas nobis ex creaturarũ, & effectuum cognitione naturaliter innoteſcat.

Sobrius tamen eſto, ſciens, quod ſcrutator Maieſtatis opprimetur à gloria: quapropter ne in operibus Dei nimium ſis curioſus, ſed ſcientiæ tuæ pone modum, nec ſapias pluſquam ſapere oporteat. Id tamen tibi certò perſuadeas, quod ſi rationem naturalem quantumcunque tibi euidens videatur cum auctoritate Sacræ Scripturæ, aut Eccleſiæ determinatione pugnantem compereris, ratione naturali, tamquam fallaci derelicta, Sacræ Scripturæ auctoritati, ac Eccleſiæ definitioni, neceſſariò ſtandum eſt. Eccleſiæ namque definitio Sacræque, ac Diuinæ Scripturæ auctoritas, ſunt qualibet naturali ratione certitudine infallibilitatis, & ſecuritatis, licèt non euidentiæ, certiores. Quamobrem cum eandem propoſitionem, ac veritatem diuinæ Scripturæ auctoritas, & Eccleſiæ definitio manifeſtat, eandem quoque & ratio naturalis oſtendit, magis illi aſſentiendum ob Scripturæ, & Eccleſiæ auctoritatem, quam ob

Scripturæ,& Eccleſiæ auctoritatem, quam ob rationis naturalis euidentiam. Exempli gratia,ſi naturalis ratio probet Deum eſſe vnum,quod Sacra Scriptura nobis aſſerit, magis aſſentiri debemus Deum eſſe vnum, & non plures, ob Scripturæ auctoritatem, quam rationis oſtenſionem. huic enim ſemper poteſt ſubeſſe falſum,quod noſtram induſtriam lateat: at Sacram Scripturam Spiritus ſanctus reuelauit, qui nec fallere poteſt,nec falli.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte rerum conditor, ac perfectiſſimus cognitor, & magiſter, ſapientia lumine ac gratia ſplendore, illumina animas noſtras, vt in veritatibus diuinis demonſtrandis nullatenus aberremus: ſed ipſis, te illuſtrante ſincerè cognitis,te ipſum cum Patre, & Spirituſancto, & in via, & in Patria collaudare, & concelebrare poſſimus. Amen.

Finis Libri Decimi.

DIA-

Digitized by Google

DIALECTICAE LIBER XI.

In quo agitur de Syllogiſmo Topico, vel probabili.

Definitio Topicæ. Cap. I.

ARS Topica eſt Logicæ pars, in qua de ſyllogiſmo topico pertractatur.

Dicitur ſyllogiſmus Topicus à topos Græcè, quod Latinè locum ſonat.

Locus eſt ſedes argumenti.

Sedes argumenti eſt regula argumentationem confirmans, aut eſt argumentationis nomen à termino inferente, & termino illato ſumptum. A

Exemplum regulæ, vt ſi quis ſic argumentetur: Animal rationale habet intellectum, ergo homo habet intellectum; Confirmatur, ſiuè probatur hæc argumentatio, ſiuè conſequentia per hanc regulam; Quicquid conuenit definitioni, conuenit & definito.

Exemplum nominis: vt prædictæ argumentationis nomen eſt locus à definitione ad definitum, tuncque definito dicitur terminus inferens, & definitum dicitur terminus illatus.

Argumentatio eſt conſequentia bona, cuius antecedens probat conſequens.

Antecedens probat conſequens, quandò ipſum eſt notius conſequente.

Terminus inferens, eſt terminus in antecedente poſitus non in conſequente; vt homo eſt, ergo animal eſt. homo eſt terminus inferens.

Terminus illatus eſt terminus in conſequente poſitus, non in antecedente; vt in præfato exemplo, eſt animal

Terminus in antecedente poſitus, ſimul etiam in conſequente, nec inferẽs, nec illatus, ſed communicãs nuncupari poteſt. Exemplũ: Animal rationale habet intellectũ, ergo homo habet intellectũ. Animal eſt terminus inferens, homo, ter-

minus illatus:habens intellectum,terminus communicans.
Tractandum igitur primò de regulis conſequentiarum in generali.

De Syllogiſmo Topico. Cap. II.

PRopterea aduertendum, quod ſyllogiſmus Topicus ille dicitur, qui eſt ex probabilibus:Probabilia ſunt quæ videntur omnibus,vel pluribus,vel maximè ſapientibus;quæ deſcriptio ſic intelligitur.

Probabilia ſunt illa,quæ cum ſint vera,& neceſſaria, non tamen per ſe nota,nec ex per ſe notis demonſtrabilia, nec etiam per experientiam nota, nec ex cognitis per experientiam ſequentia, tamen propter ſui veritatem videntur eſſe vera omnibus,aut plurimis,aut maximè ſapientibus. vel breuiùs ſic.

Probabilia ſunt neceſſaria,nec principia,nec concluſiones demonſtrationis, quæ propter ſui veritatem videntur omnibus,vel pluribus,vel maximè ſapiẽtibus.

Per primam particulam excluduntur omnia contingentia,& omnia falſa.Per ſecundam excluduntur principia,& concluſiones demonſtrationis. Per tertiam particulam excluduntur quædam neceſſaria,& vera, quæ tamen appareret omnibus,vel pluribus eſſe falſa: ſic articuli fidei non ſunt principia demonſtrationis,nec concluſiones nec omnes ſunt probabiles,quia omnibus, vel pluribus,vel maximè ſapientibus huius mundi,qui lumine fidei non ſunt illuſtrati, ſed præcipuè naturali utuntur, aliqui eorum apparent falſi: cum tamen ſint veri,& neceſſarij.

Ex iſtis ſequitur primò,quòd ſyllogiſmus topicus nunquàm peccat in materia, nec in forma.nam ſi altero iſtorum modorum peccaret, non eſſet ſyllogiſmus Topicus,ſed Sophiſticus.

Sequitur ſecundò,quòd nullus homo ſecundum communem curſum poteſt euidenter,& demonſtratiuè cognoſcere de aliquo ſyllogiſmo, quod ſit ſyllogiſmus topicus quamuis poſſit habere fidẽ, quod ſit topicus.Ratio eſt, quia ſyllogiſmus topicus non conſtat ex propoſitionibus euidentiam habentibus, nec ex his,quæ ex euidentibus deducuntur,ſic enim eſſet ſyllogiſmus demõſtratiuus, non topicus;poſſent ergo illæ propoſitiones eſſe falſæ: & tunc eſſet fallacia petitionis principij: quando etiam præmiſſæ non ſunt euidentes, nec euidenter probant,& inferunt cõcluſionem,eſt identidẽ fallacia petitionis principij.

Sequitur tertio,quòd nullus ſyllogiſmus topicus facit præciſè dubitationẽ, & formidinem,ſed etiam frequenter gignit firmã fidẽ ſine omni dubitatione, quã quandoq; æquè inhæremus probabilibus, ſicut euidẽter notis.Vt quod omnis Angelus,& anima rationalis ſint ſimplices,non cõpoſiti ex materia, & forma.

De conſequentijs in generali. Cap. III.

COnſequentia eſt propoſitio hypothetica compoſita ex antecedente,& conſequente,mediante nota illationis:vt homo eſt beatus,igitur non eſt miſer.

Notæ illationis ſunt,ergo,igitur,ideò,itaque,ſi,ſiquidẽ,vtiq; & ſimiles, vt homo eſt,igitur animal eſt:ſi homo eſt,animal eſt:Petrus animal eſt,ſiquidem homo eſt,Animal eſt,vtique ſubſtantia eſt? quia homo eſt,ideo animal eſt.

Con-

Digitized by Google

Conſequentiæ partes duæ { Antecedens, pars prima, / Conſequens, pars ſecunda. } C

Conſequentia duplex { Bona, qua logici vtuntur. / Mala, quæ à logico reijcitur. }

Conſequentia mala eſt, cuius antecedens poteſt eſſe verum, conſequente exiſtente falſo: vt Socrates eſt homo, ergo ſedet: Cæſar eſt imperator, ergo pugnat, ſiquidem poteſt aliquis eſſe homo, qui tamen non ſedeat; & poſt Cæſar eſſe Imperator, qui tamen non pugnet.

Conſequentia bona eſt, cuius antecedens non poteſt eſſe verum, conſequente exiſtente falſo: vt Petrus currit, ergo homo currit. non enim fieri poteſt, vt Petrus currat, & homo non currat, cum Petrus neceſſariò homo ſit.

Quod eſt verum, & falſum in propoſitione cathegorica, hoc eſt bonum, & malum in conſequentia.

Cõſequentia bona duplex. { Materialis, quæ non tenet in omnibus ſimili forma retenta. / Formalis, quæ tenet in omnibus terminis, ſimili forma retenta. }

Exemplum materialis: vt Petrus currit ergo mouetur. Non tamen valet iſta, quæ ſimilis eſt formæ cum præcedenti: Socrates legit, ergo moritur.

Exemplum formalis conſequentiæ: vt omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt homo: Hæc tenet in omnibus ſimili forma argumentandi retenta.

Ad hoc, vt duæ cathegoricæ, ſint ſimilis formæ, hæc requiruntur: primò eadem quantitas, ſecundo ſimilis qualitas, tertio ſimilis terminorum acceptio, vt ſubiectum vnius ſit ſimile ſubiecto alterius, copula copulæ, prædicatum prædicato; penès ſuppoſitionem, ampliationem: quarto ambarum ſimilitudo quoad eſſe reflexiuum. Vnde iſtæ non ſunt ſimilis formæ: nullus homo eſt albus: nulla propoſitio eſt negatiua: nàm prima non eſt reflexiua ſupra ſeipſam. Secunda eſt reflexiua ſupra ſeipſam, vt aliqui volunt: deſignat enim, quòd nec etiam ipſa eſt negatiua, quod tamen falſum eſt.

Requiritur vlterius vltra præfata. Primò quod antecedens antecedenti, & conſequens conſequenti ſit ſimilis formæ: ita quoque pars parti, ſiuè antecedentis, ſiue conſequentis. Secundo idem numerus terminorum in vtraque conſequentia. Tertio ſimilis terminorum ſitus, quoad ſubiectionem, & prædicationem. Vndè iſtæ ſunt conſimilis formæ: homo eſt: ergo animal eſt, Platanus eſt, ergo planta eſt.

Conſequentia materialis duplex { Quædam vera ſimpliciter. / Quædam vera, vt nunc. } D

Conſequentia bona materialis vera ſimpliciter eſt illa, quæ poteſt reduci ad formalem per aſſumptionem vnius propoſitionis neceſſariæ: exemplum ſit. Iſta eſt materialis vera ſimpliciter: omne animal currit, igitur omnis homo currit, quæ reducitur ad formalem per iſtam neceſſariam: omnis homo eſt animal Hæc diuiditur in multa membra ſecundum diuerſitatem locorum dialecticorum.

Conſequentia materialis bona, vt nunc eſt illa, quæ poteſt reduci ad formalem, per aſſumptionem vnius propoſitionis contingentis veræ. Exemplum ſit: Socrates currit, ergo album currit, quæ reducitur ad formalem per aſſumptionem illius propoſitionis contingentis, Socrates eſt albus.

Digitized by Google

Regulæ generales.

1 Argumentari à non diſtributo ad diſtributum, ideſt à termino perſonaliter ſumpto in antecedente ad eundem vniuerſaliter ſumptum in conſequente, impedit conſequentiam eſſe formalem; vnde non ſequitur; omnis homo eſt animal, ergo omne animal eſt homo: nam animal in antecedente nõ diſtribuitur, in conſequente diſtribuitur.

2 Argumentari à confuſo ad determinatam ſigno manente confuſiuo, impedit conſequentiam formalem: vnde non ſequitur formaliter; omnis homo eſt animal, ergo animal eſt omnis homo; animal in antecedente ſtat confusè tantum, in conſequente determinatè. Et ſignum (omnis) quod eſt confuſiuum, ponitur etiam in conſequente.

3 Argumentari à non diſtributo ad diſtributum, non impedit conſequentiam materialem: vt omnis homo eſt rationalis, ergo omne rationale eſt homo. B

4 Si ad antecedens alicuius conſequentiæ ſequitur conſequens, ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis. Oppoſitum in propoſito, eſt contradictorium: vt, ſi ſequitur, homo ſedet, ergo animal ſedet; ſequitur etiam, nullum animal ſedet, ergo nullus homo ſedet.

5 Si ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis, oppoſitum, ideſt contradictorium, conſequentia eſt bona: vt Socrates currit, ergo homo currit. Cognoſcitur iſta eſſe bona, quia ad oppoſitum conſequentis, ſequitur oppoſitum antecedentis, ſcilicet, nullus homo currit, ergo Socrates nõ currit.

6 Quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens: vt ſequitur, homo eſt, ergo animal eſt; ad hoc conſequens (animal eſt) ſequitur ergo ſubſtantia eſt: iſtud etiam ſequetur ad antecedens, ſcilicet: homo eſt ergo ſubſtantia eſt.

7 Quando ad antecedens ſequitur conſequens, oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti: vt ſi homo currit, homo mouetur: oppoſitum conſequentis, nullus homo mouetur, repugnat antecedenti, videlicet iſti, homo currit. Ratio eſt, quia vt dictum fuit, ad oppoſitum conſequentis bonæ conſequentiæ, ſequitur oppoſitum antecedentis.

8 Quicquid antecedit ad antecedens bonæ conſequentiæ, antecedit ad eius conſequens: vt corpus eſt, ergo ſubſtantia eſt; ad corpus antecedunt, vegetabile, animal, homo, Socrates: iſta quoque antecedunt ad ſubſtantiam: ob id ſequitur: vegetabile eſt, ergo ſubſtantia eſt: animal eſt, ergo ſubſtantia eſt: homo eſt, ergo ſubſtantia eſt; Socrates eſt, ergo ſubſtantia eſt.

9 A primo antecedente ad vltimum conſequens, quando conſequentiæ intermediæ ſunt bonæ, & non variatæ, eſt bona conſequentia: vt Socrates eſt homo; homo eſt animal: animal eſt corpus: corpus eſt ſubſtantia, ergo à primo ad vltimum, Socrates eſt ſubſtantia.

10 Quicquid ſtat cum antecedente bonæ conſequentiæ, ſtat etiam cum conſequente: vnde quicquid ſtat cum iſta: omne animal currit: ſtat etiam cum iſta, omnis homo currit. ſtare eſt non repugnare, vel ſimul compoſſibile eſſe. Sed non è conuerſo: quicquid ſtat in conſequente, ſtat etiam cum antecedente: vt cum iſta, omnis homo currit, ſtat ipſa propoſitio, leo non currit: quæ tamen non ſtat cum illo antecedente, omne animal currit.

11 Quic-

11 Quicquid repugnat conſequenti bonæ conſequentiæ, repugnat eius antecedenti: vt quicquid repugnat iſti, omnis homo currit, repugnat etiam eius antecedenti, omne animal currit. Vnde iſta, Socrates non currit, quæ repugnat iſti: omnis homo currit, repugnat etiam illi, omne animal currit.

12 Ex vero nunquam ſequitur falſum. Idcirco, quandocumque antecedens eſt verum, & conſequens falſum, conſequentia non valet: ex falſis tamen poteſt ſequi verum: vt omnis lapis eſt animal, omnis homo eſt lapis, ergo omnis homo eſt animal.

13 Ex neceſſario numquam ſequitur contingens; ſed ex contingentibus poteſt ſequi neceſſarium; vt omnis currens eſt animal, homo eſt currens, ergo eſt animal. Hæc vera eſt de conſequentia ſimpliciter.

14 Ad impoſſibile ſequitur quodlibet, ideſt ad antecedens impoſſibile ſequitur quodlibet conſequens incluſum in illo antecedenti impoſsibili, vt benè ſequitur; homo eſt aſinus, ergo homo eſt irrationalis, ergo eſt rudibilis, ergo diſciplinæ incapax, ergo eſt iumentum, ergo eſt quadrupes. F

15 Neceſſarium ſequitur ex quolibet, ſiue ad quodlibet: ideſt ſi conſequens eſt neceſſarium, ſequitur ad quodlibet neceſſarium, includens ipſum conſequens neceſſarium: vt quia hoc conſequens eſt neceſſarium, homo eſt riſibilis, ſequitur, ad hoc antecedens: homo eſt rationalis; & ad hoc homo eſt animal admiratiuum.

Sic placuit nonnullis declarare has duas regulas. Verumtamen ſic declaratæ non differunt à ſuperioribus, nec in hoc ſenſu à logicis proferuntur: idcirco alio pacto deducendæ ſunt ſecundum illorum ſententiam, & ſubtilius, & primo ponatur iſta propoſitio.

1 Ad quamlibet propoſitionem, quæ formalitèr, & expreſsè contradictorium includit, ſequitur quælibet alia propoſitio conſequentia formali. Quamobrem ad iſtam (homo eſt animal, & nullus homo eſt animal) ſequitur quæcumque alia propoſitio, vt puta, ergo tu es Romæ, ergo tu vigilas, ergo Deus eſt vbique, ergo leo diſputat, & quælibet alia, ſiuè vera, ſiuè falſa, ſiuè neceſſaria, ſiuè impoſsibilis, quomodocumque ſe habeat.

Probatio ſic deducitur; ſequitur enim: homo eſt animal, & nullus homo eſt animal, ergo nullus homo eſt animal: quia à copulatiua ad quamlibet eius partem eſt conſequentia formalis: eadem ratione, ſequitur: homo eſt animal, & nullus homo eſt animal, ergo homo eſt animal: tunc vltra ſequitur, ergo homo eſt animal, vel tu es Romæ, quia quælibet propoſitio infert ſeipſam formaliter cum quacumque alia in vna diſiunctiua: ſequitur ergo homo eſt animal, vel tu es Romæ: ſed nullus homo eſt animal, vt deductum fuit, ergo tu es Romæ. Ita poteris argumentari de omnibus alijs.

2 Ad impoſsibile, ſequitur quodliber, cōſequentia nō formali; ſed conſequentia materiali ſimpliciter, quæ per aſſumptionem vnius propoſitionis neceſſarię reducitur ad formalem, hoc pacto; homo eſt lapis, ergo tu es Romæ; probatur conſequentia ſic: homo eſt lapis, & nullus homo eſt lapis: ergo ex præcedenti: nullus homo eſt lapis: ſequitur etiam eadē ratione, ergo homo eſt lapis. Tunc vltra: Homo eſt lapis, ergo homo eſt lapis, vel tu es Romæ, ſed nullus homo eſt lapis, vt deductum fuit, ergo tu es Romæ, quod erat deducendum, & inferendum. Ad eundem modum ex propoſitione impoſsibii, poteris quacumque aliam volueris inferre.

3 Ne-

Digitized by Google

3 Neceſſarium ſequitur ad quodlibet: ideſt propoſitio neceſſaria ſequitur ad quamlibet propoſitionem aliam, cōſequentia materiali ſimpliciter ſiuè veram, ſiue falſam, ſiue neceſſariam, ſiue impoſſibilem. Vnde exempli cauſa ſequitur: tu es Romæ, ergo omnis homo eſt animal Probatur. conſequentia. Ad impoſſibile ſequitur quodlibet, ergo ad iſtam impoſſibilem, homo non eſt animal, ſequitur in bona conſequentia, ergo tu non es Romæ: ſed quando ad antecedens ſequitur conſequens in bona conſequentia, ad oppoſitum conſequentis, ſequitur oppoſitum antecedentis: ſequitur ergo, tu es Romæ, ergo omnis homo eſt animal. Omnis autem propoſitio habet ſuam contradictoriam, ex contradictorio igitur cuiuſlibet propoſitionis, poterit inferri contradictorium propoſitionis impoſsibilis. Contradictorium autem propoſitionis impoſſibilis eſt propoſitio neceſſaria.

4 Ad quamlibet propoſitionem falſam, ſequitur quælibet alia propoſitio in bona conſequentia materiali, vt nunc: probatur iſta concluſio ſuo modo, reducendo illam ad formalem per aſſumptionem propoſitionis contingentis veræ, vt probata fuit, ſecunda concluſio per aſſumptionem vnius propoſitionis neceſſariæ.

6 Omnis propoſitio vera ſequitur ad quamlibet aliam propoſitionem, quæcumque ſit illa, in bona conſequentia materiali, vt nunc. Et probatur iſta concluſio hoc modo, vt tertia. Nam ad quamlibet propoſitionem falſam ſequitur quælibet alia in bona conſequentia materiali, vt nunc, & ad cuiuſlibet propoſitionis contradictoriam ſequitur contradictorium propoſitionis falſæ. Formetur exempli gratia ſic argumentum: tu dormis, ergo vigilas, ponamus ita eſſe, quòd tu vigiles: probatur conſequentia ſic. Ad quamlibet propoſitionem falſam, ſequitur alia in bona conſequentia, vt nunc, ex præcedenti ſequitur. Non vigilas, ergo non dormis, ſed ad oppoſitum conſequentis, ſequitur oppoſitum antecedentis: ſequitur igitur, tu dormis, ergo vigilas, quod erat inferendum.

His generalibus prætractatis ad ſpeciales conſequentias deſcendendum, & primo ad eas, quæ ex loco intrinſeco virtutem nanciſcuntur.

Diuiſio prima. *Cap. IV.*

Locus triplex. { Intrinſecus, Extrinſecus, Medius.

Locus intrinſecus eſt quando terminus inferens, & illatus de ſe inuicem conuerſim verificantur: vt animal rationale habet intellectum, ergo homo habet intellectum; vel ſic: homo habet intellectum, ergo animal rationale habet intellectum. Item iſti duo termini, animal rationale & homo de ſe inuicem conuerſim verificantur, quicquid enim homo eſt, animal rationale eſt, & è contrà. Vel dicitur locus intrinſecus, quando conſequentia tenet virtute alicuius propoſitionis formatæ ex eiſdem terminis: vt Socrates currit, ergo homo currit, tenet virtute iſtius; Socrates eſt homo.

Locus intrinſecus duplex. { Maxima, Differentia maxima.

Maxi-

Digitized by Google

Maxima eſt regula argumentationis confirmatiua, vt quicquid conuenit definitioni, conuenit & definito.

Diffinita maximæ eſt argumentationis nomen à termino inferente, & illato ſumptum: vt locus à definitione ad definitum, locus à cauſa ad cauſatum, &c.

Quando terminus inferens eſt alterius denominationis à termino illato, tunc in loco diffinitę maximæ nomē termini inferentis ponitur in ablatiuo, & nomen termini illati ponitur in accuſatiuo: vt locus à definitione ad definitum.

Quando terminus inferens, & illatus eiuſdem ſunt denominationis, tunc vtriuſq; commune nomen ponitur in ablatiuo plurali: vt locus ab oppoſitis, à coniugatis, à caſibus.

Locus maximæ, & differentia maximæ. {
- A ſubſtantia,
- A concomitantibus ſubſtantiam.

Locus à ſubſtantia eſt quando terminus inferens, & illatus de ſe viciſsim, ac conuerſim prædicatur, vt eſt definitio, & definitum.

Locus à concomitantibus ſubſtantiam eſt, quando terminorum argumentationis vnus partem, aut cauſam alterius ſignificat.

Locus à ſubſtantia ſextuplex. {
- A definitione ad definitum.
- A definito ad definitionem.
- A deſcriptione ad deſcriptum.
- A deſcripto ad deſcriptionem.
- Ab interpretatione ad interpretatum.
- Ab interpretato ad interpretationem.

Definitio eſt oratio, quid eſt eſſe rei eſſentialiter, & conuerſim explicans.

Definitum eſt id cum quo definitio conuertitur, quid eſt ipſum eſſentialiter, explicans. F

In loco à definitione ad definitum, Quattuor ſumuntur argumenta.

Primum argumentum affirmatiuè, definitionem ſubijciendo: vt corpus animatum ſenſitiuum, eſt tactiuum, ergo animal eſt tactiuum.

Maxima.

Quicquid verificatur de definitione, verificatur de definito.

Secundum argumentum affirmatiuè, prædicando definitionem: vt concha eſt corpus animatum ſenſitiuum, ergo concha eſt animal.

Maxima.

De quocumque verificatur definitio, de eodem verificatur, & definitum.

Maxima generalis.

Quicquid conuenit definitioni, conuenit & definito.

Tertium argumentum, negatiuè ſubijciendo definitionem: vt corpus animatum ſenſitiuum non eſt planta, ergo animal non eſt planta.

Maxima.

Quicquid remouetur à definitione, remouetur à definito.

Quartum argumentum, negatiuè prædicando definitionem: vt mundus non eſt corpus animatum ſenſitiuum, ergo mundus non eſt animal.

Maxima

A quocumque remouetur definitio, ab eodem remouetur & definitum.

Maxima generalis.

Quicquid diſconuenit definitioni, diſconuenit & definito.

Digitized by Google

In loco à definito ad definitionem , quattuor ſumuntur argumenta , ſicut de definitione dictum eſt , vt homo eſt riſibilis , ergo animal rationale eſt riſibile .

Maxima.

Quicquid verificatur de definito,verificatur de definitione .

Secunda.

De quocumque verificatur definitum,de eodem verificatur definitio .

Maxima communis .

Quicquid conuenit definito,conuenit definitioni .

Maxima tertia.

Quicquid remouetur à definito,remouetur à definitione .

Maxima Quinta .

A quocumque remouetur definitum, ab eodem remouetur definitio .

Maxima communis .

Quicquid diſconuenit definito,diſconuenit definitioni .

De loco à deſcriptione & deſcripto.

Deſcriptio eſt oratio,accidentaliter,quid res eſt,explicans:vt animal ſuſceptiuum diſciplinæ,eſt deſcriptio hominis.

Deſcriptum eſt id,cum quo deſcriptio conuertitur , accidentaliter ipſum explicans .

Locus à deſcriptione ad deſcriptum,quattuor habet argumenta, ſicut & locus à definitione ad definitum .

Maxima.

1 Quicquid verificatur de deſcriptione,verificatur de deſcripto .
2 De quocumque verificatur deſcriptio,de eodem verificatur deſcriptum .

Maxima communis .

3 Quicquid conuenit deſcriptioni,conuenit & deſcripto .
4 Quicquid remouetur à deſcriptione,remouetur à deſcripto .
5 A quocumque remouetur deſcriptio,ab eodem remouetur deſcriptum.

In loco à deſcripto ad deſcriptionem quattuor argumenta.

Maxima .

1 Quicquid verificatur de deſcripto,verificatur de deſcriptione .
2 De quocumque verificatur deſcriptum,de eodem verificatur deſcriptio.

Maxima communis .

3 Quicquid conuenit deſcripto,conuenit deſcriptioni .
4 Quicquid remouetur à deſcripto,remouetur a deſcriptione .
5 A quocumque remouetur deſcriptum,remouetur deſcriptio .

Maxima communis.

6 Quicquid diſconuenit deſcripto,diſconuenit deſcriptioni.

De loco ab interpratatione & interpratato .

Interpratatio eſt minus noti per magis notum conuertibilis explicatio : vt vir,

vt vir,ideſt,homo habens virtutem.

Explicans eſt interprætatio,explicatum eſt interprætatum.

In loco ab interprætatione, quattuor ſumuntur argumenta, vt ſupra in alijs.

Maxima.

1 Quicquid verificatur de interprætatione,verificatur de interprætato.

2 De quocumque verificatur interprætatio de eodem verificatur interprætatum.

Maxima communis.

3 Quicquid conuenit interprætationi,conuenit interprætato.

4 Quicquid remouetur ab interprætatione,remouetur ab interprætato.

5 A quocumque remouetur interprætatio, ab eodem remouetur interprætatum.

Maxima communis.

6 Quicquid diſconuenit interprætationi,diſconuenit interprætato.

In loco ab interprætato ad interprætationem quattuor argumenta.

1 Quicquid verificatur de interprætato,verificatur de interprætatione.

2 De quocumque verificatur interprætatum,verificatur interprætatio.

Maxima communis.

3 Quicquid conuenit interprætato,conuenit interprætationi.

4 Quicquid remouetur ab interprætato,remouetur ab interprætatione.

5 A quocumeue remouetur interprætatum,remouetur interprætatio.

Maxima communis.

6 Quicquid diſconuenit interprætato,diſconuenit interprætationi.

Synonimum ſub interprætatione continetur. Subiectum, & propria paſſio ſub deſcriptione: ſpecies,& eius differentia completiua,ſub definitione.

Maxima communes.

1 Quicquid conuenit, aut diſconuenit vni ſynonimorum, conuenit aut diſconuenit alteri,& è contra.

2 Quicquid conuenit,aut diſconuenit ſubiecto,conuenit paſſioni,& è contra.

3 Quicquid conuenit,aut diſconuenit ſpeciei,conuenit, aut diſconuenit differentiæ completiuæ,& è contra.

Hi tres loci ſæpè ab auctoribus confunduntur, & omnia hæc argumenta à definitione nominantur,& à definito.

Maxima generalis omnibus prædictis.

Quicquid conuenit,aut diſconuenit definitioni, deſcriptioni, aut interprætationi,conuenit,aut diſconuenit definito,deſcripto, & interprætato, atque è contra.

Hæ conuenientiæ, aut diſconuenientiæ veræ ſunt, ſi iſta quibus applicantur, ſignificatiuè,& perſonaliter ſumpta fuerint.

De locis ex concomitantibus ſubſtantiam. Cap. *V.*

H Locus à concomitantibus ſubſtantiam duplex. { A toto,& parte . / A cauſa,& cauſato .

Totum,& pars 4. { In quantitate . / Vniuerſale. / In modo. / Integrale. } His quatuor addũt alia duo tota . { Totum in tempore . / Totum in loco .

Totum in quantitate,eſt terminus communis mediante ſigno vniuerſali , vniuerſaliter ſumptus.Vt omne animal,omnis planta,omnis homo .

Pars totius in quantitate eſt terminus minùs communis ſub toto in quantitate ſumptus,vt omne animal eſt totum in quantitate : homo , equus , leo , ſunt eius partes .

In loco à toto in quantitate, quatuor ſumuntur argumenta .

Primum argumentum affirmatiuè ſubijciendo : vt omne animal ſentit , ergo homo ſentit,ergo Leo ſentit,&c.

Maxima.

Quicquid verificatur de toto in quantitate, & de qualibet eius parte .

Secundum argumentum affirmatiuè prædicando , vt viſus eſt omnium colorum perceptiuus,ergò viſus eſt perceptiuus albedinis,nigredinis, fuſcedinis , & ſic de ſingulis .

De quocunque verificatur totum in quantitate,& quælibet eius pars .

Maxima communis.

Quicquid attribuitur toti in quantitate,& cuilibet eius parti .

Tertium argumentum negatiuè ſubijciendo ; vt nullum animal eſt ſenſibile , ergo homo non eſt inſenſibile,&c.

Maxima.

Quicquid remouetur à toto in quantitate,& à qualibet eius parte .

Quartum argumentum negatiuè prædicando,vt auditus non percipit colorem , ſiuè nullum percipit colorem,ergo non percipit albedinem,nigredinem,&c.

Maxima.

A quocunque remouetur totum in quantitate,& quælibet eius pars .

Maxima communis.

Quicquid diſconuenit toti in quantitate,& cuilibet eius parti .

In propoſitionibus ad diſciplinam pertinentibus,arguendo affirmatiuè à toto in quantitate,non eſt ponenda conſtantia partis , ſed tantùm in propoſitionibus vulgaribus : Vt omnis homo eſt coloratus , & Petrus eſt , ergo Petrus eſt coloratus : nàm ſi Petrus non eſſet actu,conſequentia non valeret .

Propoſitio Conſtantiæ,eſt propoſitio poſita in antecedente per coniunctionem copulatiuam,in qua verbum ſubſtantiuum ſecundum adiacens, affirmatur de termino cuius ponitur Conſtantia : Vt in hoc argumento,omnis homo currit,& Petrus eſt,ergo Petrus currit;illa propoſitio,& Petrus eſt, quæ ponitur in antecedente,dicitur propoſitio Conſtantiæ .

Poni

Digitized by Google

Poni conſtantiam alicuius,eſt rem ſignificatam in tempore præſenti exiſtere.

Locus à partibus in quantitate habet quatuor argumenta.

Primum affirmatiuè ſubijciendo: vt albedo viſu percipitur, nigredo viſu percipitur,medius color viſu percipitur:ergo omnis color viſu percipitur.

Maxima

Quicquid verificatur de partibus in quantitate ſimul ſumptis, & de toto verificabitur.

Secundum argumentum affirmatiuè prædicando,vt viſus percipit albedinem, nigredinem,medioſque colores,ergo viſus percipit omnem colorem.

Maxima.

De quocunque verificantur partes in quantitate ſimul ſumptæ,de eodem verificatur totum.

Maxima communis.

Quicquid attribuitur partibus in quantitate ſimul ſumpti,& ipſi toti attribuitur.

Tertium argumentum negatiuè ſubijciendo, vt albedo non percipitur auditu, neque color medius; ergo nullus color auditu percipitur.

Maxima

Quicquid negatur de partibus in quantitate ſimul ſumptis, & de toto negatur.

Quartum argumentum negatiuè prædicando:vt auditus non percipit nigrediné, neque albedinem, neque medios colores, ergo auditus, nullum percipit colorem.

Maxima.

De quocunque negantur partes in quantitate ſimul ſumptæ, de eodem negatur ipſum totum.

Maxima communis.

Quicquid diſconuenit partibus in quantitate ſimul ſumptis, diſcóuenit ipſi toti:

Argumentum à partibus in quantitate ad eorum totum eſt inductio; nàm eſt à ſingularibus ſufficienter enumeratis ad vniuerſale progreſſio,de qua inferius.

De loco totius vniuerſalis.

Totum vniuerſale eſt ſuperius reſpectu inferioris; vt animal reſpectu hominis; homo reſpectu Petri,& Pauli.

Pars totius vniuerſalis eſt inferius reſpectu ſuperioris. vt Petrus reſpectu hominis,& homo reſpectu animalis.

Pars totius vniuerſalis,& pars ſubiectiua idem ſunt.

In loco à toto vniuerſali duo argumenta. 1

Primum negatiuè ſubijciendo: Vt animal non eſt inſenſibile, ergo equus non eſt inſenſibilis.

Maxima.

Quicquid negatur de toto vniuerſali, negatur & de qualibet eius parte.

Secundum argumentum negatiuè prædicando, vt planta non eſt animal, ergo planta non eſt equus.

Ma-

Digitized by Google

minem nigrum, dicitur totum in modo, qui ſi non compararetur, non erit totum in modo.

Pars totius in modo, eſt terminus ſumptus cum determinatione non diminuente in comparatione ad ſeipſum ſumptū ſine illa determinatione, vt homo albus, homo niger in comparatione ad hominem.

Terminus ſumitur cum determinatione non diminuente, quando ipſum totum de parte in modo vniuerſaliter verificatur, vt omnis homo albus eſt homo.

A loco à toto in modo, ad ſuam partem duo ſumuntur argumenta.

Primum negatiuè ſubijciendo; vt nullus homo eſt planta, ergo nullus homo albus eſt planta.

Maxima.

Quicquid negatur de toto in modo, negatur de qualibet eius parte.

Secundum argumentum negatiuè prædicando, vt nulla planta eſt animal, ergo nulla planta eſt animal rationale.

Maxima.

De quocunque negatur totum in modo, negatur quælibet eius pars.

Maxima communis.

A quocunque remouetur totum in modo, remouetur quælibet eius pars.

In loco à parte totius in modo. quatuor argumenta.

Primum affirmatiuè ſubijciendo: vt animal rationale eſt ſuſceptiuum diſciplinæ, ergo aliquod animal eſt ſuſceptiuum diſciplinæ.

Maxima.

Quicquid verificatur de parte totius in modis verificatur, & de eius toto.

Secundum argumentum affirmatiuè prædicando: vt homo eſt animal rationale, ergo homo eſt animal. Franciſcus eſt homo doctus, ergo Franciſcus eſt homo.

Maxima.

Cuicumque attribuitur pars in modo, attribuitur particulariter eius totum.

Tertium negatiuè ſubijciendo; vt, Animal rationale non eſt diſciplinæ capax, ergo aliquod animal non eſt diſciplinæ capax.

Maxima.

Quicquid negatur de parte in modo, negatur de eius toto particulariter ſūpto.

Quartum negatiue prædicando: vt Aſinus non eſt albus, ergo aſinus non eſt homo. vel ſic; Petrus non eſt homo albus, ergo Petrus non eſt omnis homo.

Maxima.

A quocunque remouetur pars in modo, ab eodem remouetur totum particulariter ſumptum.

Maxima communis.

Quicquid remouetur à parte in modo, remouetur à toto particulariter ſumpto.

In doctrinalibus non ponitur conſtantia partis, in vulgaribus ponitur.

Locus à toto integrali.

Totum integrale eſt quicquid habet partes materiales, & extenſas. Pars integralis eſt id, ex quo totum integrale componitur.

Pars

Pars integralis duplex.
- Principalis ſine qua totum eſſe non poteſt, vt caput in homine.
- Minùs principalis ſine qua ſuum totum eſſe poteſt, vt manus in homine.

In loco à toto integrali formatur argumentũ tantùm affirmatiuè in propoſitionibus de ſecundo adiacente; vt homo eſt, ergo caput eſt: domus eſt, ergo fundamentum eſt.

Maxima.

Si eſt totum integrale, & pars principalis erit.

In loco à parte integrali formatur argumentum tantùm negatiuè, in propoſitionibus de ſecundo adiacente; vt caput hominis non eſt, ergo homo non eſt.

Maxima.

Si non eſt pars principalis integralis, nec ſuum totum erit.

De loco à toto in loco.
- Totum in loco eſt dictio comprahendens omnem locum aduerbialiter: vt vbique
- Pars in loco eſt dictio aliquem locum aduerbialiter comprahendens.

Locus à toto in loco habet duo argumenta.

Primum conſtructiuè prædicando, ſic: Deus eſt vbique, ergo Deus eſt hic.

Maxima.

Cuicumque competit totum in loco, & quælibet eius pars.

Secundum argumentum deſtructiuè ſic, prædicando. Cæſar eſt nullibi, ergo Cæſar non eſt hic.

Maxima.

Quicquid remouetur à toto, in loco, & à qualibet eius parte.

Locus à parte in loco tenet ſolùm deſtructiuè, prædicando, vt Cæſar non eſt hic, ergo Cæſar non eſt vbique.

Maxima.

Cuicumque non competit pars in loco, neque eius totum.

De loco à toto in tempore.

Totum in tempore eſt dictio aduerbialis omne tempus comprahendens, vt ſemper, nunquam.

Pars in tempore eſt dicto aduerbialis, aliquod tempus comprahendens. Vt nunc, cras, heri, &c. Formentur autem argumenta, & maximè ſicut dictum eſt de toto, in loco.

De cauſa.

Cauſa eſt id ad cuius eſſe ſequitur aliud, ideſt aliquod eſſentialiter, & realiter diſtinctum.

Effectus eſt id quod ſequitur ad eſſe alterius, ſcilicet ad eſſe cauſæ.

Digitized by Google

Cauſa quadruplex
- Efficiens, à qua aliquid fit.
- Finalis, propter q̃, vel cuius gratia aliquid fit.
- Formalis, per quã aliquid fit.
- Materialis, ex qua aliquid fit.

cauſatũ 4.
- Effectũ, ꝗ fit ab aliquo.
- Finitum, quod eſt propter aliud, vel fit.
- Formatũ, quod per formam fit, vel eſt.
- Materiatum, quod ex materia fit, vel eſt.

Superdiuiſio cauſæ.

- Neceſſaria, ſine qua effectus non poteſt eſſe, vt cauſæ hominis neceſſariæ ſunt.
  - Deus,
  - Anima rationalis.
  - Corpus organicum,
- Sufficiens qua exiſtente effectũ non eſſe, aut non poſſe eſſe, eſt impoſſibile, non eſſe, ſi ſit naturalis: non poſſe eſſe, ſi libera ſit.

Subdiuiſio.

Cauſa ſufficiens 2.
- Naturalis, quæ neceſſariò agit. — Ignis eſt cauſa ſufficiens naturalis ipſius caloris.
- Voluntaria, quæ poteſt agere, & non agere. — Deus eſt cauſa ſufficiens voluntaria creaturæ.

In loco à cauſa neceſſaria, ſiuè formali, ſiuè materiali, ſiuè efficiente, aut finali, formatur argumentum negatiuè tantùm, in propoſitionibus de ſecundo adiacente. Vt anima rationalis non eſt, ergo homo non eſt, corpus organicum non eſt; homo non eſt, primum efficiens non eſt, ergo homo non eſt, vltimus finis non eſt, ergo homo non eſt.

Maxima.

Si non eſt cauſa neceſſaria, nec eius effectus.

In loco ab effectu cauſæ neceſſariæ formatur argumentum tantùm affirmatiuè, vt homo eſt, ergo animal rationale eſt: ergo corpus organicum eſt, ergo Deus eſt.

Maxima.

Poſito effectu, ponitur, & eius cauſa neceſſaria.

In loco à cauſa ſufficienti naturali formatur argumentum tantùm affirmatiuè, vt lux Solis eſt, ergo lumen eſt; iugulatum eſt, ergo mortuum eſt, non autem negatiuè.

Maxima.

Poſita cauſa ſufficiente naturali, ponitur, & eius effectus. In cauſa autem voluntaria non valet.

In loco ab effectu cauſæ ſufficientis naturalis, formatur argumentum tantùm negatiuè; ſimiliter in propoſitionibus de ſecundo adiacente: vt non eſt mortuum, ergo non eſt iugulatum. non eſt lumen Solis, ergo nec lux Solis.

Maxima.

Si non eſt effectus, neque eius cauſa ſufficiens naturalis.

Maxima generalis.

Poſita cauſa ſufficiente, ponendus effectus, qui eſt, fuit, erit, aut poteſt eſſe,

reſpiciente, ponendus eſt eius effectus eſſe, fuiſſe, fore, vel poſſe eſſe.

Vt anima humana coniuncta eſt corpori, ergo homo eſt: Domificans eſt, ergo domus erit; ſcientia eſt, ergo ſtudium fuit: Domificator eſt, ergo domus poteſt eſſe.

In cæteris cauſarum generibus fit ſolum argumentum, in propoſitionibus de ſecundo adiacente; in cauſa verò finali, etiam in propoſitionibus de tertio adiacente penès iſta prædicta, bonum, & malum. Vt fælicitas eſt bona, ergo virtus eſt bona.

Maxima.

Cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonum eſt: Similiter homicidium eſt malum, ergo inſidiæ ad ipſum perpetrandum ſunt malæ.

Maxima.

Cuius finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt.

Bonum triplex:
- Vtile, quod cedit in vtilitatem alicuius, vt domus.
- E Delectabile, quod efficit delectationem, vt pulchritudo.
- Honeſtum quod animum perficit, vt ſcientia.

Malum triplex:
- Inutile, vt bonorum iactura.
- Triſte, vt ægritudo.
- Turpe, vt vitium.

In quolibet iſtorum poteſt formari argumentum à cauſa finali ad eius effectum.

De loco à generatione, & corruptione.

Generatio eſt rei productio. Corruptio eſt rei deſitio. Genitum eſt aliquod productum: corruptum eſt, quod deſijt eſſe.

In loco à generatione, & corruptione fit argumentum dumtaxat penès iſta prædicata, bonum, & malum.

Primo affirmatiuè ſic. Aſſuefactio ad virtutem eſt bona, ergo virtus eſt bona.

Maxima.

Cuius generatio eſt bona, ipſum quoque bonum eſt.

Secundo ex oppoſito negatiuè ſic: Vitium non eſt bonum, ergo aſſuefactio ad vitium non eſt bona.

Maxima:

Quod non eſt bonum, neque eius generatio eſt bona.

In altero prædicato ſic: Primo affirmatiuè. Aſſuefactio ad vitium eſt mala, ergo vitium eſt malum.

Maxima.

Cuius generatio eſt mala, ipſum quoque eſt malum.

Secundo ex oppoſito negatiuè ſic: Virtus non eſt mala, ergo aſſuefactio ad virtutem non eſt mala.

Maxima.

Quod non eſt malum, neque eius generatio eſt mala.

Sic etiam à genito ad generationem affirmatiuè, & ex oppoſito negatiuè, quatuor argumenta poſſunt formari.

Maxima.

Quod eſt bonum, & eius generatio eſt bona. Cuius generatio non eſt bona, neque genitum eſt bonum.

Quod

Quod eſt malum,eius generatio eſt mala ; Cuius generatio non eſt mala , neq; genitum eſt malum .

In loco à corruptione,antecedens , & conſequens habēt prædicata oppoſita ; & quatuor ſumuntur arguméta à corruptione ad corruptum affirmatiuè: à corrupto verò negatiuè .

Maxima.

Cuius corruptio eſt bona, eius corruptum eſt malum. Cuius corruptio eſt mala , eius corruptum eſt bonum .

Si corruptum non eſt bonum , neque eius corruptio eſt mala. Si corruptum non eſt malum,eius corruptio non eſt bona .

De loco ab vſibus.

Vſus eſt rei operatio . Vſitatum eſt id, cuius eſt vſus .

In loco ab vſu ad vſitatum fiunt argumenta affirmatiuè . Ab vſitato verò ad vſum negatiuè .

Primum argumentum affirmatiuè ſic ; Studium ſcientiæ eſt bonum , ergo Libri ſunt boni .

Maxima.

Cuius vſus bonus eſt,ipſumque bonum eſt .

Secundum argumentum ex oppoſito negatiuè ſic . Venenum non eſt bonum ; ergo veneficium non eſt bonum .

Maxima .

Quod non eſt bonum , neque eius vſus bonus eſt .

Tertium argumentum affirmatiue ſic . Veneficium eſt malum , ergo venenum eſt malum .

Maxima.

Cuius vſus malus eſt , ipſum quoque malum eſt .

Quartum argumentum ex oppoſito negatiuè ſic . Libri non ſunt mali , ergo ſtudium ſcientiæ non eſt malum .

Maxima.

Quod non eſt malum , neque eius vſus malus eſt .

De loco à communiter accidentibus.

Communiter accidentia in propoſito ſunt ea , quorum vnum ſemper ſequitur ad alterum;vt facere fructum in arboribus realiter ſequitur ad florere . Non enim arbor fert fructum,quin prius floruerit;neque nubes denſantur , niſi vapores priùs eleuati fuerint .

In loco à communiter accidentibus duo fiunt argumenta.Primum affirmatiuè , vt arbor profert fructum , ergo floruit:nubes ſunt in aere , ergo vapores eleuati ſunt .

Maxima.

Communiter accidentium poſito poſteriore,ponitur,& prius .

Secundum argumentum ex oppoſito negatiuè : Arbor non floruit , ergo non profert fructum ; Vapores non ſunt eleuati,ergo nubes non ſunt in aere.

Maxima.

Communiter accidentium remoto priore, remouetur poſterius. Hæc de loco intrinſeco dicta ſufficiant.

De loco extrinſeco. Cap. VI.

Locus extrinſecus eſt quando terminus inferens, & terminus illatus nullo modo conueniunt; vt ignis eſt calidus, ergo non eſt frigidus; calidum enim, & frigidum, neque idem connotant, neque pro eodem accipiuntur.

Locus extrinſecus maxima & differentia maximæ 8.
- Ab oppoſitis. —— 4.
  - Relatiuè
  - Contrariè
  - Priuatiuè
  - Contradictoriè.
- A repugnantibus.
- A maiore.
- A minore.
- A ſimili.
- Ab auctoritate.
- A tranſumptione.
- A tranſmutata proportione.

In loco ab oppoſitis relatiuè formatur argumentum primo affirmatiuè ſic; Pater eſt, ergo Filius eſt. & ècontrà.

Maxima.

Deſtructo vno relatiuorum, deſtruitur & reliquum.

Maxima communis.

Relatiua poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt.

Relatiua dicuntur ad conuertentiam.

Si alicui conuenit vnum relatiuum, oppoſitorum, ſimul eidem eodem modo non conuenit reliquum. Vt quatuor eſt duplum ad duo, ergo quatuor non eſt dimidium ad duo: Franciſcus eſt Pater Ioannis, ergo Franciſcus non eſt filius Ioannis.

In loco à priuatiuè oppoſitis formatur argumentum, ab affirmatione vnius ad negationem alterius de eodem ſingulari: Vt Franciſcus eſt videns, ergo non eſt cæcus: aer eſt lucidus, ergo non eſt tenebroſus.

Maxima.

Cuicumque conuenit vnum priuatiuè oppoſitorum, non ſimul eidem conuenit reliquum.

Secũdo à negatione vnius ad affirmationem alterius, ſiue conſtructiuè formatur argumentũ de eodem ſingulari, cum conſtantia ſubiecti: vt Franciſcus non eſt cæcus, & Franciſcus eſt, ergo Franciſcus eſt videns.

Maxima.

A quocumque remouetur vnum priuatiuè oppoſitorum, cum conſtantia ſubiecti, eidem attribuitur reliquum.

Maxima communis.

Impoſſibile eſt priuatiuè oppoſita ſimul eſſe in eodem. eſſe ſimul in eodem eſt de eodem ſingulari ſimul verificari.

In loco à contrariè oppoſitis formatur argumentum ab affirmatione vnius ad nega-

Digitized by Google

negationem alterius,ſiue deſtructiuè : vt Petrus eſt ſanus, ergo Petrus non eſt æger. Ioannes eſt albus, ergo non eſt niger.

Maxima.

Cuicumque conuenit vnum contrariè oppoſitorum, non ſimul eidem conuenit (reliquum.

Secundo formatur argumentum à negatione vnius ad affirmationem alterius,ſiuè conſtructiuè cum conſtantia ſubiecti in contrarijs tantum immediatis. Vt Petrus non eſt ſanus,ergo Petrus eſt æger.

Maxima.

A quocunque remouetur vnum contrariorum immediatorum cùm conſtantia ſubiecti ſuſceptibilis,eidem attribuitur reliquum.

Maxima communis.

Impoſſibile eſt contraria eſſe ſimul in eodem.

In loco à contradictoriè oppoſitis,formatur argumentum ab affirmatione vnius ad negationem alterius. Vt Petrus eſt ſedens,ergo Petrus non eſt non ſedens. Franciſcus eſt non ſedens,ergo Franciſcus non eſt ſedens.

Maxima.

Cuicumque conuenit vnum contradictoriè oppoſitorum, non ſimul eidem conuenit reliquum.

Secundo formatur argumentum,à negatione vnius ad affirmationem alteriùs,cũ conſtantia ſubiecti. Vt Petrus non eſt ſedens, & Petrus eſt, ergo Petrus eſt non ſedens : Franciſcus non eſt vigilans, & Franciſcus eſt, ergo Franciſcus eſt vigilans.

A quocumque remouetur alterum contradictoriorum in conſtantia ſubiecti, eidem attribuitur reliquum.

Maxima communis.

Impoſſibile eſt contradictoria ſimul de eodem verificari.

De loco à repugnantibus.

Repugnantia ſunt,quæ cum nulla oppoſitione ſint oppoſita de ſe inuicem, verè, & vniuerſaliter negantur : vt homo,& lapis,equus,& aſinus, &c. vel ſic. Repugnantia ſunt,quæ de ſe inuicem verificari non poſſunt.

Repugnantia extranea,diſparata,idem ſunt.

In loco à repugnantibus formatur argumentum tantùm deſtructiuè,ab affirmatione vnius ad negationem alterius. Vt binarius eſt par, ergo non impar; homo eſt animal,ergo non eſt planta.

Maxima.

Cuicumque conuenit vnum repugnantium ab eodem remouetur reliquum.

De Maiori, & Minori.

Maius eſt,quod habet maiorem veritatis apparentiam.

Minus eſt,quod habet minorem veritatis apparentiam.

In loco à maiori formatur argumentum negatiuè tantum. Vt Valentinus nõ poteſt portare libram ponderis; ergo non poteſt portare duas; comparando vnum ſubiectum ad duo prædicata.

Vel ſic comparando duo ſubiecta ad idem prædicatum, vt vir non poteſt ferre

decem

decem pondera ; ergo Puer non poteſt ferre decem pondera.

Vel tertio comparando duo ſubiecta ad duo prædicata : Vt vir non poteſt ferre decem pondera, ergo multò minus puer poteſt portare viginti.

Maxima.

Si quod magis videtur eſſe,non eſt,neque quod minus.

In loco à minori formatur argumentum tantùm affirmatiuè, ſiuè conſtructiuè, idque tripliciter.

Primo comparando vnum ſubiectum ad duo prædicata, vt puer poteſt portare decem libras,ergo magis poterit portare quinque.

Secundo comparando duo ſubiecta ad idem prædicatum : Vt puer poteſt portare decem libras,ergo magis vir.

Tertio comparando duo ſubiecta ad duo prædicata : Vt puer poteſt portare decem libras,ergo magis vir poteſt portare quinque.

Maxima.

Si quod minus videtur eſſe eſt,& illud quod magis.

De ſimili.

Simile eſt,quod habet ſimilem ſuæ veritatis apparentiam.

In loco à ſimili formatur argumentum conſtructiuè,& deſtructiuè : Primo conſtructiuè ſic : Homo eſt corruptibilis, ergo equus eſt corruptibilis : vtrumque enim eſt animal.

Deſtructiuè ſic. Homo non eſt immortalis, ergo Aſinus non eſt immortalis : vtrumque enim eſt animal.

Argumentatio à ſimili exemplaris eſt, & diſciplinis accommodatiſſima : Vt ab albedine res eſt alba,ergo à magnitudine res eſt magna.

Maxima.

De ſimilibus idem eſt iudicium.

De Proportione.

Quandò in loco à ſimili argumentamur cum particula ſicut ſe habet, vocatur argumentum à proportione,& tenet conſtructiuè,& deſtructiuè.

Conſtructiuè ſic:ſicut ſe habet viſus in oculo,ità ſcientia in anima,ſed viſus perficit oculum,ergo ſcientia perficit animam. Item ſicut ſe habet cæcitas ad oculum,ita ignorantia ad intellectum,ſed cæcitas eſt malum oculi, ergo ignorantia eſt malum intellectus.

S Deſtructiuè ſic : ſicut ſanitas ſe habet ad corpus, ità virtus ad animam, ſed ſanitas non conſiſtit in abundantia,& defectu humorum, ſed in mediocritate, & temperamento, ergo virtus non conſiſtit in abundantia, & defectu, ſed in mediocritate.

Maxima.

Proportionabilium idem eſt iudicium.

Hic locus digniſſimus eſt ; per quem analogiæ explicantur,quæ ad docendum,& ad veritatem inueſtigandam ſunt accommodatiſſimæ.

De Auctoritate

Auctor eſt qui aliquam ſcientiam rectè callet, & eam, aut inuenit, aut ſcriptis ampliorem reddidit.

Aucto-

Digitized by Google

Auctoritas eſt auctoris dictum, benè, & verè aſſertum.

Locus ab auctoritate ſolùm tenet cõſtructiuè, ſiue affirmatiuè, vt Porphirius docet eſſe quinque prædicabilia, ergo prædicabilia ſunt quinque. Ariſtoteles dixit decem eſſe prædicamenta, ergo prædicamenta ſunt decem.

Maxima.

Vnicuique experto in ſua ſcientia credendum eſt.

Sola auctoritas diuina, & Eccleſiæ Catholicæ & vnanimis Patrum, ac Theologorum conſenſus infallibilis eſt, vt infra cap. 8.

De Tranſumptione ſiuè Metaphora.

Tranſumptio eſt nominis metaphoricè ſumpti per proprium vocabulum, explicatio, vt prata rident, ideſt, florent. Olympius eſt Vrſus, ideſt ignarus: & Valentinus eſt vulpis, ideſt aſtutus: Innocentius eſt Pauo. i. gloriabundus. Chriſtus eſt Leo, Petra, lapis angularis, &c.

Locus à tranſumptione tenet conſtructiuè, & deſtructiuè: Vt, Logica habet viam ad omnem ſcientiam, ergo habet viam ad omnẽ methodũ, & èconuerſo.

Maxima.

Quicquid conuenit alicui ſub nomine proprio, conuenit ſub nomine metaphorico, & è conuerſo.

Deſtructiuè ſic. Geometria non habet viam ad omnem ſcientiam, ergo non habet viam ad omnem methodum, & èconuerſo.

Maxima.

Quicquid non conuenit alicui ſub nomine proprio, nec ſub nomine methaphorico, & èconuerſo.

De Tranſmutata Proportione.

Tranſmutata proportio eſt, quando quatuor terminorum primus ſe habet ad ſecundum, vt tertius ad quartum, ità permutatim primus ſe habet ad tertium, vt ſecundus ad quartum.

In loco à permutata proportione argumentum fit conſtructiuè hoc modo, ſicut ſe habent 16. ad 8. ità quatuor ad duo, ergo permutatim, ſicut ſe habent 16. ad quatuor, ità octo ad duo. Sed 16. eſt numerus quadruplus ad quatuor, ità octo ad duo. Sed 16. eſt numerus quadruplus ad quatuor, ità octo erit quadruplus ad duo.

Maxima.

Si ſicut primum ad ſecundum, ità tertium ad quartum ſe habent, etiam ſicut primum ad tertium, ità ſecundum ad quartum.

Hic locus propriè in qualitatibus vim habet.

De loco medio. Cap. VII.

Locus medius eſt quando terminus inferens, & terminus illatus partim conueniunt, partim differunt, vt album, & albedo. Iuſtum, & iuſtitia.

Locus medius maxima, & differentia maximæ 3.	A coniugatis. A caſibus. A diuiſione.	Locus à cõiugatis tenet 2.	Conſtructiuè. Deſtructiuè.

Con-

Coniugata ſunt ad inuicem, denominans, & denominatiuum, ſiuè abſtractum, & concretum.

Conſtructiuè formatur argumentum à concreto ad abſtractum, & ab abſtracto ad concretum, vbi eſt prædicatio eſſentialis, non autem vbi eſt prædicatio accidentalis: Vt album eſt coloratum, ergò albedo eſt color: & è contra, albedo eſt color, ergo album eſt coloratum. Item Logicus eſt ſciens, ergo Logica eſt ſcientia, & è contrà.

Maxima.

V Si concretum de concreto eſſentialiter prædicatur, & abſtractum de abſtracto eſſentialiter prædicabitur, & è contrà.

Deſtructiuè ſic. Album non eſt muſicum, ergo albedo non eſt muſica, & contrà. Albedo non eſt muſica, ergo album non eſt muſicum.

Maxima.

Si concretum de concreto eſſentialiter non prædicatur, neque abſtractum de abſtracto eſſentialiter prædicabitur, &ècontrà.

De Caſibus.

Caſus ſunt aduerbia à coniugatis formata. vt iuſtè, doctè, ſapienter.

Locus à caſibus tenet { Conſtructiuè. Deſtructiuè.

Conſtructiuè ſic, iuſtum eſt bonum; ergo quod iuſtè fit, benè fit, & ècontrà; quod iuſtum eſt benè fit, ergo iuſtum eſt bonum.

Maxima.

Si principale de principali, & caſus de caſu verificabitur, & ècontrà.

Deſtructiuè ſic. Vitium non eſt bonum, ergo quod vitioſè fit, non benè fit: & è contrà, quod vitioſè fit, non benè fit, ergo vitium non eſt bonum.

Maxima.

Si principale de principali non verificatur, neque caſus de caſu verificabitur, & è oontrà.

De Diuiſione.

Diuiſio eſt termini communioris in terminos minùs communes diſtributio, vt in libello diuiſionum viſum eſt.

In loco à diuiſione. Primo in antecedente ſumenda eſt propoſitio, in qua diuiſum de aliquo ſubiecto verificabitur. Secundo ſumuntur propoſitiones in quibus omnia membra diuidentia, excepto vno negantur de ſubiecto. Tertio ſumitur propoſitio in qua reliquum membrum, quod non fuit ſumptum in antecedente, verificatur de eodem ſubiecto, vt cignus eſt coloratus: Sed non eſt niger, neque rubeus, neque alio medio colore coloratus, ergo eſt albus.

Maxima.

Si diuiſum de aliquo verificatur, à quo omnia diuidentia remouentur, excepto vno, ipſum diuidentium reliquum de eodem verificabitur.

De quocumque verificatur diuiſum, de eodem omnia diuidentia ſub diſiunctione verificantur. Vt Cignus eſt coloratus, ergo eſt albus, aut niger, aut medio colore coloratus.

Redu-

Digitized by Google

Reductio ad ſacram Theologiam. Cap. VIII.

1 Optimè noſti frater chariſſimè, quod quilibet locus Dialecticus tenet virtute alicuius medij habentis vim inferendi concluſionem. In diuinis autem Filius eſt media in Trinitate perſona, cui veritas aſcribitur: eſt enim via, veritas, & vita, à cuius veritate prima omnis veritas creata dimanat, & dependet. X

2 Conſidera quanta ſit veritatis efficacitas: quod ex veris non niſi verum, falſum nunquam. Ex falſis verò etiam quandoque verum, non quatenus falſa ſunt, ſed ratione veræ ac neceſſariæ illationis, ob quam etiam ad propoſitionē includentem contradictoria, ſequitur quodlibet, quemadmodum etiam ad impoſsibile. Sis ergo ſemper veritatis amator, falſitatis oſor, & veridicus in omnibus verbis tuis. Aeterno verbo, ſummæque veritati in æternum placeas.

3 Deum creatorem tuum imitare, qui falſum, & malum non facit, ſed ex falſis, & malis, quæ ab ipſo Iuſtiſsimo, veroque iudicio permittuntur, vera, & bona elicit. Ad eundem modum ipſe quoque nec falſum proferas, nec quidcumque mali agas. Si vero quicquam contingat mali, cura diligenter, vt ſemper maius idem bonum elicias, quàm fuerit malum, quod perpetraueris.

4 Animaduerte argumentum omne è duplici fonte manare poſſe.
- A ratione,
- Ab auctoritate.

In ſcientijs naturali lumine acquiſitis, primum locum ſibi ratio vendicat, poſtremum auctoritas. In theologia verò è diuerſo: hæc enim rationes tamquam hoſpites & peregrinas excipit, vel in ſuum obſequium aſſumit. Auctoritatem autē plurimi facit. Quamobrem non immeritò locos etiam theologicos non oſcitanter addiſcere, mentique imprimere ſtudebis: quibus imbutus, & munitus clariùs, & faciliùs verum à falſo ſeiunges.

Loci Theologici duplices.
- Quædā Theologiæ proprij, ſcilicet,
  - Auctoritas ſacræ Scripturæ.
  - Auctoritas Traditionum Apoſtolicarū.
  - Auctoritas Eccleſiæ Catholicæ.
  - Auctoritas Conciliorum.
  - Auctoritas Eccleſiæ Romanæ.
  - Auctoritas Sanctorum veterum.
  - Auctoritas Scholaſticorum.
- Communis cum alijs ſcientijs.
  - Ratio naturalis.
  - Auctoritas Philoſophorum.
  - Auctoritas Hiſtoriæ Romanæ. Y

Melchior Cano de locis theologicis.

Sacra Scriptura loci & maxima.

1 Sacra Scriptura Diuinitus inſpirata, nullam admittens falſitatem, cuius auctoritas omninò certa, & infallibilis eſt, certiſsimum præſtat ad veritates indagandas, probandas, & confirmandas, & ad falſitates reijciendas argumentū.

Quæ ſunt vera in Theologia, & ſacra Scriptura, ſunt etiam vera in Philo-

ſophia,ac alijs ſcientijs, & è contra: vero enim verum conſonat,& veritati omnia conſentiunt,vt in ſuperiore libro dictum fuit.

Traditionum Apoſtolicarum loci,& maximæ.

Traditiones Chriſti, & Apoſtolorum dicuntur, quæ ſine ſcripto de aure in aurem, vel de ore ad os per manus traditæ, ad poſteros, & ad nos vſque tranſierunt.

1 Quod vniuerſa tenet Eccleſia,nec Concilijs eſt inſtitutũ,ſed ſemper retentũ eſt,non niſi auctoritate Apoſtolica traditum fuiſſe credendum eſt.

2 Si quod fidei dogma Patres ab initio ſecundum ſuorum temporum ſucceſſionem concordiſsime tenuerunt,huiuſque contrarium, vt hæreticum refutarunt,quod tamen è ſacris litteris non habetur, id Apoſtolica traditione habitum fuit.

3 Quicquid nunc habetur in Eccleſia,communi fidelium conſenſione probatum,quod tamen humana neceſsitas efficere minimè potuit, id ex Apoſtolica traditione manauit. Qualia ſunt votorum diremptio, iuramentorum remiſſio,matrimonij rati per ſolemnem religionis votum diſſolutio,&c.

4 Quodlibet dogma, quamlibet conſuetudinem, quam viri Eccleſiaſtici vno ore teſtantur, ab Apoſtolis,Eccleſiam accepiſſe, abſque dubio confitendum. Vt eſt vſus imaginum ſacrarum,& ſymbolum noſtræ fidei.

Eccleſiæ Catholicæ loci,& maximæ.

1 Sanctæ matris Eccleſiæ fides numquam deficere poteſt. Matth. vlt. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Eſt enim ſponſa Chriſti per fidem Oſ. 2. Deſponſabo te mihi in fide.

2 Eccleſia in credendo tùm antiqua, tùm ea quæ nunc eſt, quæuè futura eſt, errare non potuit,non poteſt,nec poterit.

3 Non ſolum Eccleſia ſumpta pro omni fidelium Congregatione, ſed etiam Eccleſia ſumpta pro Eccleſiæ Summo Pontifice principibus, ac paſtoribus, ſempiternum veritatis ſpiritum habet.

Conciliorum loci & maximæ

1 Concilium non modo Prouinciale,verum etiam generale, quod nec auctoritate ſummi Pontificis congregatum,nec confirmatum eſt, errare poteſt in fide.Patet de Ariminenſi,& Conſtantinopolitano ſub Leone Imperatore.

2 Concilium generale etiam ſummi Pontificis auctoritate congregatum, ſed non confirmatum, errare poteſt in fide: vt manifeſtat Concilium Epheſinum ſecundum.

3 Concilium generale,Prouinciale,& Epiſcopale, auctoritate ſummi Pontificis confirmatum errare non poteſt in fide. Ob idem certam fidem facit; iſtorum quodlibet,Catholicorum dogmatum.

4 Concilium Generale,Prouinciale,& Epiſcopale, quibus Romani Pontificis deeſt auctoritas, non tamen reprobatur; non certum ſanè, probabile tamen exhibent argumentum ad fidei dogmata ſuadenda.

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiæ Romanæ loci & maxima.

1 Romanus Pontifex Canonicè electus, verus in Terris Chriſti Vicarius Petri ſucceſſor, in controuerſijs fidei, & his quæ ad mores ſpectant, definiendis, errare minimè poteſt.

2 Romanus Pontifex in alijs ſcientijs, & facultatibus, cauſis, atque negotijs, & factis particularibus, etiam faciens quod in ſe eſt, & vt ſummus Pontifex errare, & decipi ſæpè poteſt.

3 In canonizatione ſanctorum R. Romanus Pontifex faciens quod in ſe eſt, errare non poteſt: Sanctorum namque canonizatio, ea, quæ ad mores ſpectant, includit.

Auctoritatis Sanctorum veterum loci, & maxima.

1 In expoſitione ſacrarum Litterarum communis omnium veterum Sanctorum auctoritas & intelligentia, certiſſimum argumentum ad theologicas aſſertiones corroborandas perhibet.

2 Omnium Sanctorum auctoritas in his, quæ ad fidem minimè pertinent, probabilitatem, non certitudinem efficit.

3 Plurium Sanctorum auctoritas, reliquis licet paucioribus reclamantibus firmum argumentum non præſtat.

4 Vnius, aut duorum Sanctorum auctoritas in his, quæ ad ſacras Litteras, & fidei doctrinam ſpectant, probabile quidem argumentum, non firmum ſubminiſtrat.

Auctoritatis Scholaſticorum Theologorum loca, & maxima.

1 Quando Scholaſticorum Theologorum ſententiæ ſunt inter ſe pugnantes illorum teſtimonium ſiuè pauciorum, ſiuè plurium ad faciendam fidem magis pollet, quorum rationes efficaciores, & grauior etiam auctoritas extiterit.

2 Quandocumque in re graui omnium Scholaſticorum vnanimis eſt conſenſus, ex eorum auctoritate non tantũ probabile, ſed firmum ducitur argumentum, vt eorum ſententiæ abſque temeritate refragari non liceat.

3 Quando in his quæ ſunt fidei, aut morum vnanimis eſt omnium Scholaſticorum conſenſus, eorum ſententiæ contradicere, hæreſis eſt.

4 In his quæ ad fidem pertinent iuriſconſultorum auctoritate Theologus non eget.

5 In his quæ ad mores pertinent, quatenus de his perſcribit aut lex Euangelica, aut ratio philoſophica, non nihil confert iuriſconſultorum auctoritas.

6 Vbi de moribus Eccleſiæ, & religionis inſtitutis per leges tantum Pontificias decernitur, & vbi pœnæ quoq; ac cenſuræ iuris præfiniuntur, iuriſconſultorum omnium communis conſenſus magnam veritatis fidem Theologo præſtare debet.

7 In Canonum Pontificiorum interpratatione, Eccleſiæ iudices, & miniſtri concordem omnem Iuriſconſultorum ſententiam amplectuntur.
8 A iure Ciuili, & à legibus Chriſtianæ Reipublicæ vſu probatis pro curſu rerum temporalium,aut certum, aut probabiliſſimum ducitur argumentum.
9 Eccleſiaſtici viri in rebus diuinis,ac ſempiternis pertractandis,leges imperiales vſurpare non debent: ex hi ſenim ad Theologiæ veritates comprobandas nullum depromitur idoneum argumentum.

Rationis naturalis locus,& maxima.

1 Ratio naturalis, ſi demonſtratiua fuerit, ſcientiam & certitudinem parit:ſi topica,probabilitatem gignit.

Philoſophicæ auctoritatis loca,& maxima.

1 Quanto Philoſophus doctior, & grauior fuerit,tantò illius probabilior auctoritas,& fide dignius teſtimonium.
2 Nullus Theologus aut Chriſtianus in verba alicuius Philoſophi iurare debet:plurima enim in ſuis ſcriptis veritati falſa admiſcuerunt.

Humanæ Hiſtoriæ loca,& maximæ.

1 Auctoribus ſacris exceptis,nullus hiſtoricus idoneus eſt ad faciendam certam fidem in Theologia.
2 Hiſtorici graues,& fide digni,tum Eccleſiaſtici, tum ſæculares probabile Theologo ſuppeditant argumentum ad ea quæ ſua ſunt corroboranda, & aduerſariorum opiniones repellendas.
3 Si omnes probati ac graues auctores in eandem rem geſtam concurrant, tunc ex horum auctoritate certum promitur argumentum,vt theologiæ dogmata firma etiam ratione conſtituantur: vt Petrum Romæ ſediſſe, ibique martyrium ſubijſſe.

Has propoſitiones ſolertiſsimè iuuenis memoriæ cõmendabis: ad veritates enim percipiendas,plurimum conferent adiumenti,& vtilitatis.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte media in Trinitate perſona,cui non ſine ratio ne,ſacra Theologia ſchola veritatẽ aſcribit: tu enim es prima,& ſumma veritas,à qua omnes aliæ veritates effluunt, & dependent, imprime mentibus noſtris incommutabiles rerum veritates,quarum ſincera luce perfuſi, æternæ veritati perpetuo inhærentes, numquam ad vana huius mundi inutiliter declinemus. Amen.

Finis Libri Vndecimi.

DIA-

Digitized by Google

DIALECTICAE
LIBER XII.

Fallacias, & Paralogiſmos aperiens:

PRÆFATIO.

DVas ſyllogiſmi ſpecies, Domino cooperante perſoluimus demonſtratioum ſcilicet, & Topicum, quorum hic quidem ex probabilibus, ille verò ex neceſſarijs euidentiam habentibus procedit: ſupereſt, vt ad ſophiſticum elenchum accedamus, vt omnes argumentorum fallacias enodare, & diſcutere valeamus.

De neceſsitate huius Libri.
Cap. I.

HIc liber maximè vtilis eſt, & neceſſarius: nam per hanc artem depræhenduntur omnes argumentorum fallaciæ, ſine cuius notitia fieri non poteſt, A
vt depræhendantur. Ignorantes autem hanc artem, alijs ſcientijs, operam dantes, vt Philoſophiæ naturali, morali, iuri Ciuili, & Canonico, atque etiam Theologiæ, ſiue cuique ſcientiæ, & arti, ſi velint proprio marte multa docere, vel ſcribere, præter ea, quæ in Sacra Scriptura tradita ſunt expreſsè, & præter ea, quæ in aliorum auctorum, & Philoſophorum monumentis habentur probata neceſſariò in multos prolabentur errores. Quapropter non eſt dubitandum, quin multitudo, & opinionum contrarietas, tàm in Philoſophia, quàm in Theologia ſæpenumero hac noſtra tempeſtate, & hac radice proueniat. Sunt ergo omnia fallaciarum diligenter addiſcenda, & in praxim deducenda, ne fallaciarum multitudine, & latentia irretiti, veritatem à falſitate ſecernere non poſſimus.

De Syllogiſmi Demonſtratiui, Topici, & Paralogiſmi Differentia. Cap. II.

B HOrum trium differentia patet ex partium Logicæ diſcrimine, quæ de his tractant. Nàm illa Logicæ pars, quæ propriè Dialectica nuncupatur, vel Topica, ex communibus procedit, atque in ſingulis ſcientijs ex communibus ad proprias concluſiones ratiocinatur. Exempli gratia, Philoſophus moralis topicè probat, quòd Amor, & odium ambo ſunt in voluntate, per hoc principium commune: Contraria nata ſunt fieri circa idem ſuſceptibile: non per aliquam proprietatem amoris, vel odij: Per idem principium; Medicus probat, quod ſanitas, & ægritudo in corpore animalis contingunt, non per propriam rationem ſanitatis, & ægritudinis: & ità de ſimilibus. Ars verò demonſtratiua, & ſi in doctrina tractat de communibus, putà de ſyllogiſmo demonſtratiuo, & de ijs, quæ illi attribuuntur, quæ omnibus ſcientijs communia ſunt, in ſingulis tamen ſcientijs per proprium medium argumentatur. Geometria enim vtitur demonſtratiua ratione, accipiens primas, & veras cauſas concluſionis, ac per proprium medium ad propriam concluſionem argumentatur, ſophiſtica autem ars, principia ſophiſtica conſiderat, inſtituens in illis quendam modum, quoad concluſiones procedi poteſt, quas ſophiſta demõſtrat. Quo modo adinuento, ſi ad aliquid falſum concludendum, vtatur per ſyllogiſmum ſophiſticum, fallacia erit, & deceptio, & à ratione ſcientiæ recedet.

Fallacia Quid, & Quotuplex. Cap. III.

FAllacia eſt argumentatio ſophiſtica. Argumentatio ſophiſtica, eſt argumentatio apparens, & non exiſtens; aut exiſtens, ſed non conueniens rei.

Non eſt conueniens rei, quando antecedens non probat conſequens.

Argumentatio eſt apparens, quando peccat in forma: vt omnis canis currit, ſydus cœleſte eſt canis, ergo ſydus cæleſte currit.

Argumentatio eſt non conueniens rei, quando peccat in materia, quamuis non peccet in forma. Vt omnis homo eſt animal; Omnis equus eſt homo, ergo omnis equus eſt animal.

C Peccat argumentatio in materia, quando altera præmiſſarum, vel ambæ ſunt falſæ: Vt omne animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt lapis. vel ſic, omnis lapis eſt accidens, omnis Aſinus eſt lapis, ergo omnis Aſinus eſt accidens.

Peccat argumentatio in forma, cum in ea conditiones omnes ad formam ſyllogiſticam requiſitæ non ſeruantur, de quibus proprio loco ſuprà dictum ſunt.

Fallacia duplex. { In dictione. / Extra dictionem.

Fallacia

Fallacia in dictione eſt penes quam peccat ſophiſticum argumentum, compoſitum ex ſignis voluntariè inſtitutis, quod non haberet defectum, niſi eſſet ſignum voluntariè inſtitutum.

Dictio hoc in loco eſt vox, Scriptura, & omne aliud ſignum ad placitum, ſiue complexum ſit, ſiue incomplexum.

Formans argumentum in mente, ſine omni Idiomate, non poteſt committere fallaciam in dictione.

Fallaciæ in dictione quædã peccant contrà multiplex. { Actuale, Potentiale, Phantaſticum. } D

Multiplex actuale eſt dictio incomplexa, vel complexa eadem ſecundum materiam, & formam, diuerſa ſignificans. Vt Liber Platonis, quæ oratio duplicem habet ſenſum, ſeu ſignificatum. Vnum eſt, liber poſſeſſus à Platone, aliud editus à Platone.

Materia dictionis ſunt litteræ, ſyllabæ, & dictiones, ſi ſit dictio complexa.

Pertinentia ad formam, ſunt accentus, quantitas ſyllabarum, aſpiratio, pauſæ, & puncta in Scriptura.

Multiplex potentiale eſt dictio incomplexa, vel complexa, eadem ſecundum materiam, diuerſa ſecundum formam, plura ſignificans. Vt Malum, quod ſi habeat primam breuem, ſignificat prauum: ſi verò longam, ſignificat pomum. Similiter iſta oratio: Quicquid viuit, ſemper eſt, variè punctari poteſt; primo ſic, quicquid viuit ſemper, eſt: Secundo ſic: quicquid viuit, ſemper eſt.

Multiplex phantaſticum eſt dictio incomplexa, vel complexa, quæ propter alterius ſimilitudinem videtur aliquid habere, quod non habet. Vt iſta dictio, poeta, videtur eſſe generis fœminini, quia habet ſimilitudinem in terminatione, cum iſta dictione, Muſa, quæ eſt generis fœminini.

Fallacia in dictione ſecundum multiplex actuale dupl. { Aequiuocationis. Amphibologiæ. }

De fallacia Aequiuocationis. Cap. VI.

Aequiuocatio eſt diuerſa ſignificatio termini ſimplicis in oratione poſiti: aut etiam diuerſa eius acceptio, & vſus, qui eſt idem ſecundum materiam, & formam.

Fallacia æquiuocationis, eſt fallacia in dictione ratione termini æquiuoci, aut vniuoci diuerſimodè accepti proueniens. E

Fallacia æquiuocationis tripliciter. { Aequiuoci à caſu. Aequiuoci à conſilio. Aquiuoci compoſiti. }

Primus modus fallaciæ æquiuocationis prouenit ratione termini æquiuoci à caſu, qui eſt, aut ſignificatiuus, aut conſignificatiuus. Exemplum primi. Omne graue tendit deorſum, Vox ſapientis eſt grauis; ergo vox ſapientis tendit deorſum.

Exemplum ſecundi. In hoc Vaſe eſt ſola aqua, color eſt in hoc vaſe; ergo color eſt ſola aqua.

Secun-

Secundus modus fallaciæ æquiuocationis prouenit ratione termini æquiuoci à conſilio, qui primo,& principaliter eſt impoſitus ad ſignificandum vnum, & ſecundario,propter aliquam ſimilitudinem imponitur ad ſignificandum aliud.

Exemplum. Omne ſanum eſt animal. Vrina eſt ſana: ergo vrina eſt animal. Omnis homo eſt rationalis, illa pictura eſt homo; ergo eſt rationalis. Deus eſt Immortalis: Iudices ſunt Dij: ergo Iudices ſunt immortales: Omne currens habet pedes, aqua currit; ergo habet pedes. Omne ridens eſt homo, pratum ridet,ergo pratum eſt homo.

Tertius modus fallaciæ æquiuocationis ratione termini compoſiti, ſcilicet cui propter compoſitionem accidit æquiuocatio: Vt mortale,vniuocum eſt: cõpoſitum tamen,Immortale duo ſignificat,potens non mori,& non potens mori. Vt omne,quod eſt Immortale non poteſt mori. Adam in ſtatu Innocentiæ erat immortalis,ergo non poterat mori. Omne,quod eſt inuiſum,eſt odioſum, Deus eſt inuiſus,ergo eſt odioſus.

Solutio.

F Recta ſolutio eſt defectus vel defectuum malè argumentationis manifeſtatio.

In Paralogiſmis. Omne multiplex indiſtinctum parit confuſionem.

Omne multiplex,etiam ſi in quolibet ſenſu ſit verum eſt diſtinguendum.

Omnis propoſitio argumentationis ſophiſticæ,in qua eſt multiplex, ratione cuius prouenit fallacia,eſt diſtinguenda.

In fallacia æquiuocationis cauſa apparentiæ eſt vnitas dictionis eius ſecundum materiam, & formam, diuerſa ſignificantis: cauſa defectus eſt multiplicitas ſignificatorum.

Fallacia æquiuocationis ſoluitur multiplex diſtinguendo, ac defectum manifeſtando.

Regulæ.

Quandò terminus æquiuocus plura principaliter importans ponitur in argumento,eſt fallacia æquiuocationis.

Quandò in argumento ponitur terminus æquiuocus à conſilio, committitur fallacia æquiuocationis.

Quandò in argumento ponitur terminus æquiuocus ratione compoſitionis,committitur fallacia æquiuocationis.

Quandò in argumento ponitur dictio,quæ poteſt eſſe diuerſorum caſuum, generum,modorum,numerorum,& aliorum accidentium grammaticalium, committitur fallacia æquiuocationis.

Quandò in argumento ponitur terminus variatus ſecũdum ſuppoſitionem, committitur ſecundum aliquos fallacia æquiuocationis.

De fallacia Amphibologiæ. Cap. V.

Amphibologia eſt dictio complexa eadem ſecundum materiam, & formam,plura ſignificans. Vt Liber Ariſtotelis.

Amphibologia triplex { A caſu. / A conſilio. / A compoſitione.

Amphi-

Digitized by Google

Amphibologia à caſu, eſt oratio plura æqualiter ſignificans. Vt liber Ariſtotelis. G
Amphibologia à conſilio eſt oratio plura ſignificans, vnum principaliter, aliud ſecundariò per ſimilitudinem ad ipſum. Vt Aſinum tondes, littus aras, ſeminas in arena.
Amphibologia ex compoſitione, eſt oratio, quæ per ſe ſumpta vnum ſignificat, adiuncta tamen ei aliqua dictione plura ſignificat. Vt vellem accipere pugnantes vnicum habet ſenſum: ſed vellem me accipere pugnantes habet duplicem ſenſum, vt patet.
Fallacia amphibologiæ eſt fallacia in dictione ex parte amphibologiæ proueniens: Vt quicquid eſt Ariſtotelis, poſſidetur ab Ariſtotele, tuus liber eſt Ariſtotelis, ergo tuus liber poſſidetur ab Ariſtotele. Quiſquis littus arat, terram aratro proſcindit; qui operam perdit, littus arat; ergo qui operam perdit, littus aratro ſcindit.

Solutio.

In fallacia amphibologiæ cauſa apparentiæ eſt identitas orationis eiuſdem ſecũdum materiam, & formam: cauſa defectus eſt ſenſuum multiplicitas.
Fallacia Amphibologiæ ſoluitur multiplex diſtinguendo, & defectum maniſeſtando.

Regulæ.

Quando aliqua eiuſdem caſus præcedunt verbum infinitum, vel verbum infinitum ponitur: illa oratio eſt multiplex ſecundum Amphibologiam. Vt aio, te Aeacida Romanos vincere poſſe: & vellem me honorare Franciſcum.
Oratio in qua ponitur ablatiuus abſolutus, eſt diſtinguenda ſecũdum Amphibologiam. Vt Petro currente, brachia tibi creſcunt: poteſt enim æquiualere conditionali, temporali, vel cauſali.
Oratio in qua ponitur gerundium in do, eſt multiplex, & diſtinguenda ſecundum Amphibologiam. Vt tu legendo laboras, vigilando dormis.
Quando dictum excluſiuè accipitur cum modo, illa eſt diſtinguenda ſecundum Amphibologiam. Vt tantum hominem Socratem eſt verum. Iſta habet duplicem ſenſum, primus eſt, quod hæc eſt vera, tantum homo eſt Socrates, in quo ſenſu dictio excluſiua deſeruit ſolum ſubiecto præiacentis: alius ſenſus eſt, quod ſola iſta propoſitio eſt vera: homo eſt Socrates, in quo ſenſu dictio excluſiua deſeruit toti propoſitioni. H
Quando accipitur modus cum dicto, illa oratio eſt diſtinguenda ſecundum Amphibologiam. Vt nigrum eſſe album eſt poſſibile, eo quòd denotat, vel modum competere toti propoſitioni, vel propoſitioni de ineſſe, in qua ſupponit nomen demonſtratiuum, vel nomen proprium pro illo, pro quo ſupponit prædicatũ.
Vnus ſenſus hic eſt: hæc eſt poſſibilis, nigrum eſt album, ſecundus ſenſus: hæc eſt poſſibilis, hoc eſt album.
Similiter etiam quicumque dicit te eſſe animal dicit verum: Hoc pacto eſt diſtinguenda: Vnus ſenſus eſt: quicumq; dicit hanc propoſitionem, tu es animal, dicit verum: Alius ſenſus eſt: quicumque dicit aliquam propoſitionem ex qua ſequitur, quod tu es animal, dicit verum: & hic ſenſus eſt falſus.
Quandocunque in oratione, ponitur inter terminos dictio conditionalis, copulatiua, diſiunctiua, cauſalis, temporalis, aut localis, eſt diſtinguenda ſecundũ Amphibologiam, eo quod eſſe poteſt conditionalis, copulatiua, diſiunctiua, cauſalis, temporalis, aut localis, vel poteſt eſſe de extremo conditionato, copulato, diſiuncto, cauſali, temporali, aut locali.

Digitized by Google

Quando aſſignantur diuerſi ſenſus orationis non debent aſſignari ſub eiſdē verbis, vt docet Boetius, ſed ſub diuerſis. Vt audio Romanos viciſſe Græcos: ſic poſſunt aſſignari. Primò per additionē, vt audio Romanos viciſſe, Græcos victos eſſe: vel audio Romanos victos eſſe, Græcos viciſſe. Secundo per diminutionem. Vt audio Romanos viciſſe; ſiue audio Græcos viciſſe. Tertio per transmutationem: vt audio, quòd Romani vicerunt Græcos, vel contrà.

Omnis oratio eſt habens ſenſum propriū, & impropriū eſt multiplex, ſecundum Amphibologiam. Vt Petrus habet humanitatem: humanitas Ioannis eſt in Ioāne. Vnus.n ſenſus, & proprius eſt, ꝙ humanitas eſt aliquod diſtinctū à Petro, & Ioanne: Alius ſenſus, & improprius, quod Petrus eſt homo, Ioānes eſt homo.

Oratio, quæ per ſe poſita caret aliquo ſenſu, quem habet, & additione alicuius, tunc quando illud additur, fit multiplex ſecundum Amphibologiam. Vt iſta, ſcit, ſæculum, vnum habet ſenſum, ſed ſi addatur iſta: Plato ſtudet, & ſcit ſæculum, habet duplicem ſenſum.

De fallacia ſecundum multiplex Potentiale. Cap. VI.

Fallacia ſecundum multiplex potentiale triplex. { Compoſitionis. Diuiſionis. Accentus.

Propoſitio compoſita eſt propoſitio habens ſenſum compoſitū. Senſus compoſitus eſt, cum in oratione partes ſecundum ſitum magis debitum accipiuntur.

Propoſitio diuiſa eſt propoſitio habens ſenſum diuiſum. Senſus diuiſus eſt, cum in oratione partes ſecundum ſitum minùs debitum accipiuntur.

Situs magis debitus in oratione eſt ille, quē quilibet illius Idiomatis peritus iudicat eſſe magis aptum. Minus debitus verò quem iudicat minus aptum.

Si modus ſit ſubiectū, aut prædicatū propoſitionis, ſitus ē magis debitus, & ſēſus cōpoſitus: vt hoīem ambulare eſt poſſibile, & poſſibile eſt hominē ambulare.

Si modus determinet copulam, ſitus eſt minus debitus, & ſenſus diuiſus: vt hominem poſſibile eſt ambulare.

Si determinatio inter duo determinabilia ponatur, vtriq; æquè propinqua, ſi determinet præcedens, ſitus eſt magis debitus, & ſenſus compoſitus: ſi ſequens, eſt minus debitus, & ſenſus diuiſus: vt Quicquid viuit ſemper eſt: Et quicquid viuit, ſemper eſt.

Si determinatio alteri determinabili propinquior fuerit, ſi determinet determinabile propinquius, ſitus eſt magis debitus, & ſenſus cōpoſitus: vt quiſquis ſcit literas, nūc didicit eas: Si verò remotius, ſitus eſt minus debitus, & ſenſus diuiſus, vt quiſquis ſcit literas nunc, didicit eas.

Si determinabile inter duas determinationes æquè propinquas ponitur, ſi ordinetur cū præcedenti eſt ſitus magis debitus, ſi cum ſequenti, eſt minus debitus. Vt malus artifex, bonus eſt, & eſt ſenſus compoſitus: Malus artifex bonus eſt, eſt ſenſus diuiſus.

Si determinabile alteri determinationi propinquior fuerit, & ordinetur cum propinquiori, eſt ſenſus magis debitus, ſi autem cum remotiori, eſt ſenſus minus debitus. Vt malus, interdum artifex bonus eſt, & eſt ſenſus compoſitus:

Digitized by Google

tus : Malum interdum artifex, bonus eſt, ſitus minus debitus eſt.

Fallacia compoſitionis eſt fallacia in dictione, qua malè arguendo proceditur à ſenſu diuiſo in antecedente ad compoſitum in conſequente: vt album poſſibile eſſe nigrum, ergo poſſibile eſt album eſſe nigrum. Quicumque ſcit literas nunc, didicit eas: ſed Magiſter meus ſcit literas, ergo nunc didicit eas. Item malus artifex, bonus eſt, ergo malus artifex bonus eſt.

Fallacia diuiſionis, & fallacia in dictione, qua malè arguendo proceditur à ſenſu compoſito in antecedente ad diuiſum in conſequente, Vt, impoſſibile eſt, album eſſe nigrum, ergo album impoſſibile eſt eſſe nigrum: quinque ſunt duo, & tria, ergo quinque ſunt duo, & quinque ſunt tria: Omne animal eſt rationale, vel irrationale, ergò omne animal eſt irrationale.

Regulæ.

Quandò à modo copulam determinatè in argumentatione fit tranſitus ad eundem modum poſitum in ſubiecto, vel in prædicato committitur fallacia compoſitionis, èconträ diuiſionis. L

Quando determinatio, aut determinabile in antecedente ſecundum ſitum magis debitum ordinatur, in conſequente verò ſecũdum ſitum minus debitum, committitur fallacia compoſitionis, & èconträ diuiſionis.

Quandò cõiunctio copulatiua, aut diſiunctiua copulat in antecedẽte inter terminos, in conſequente inter propoſitiones committitur fallacia diuiſionis.

Solutio.

In fallacia compoſitionis cauſa apparentiæ eſt oratio diuiſa habens identitatem in materia cum oratione compoſita: cauſa defectus eſt diuerſitas ſenſus diuiſi, & compoſiti.

Fallacia compoſitionis ſoluitur multiplex diſtinguendo, & defectũ manifeſtãdo.

In fallacia diuiſionis cauſa apparentiæ, eſt oratio compoſita habens identitatem in materia cum oratione diuiſa; cauſa defectus eſt diuerſitas ſenſus compoſiti, & diuiſi.

Fallacia diuiſionis ſoluitur multiplex diſtinguendo, & defectum manifeſtando.

De Fallacia Accentus. Cap. VII.

Accentus eſt remiſſio, extenſio, aut ſyllabarum moderatio quædam, ſecundum prolatæ dictionis euphoniam.

Accentus, vt hic ſumitur octuplex. { Acutus, Grauis, Circumflexus, Longus, Breuis, Indifferens, Aſpirans, non aſpirans, ſiue aſper, & lenis.

Accentus, acutus, grauis, & circumflexus, propriè ſolum ſunt accentus. M

Accentus acutus eſt ſyllabæ extenſio, vehementiorique ſpiritu prolatio.

Accentus grauis eſt ſyllabæ remiſſio, remiſſiorique ſpiritu prolatio.

Accentus circumflexus, eſt ſyllabæ inter extenſionem, remiſsionemque moderata prolatio.

Accentus lõgus, eſt ſyllabæ longæ prolatio: Breuis verò, ſyllabæ breuis prolatio.

Accentus aſpiratus eſt ſyllabæ aſpiratæ prolatio.

Fallacia accentus eſt fallacia in dictione ex parte accentus proueniens. Vt om-

Digitized by Google

ne malum eſt fugiendum, pomum eſt malum,ergo fugiendum . Omnis populus eſt gens, arbor iuxta fluuium eſt populus , ergo arbor iuxta fluuium eſt gens,&c.Malum enim ſi habeat primam breuem ſignificat prauum; ſi longam pomum.Similiter populus ſi habet primam breuem , gentem ſignificat: ſi longam,arborem.

Regula.

Dictio monoſyllaba naturaliter longa circumflectitur : longa verò poſitione, aut etiam breuis acuitur . Vt Ros,flos,trans,ab,at,&c.

Dictio biſyllaba,cuius prima eſt naturaliter longa,ſecunda breuis, primam circumflectit : vt Muſa . Si verò alio pacto ſit longa,vt poſitione,aut diphtongo, aut etiam breuis,primam acuit,vt iuſtus, ferox,benè:ſic etiam ſi prima breuis, ſecunda longa fuerit,vt Amens,bipes,&c.

N Dictio polyſyllaba,cuius penultima breuis eſt,tertiam ante finem acuit.Vt Carmina,populus,verſiculus .

Si polyſyllabæ penultima longa eſt natura,& vltima breuis , penultima circumflectitur.Vt videre,natura;& ſi vltima breuis non fuerit , penultima acuitur : vt clamarent .

Si polyſyllabæ penultima longa fuerit,non tamen natura ſemper acuitur, ſiuè vltima ſit longa,ſiue breuis.Vt Matthæus .

Omnis ſyllaba,quæ non circumflectitur,aut acuitur grauatur .

Quando ſyllaba longa mutatur in breuem, & èconuerſo committitur fallacia accentus .

Quando mutatur accentus aſper in lenem, committitur fallacia accentus .

Quando dictio diuiditur in duas,committitur fallacia accentus,vt inuitè,ſi dicatur (in vite .)

Solutio.

Fallacia accentus ſoluitur,multiplex diſtinguendo,& defectum manifeſtando .

De fallacia figuræ dictionis , ſiuè multiplici phantaſtico. Cap. VIII.

O Fallacia figuræ dictionis , eſt fallacia in dictione ex parte multiplicis phantaſtici proueniens . Vt Muſa , & poeta ſimiliter terminantur , ſed Muſa eſt generis fœminini;ergo poeta eſt generis fœminini. Item omne animal eſt coloratum,ergo homo eſt animal,ergo homo eſt coloratum.

Regula.

Quando propter conuenientiam in principio, vel in fine dictionis cum dictione, dictio videtur aliquid habere , quod non habet , committitur in argumentatione fallacia figuræ dictionis .

Quan-

Digitized by Google

Quando res vnius prædicamenti in rem alterius prædicamenti commutatur, cõmittitur fallacia figuræ dictionis: vt quicquid heri emiſti, hodie comediſti: carnes crudas heri emiſti, ergo carnes crudas hodie comediſti: commutatur quid in quale.

Quando commutatur quale quid in hoc aliquid, ſiue vniuerſale interpretatur ſingulare, eſt fallacia figuræ dictionis: vt homo eſt ſpecies, ergo aliquis homo eſt ſpecies.

Quandò variatur ſuppoſitio, & arguitur à ſimplici ad perſonalem, & contra; aut à materiali ad perſonalem, & contra, committitur fallacia figuræ dictionis: vt animal eſt genus, ergo homo eſt genus: homo eſt ſubſtantia, & homo eſt byſſyllabus, ergo ſubſtantia eſt biſſyllaba, &c.

Quando arguitur a ſuppoſitione confuſa tantum, vel diſcreta, manente eodem ſigno confuſiuo, committitur fallacia figuræ dictionis: vt omnis homo eſt animal, ergo omne animal eſt homo. P

Quando arguitur à ſuppoſitione determinata, vel confuſa tantum, ad eundem terminum ſtantem confusè diſtributiuè, eſt fallacia figuræ dictionis: vt tu dubitas aliquod verum: quod dubitas, tu, non ſcis: ergo non ſcis aliquod verum.

Quandocumque commutatur vnus numerus in alium, eſt fallacia figuræ dictionis: vt omne ſcitum, eſt ſcitum per demonſtrationem, vel per inuentionem: iſta duo ſunt ſcita, ergo per demonſtrationem, aut inuentionem.

Quandocumque fit variatio in termino poſito in argumento, ſecundum modos ſignificandi grammaticales, committitur fallacia figuræ dictionis: exemplum vt ſupra.

Quando propter ſimilitudinem orationis cum oratione, putatur oratio aliquid habere, quod non habet, vt oppoſitionem, conuerſionem, æquipollentiam, qualitatem, quantitatem, aut conſequentiam, committitur fallacia figuræ dictionis: vt iſtæ duæ ſunt contrariæ; omne animal eſt ſubſtantia, nullum animal eſt ſubſtantia: ergo. Iſtæ quoque ſunt contrariæ: omne animal fuit in Arca Noe; nullum animal fuit in Arca Noe, quod eſt falſum: nam prima non eſt vniuerſalis cum diſtribuat pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum: Senſus enim primæ eſt. De qualibet ſpeciale animalium, aliquid animal fuit in Arca Noe.

Solutio.

In fallacia figuræ dictionis cauſa apparentiæ eſt ſimilitudo dictionis cum dictione, aut orationis, cum oratione; cauſa defectus eſt diuerſitas eorum quæ videntur ſimilia.

Fallacia figuræ dictionis ſoluitur, conſequentiã negando, & defectũ manifeſtãdo.

Fallacia figuræ dictionis eſt periculoſiſsima, & multæ impietatis ſedes.

De fallacijs extra dictionem. Cap. IX.

Fallacia extra dictionem eſt quæ ſine conſideratione dictionis prouenire poteſt. Q

Fallacia non dicitur extra dictionem, quia ex dictionibus non conſtituatur, ſed quia

quia non ſumit cauſam apparentiæ ex parte dictionis,neque ex parte alicuius cōpetentis ſignificato ad placitum ſignificanti,ſed ex parte rei: vel potius penès quam peccant argumenta compoſita, tam ex ſignis voluntariè inſtitutis, quàm naturaliter ſignificantibus.

Per fallaciam extra dictionem potiùs quis decipitur apud ſe conſiderando: per fallaciam verò in dictione cum alio diſputando.

Fallaciæ extra dictionem ſeptem:
- Accidens.
- Secundum quid ad ſimpliciter.
- Ignorantia elenchi.
- Petitionis principij.
- Conſequentis.
- Non cauſæ,vt cauſæ.
- Secundum plures interrogationes, vt vnam.

De fallacia accidentis. Cap. X.

1 Accidens eſt extraneum in parte idem, in parte diuerſum: ſiuè accidens eſt terminus includens diuerſas rationes,ita inter ſe repugnantes, quod vna non includit aliam,nec ſimpliciter,nec diminutè:vt homo eſt ſpecies:Socrates eſt homo,ergo eſt ſpecies: ly homo,includit diuerſas rationes, & ſecundum vnam illarum comparatur ſpeciei,ſecundum aliam comparatur Socrati, & illa ratio,qua comparatur ſpeciei,repugnat rationi, qua comparatur Socrati.

Accidens aliquando eſt medius terminus,aliquando maior extremitas,aliquando minor. Exemplum primi: animal eſt genus, equus eſt animal, ergo equus eſt genus. Exemplum ſecundi: animal eſt genus, aſinus non eſt genus, ergo aſinus non eſt animal. Exemplum tertij, aſinus non eſt genus,aſinus eſt animal, ergo animal non eſt genus.

Regula.

Quandocumque medius terminus, vel quilibet alius comparatur vni extremo ſecundum vnam rationem,& alteri ſecundum aliam, ita quod illæ rationes ſe mutuò non includunt,in tali argumentatione neceſſariò erit fallacia accidentis:vt animal eſt genus,homo eſt animal,ergo homo eſt genus: animal enim comparatur ad genus ſub ratione,quà ſibi conuenit ſecunda intētio: ad hominem vero, prout reſpicit inferiora,& prout ſtat perſonaliter, quæ rationes diuerſæ ſunt,nec vna aliam includit.

Quilibet terminus ſub diuerſa ratione, & extranea poteſt ad diuerſa comparari in ſyllogiſmo.

Quando oppoſitum maioris extremitatis poteſt conuenire medio ſecundum quod medium conuenit minori extremitati, tunc eſt fallacia accidentis ex variatione medij: vt homo eſt ſpecies, Petrus eſt homo, ergo Petrus eſt ſpecies, maior extremitas eſt ſpecies,cuius oppoſitum eſt non ſpecies; quod vt dicitur de Petro,non poteſt eſſe ſpecies.

Quando oppoſitum medij conuenit maiori extremitati ſecundum quod maior extremitas conuenit minori extremitati, fit fallacia accidentis ex variatione maio-

Digitized by Google

maioris extremitatis : vt homo eſt ſpecies,Petrus non eſt ſpecies, ergo Petrus non eſt homo. Hic fit accidens ex variatione maioris extremitatis, nam oppoſitum medij, quod eſt non ſpecies, conuenit homini ſecundum eam rationem, qua homo conuenit Petro, qui eſt minor extremitas; nam homo vt conuenit Petro, qui eſt minor extremitas; non eſt ſpecies, vel eſt non ſpecies.

Quando oppoſitum medij conuenit minori extremitati ſecundum quod minor conuenit maiori extremitati fit accidens ex variatione minoris extremitatis: vt Petrus non eſt ſpecies, homo eſt ſpecies, ergo Petrus non eſt homo: non ſpecies, quod eſt oppoſitum medij conuenit homini, qui eſt minor extremitas.

Omnis ſyllogiſmus indebitè diſpoſitus peccat ſecundum fallaciam accidentis.

Quando fit argumentatio ex puris particularibus affirmatiuis, fit fallacia accidentis.

Quando fit indebita argumentatio à diuiſis ad coniuncta, vel contra, fit fallacia accidentis.

A diuiſis ad coniuncta valet conſequentia, quando non prædicantur aliqua ſibi inuicem repugnantia, nunquam eſt potentiale reſpectu alterius, & potentiale præcedit actuale, vt ſuam determinationem.

Vt Petrus eſt homo, & eſt albus, ergo Petrus eſt homo albus: ibi homo, & albus prædicantur de Petro, nec inter ſe repugnant, & homo, qui eſt potentialis præcedit album, quod eſt actuale, & ſua determinatio.

Quando prædicantur diuerſa accidentia ſibi inuicem per accidens conuenientia non licet ex diuiſis inferre coniunctum: vt Petrus eſt albus, & eſt Monachus, ergo eſt albus Monachus, non ſequitur.

Quando eorum, quæ diuiſim prædicantur, vltimum includitur in primo, non licet ex diuiſis inferre coniunctam: vt Petrus eſt homo, & eſt animal, ergo Petrus eſt homo animal.

Quando eorum, quæ prædicantur vnum ineſt ſubiecto per alterum, & non per ſe, non licet ex diuiſis inferre coniunctum; nec ex coniunctis diuiſum: vt Petrus eſt bonus faber, ergo eſt bonus, & eſt faber; nec è contra.

Quando ea, quæ coniunguntur diminuunt de ratione alterius non licet ex coniunctis inferre diuiſum: vt Cæſar eſt homo mortuus, ergo Cæſar eſt homo, & eſt mortuus.

Ex partiali aliquorum identitate in aliquo tertio inferre identitatem eorum ſimpliciter, eſt fallacia accidentis: vt omnis homo eſt animal, omnis aſinus eſt animal, ergo omnis homo eſt aſinus.

Solutio.

In fallacia accidentis cauſa apparentiæ eſt identitas aliquorum in tertio, cauſa defectus eſt eorumdem diuerſitas.

Fallacia accidentis ſoluitur, conſequentiam negando, & defectum manifeſtando.

Di

De ſallacia à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter. Cap. XI.

Fallacia à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter, eſt fallacia extra dictionem ex eo proueniens, quod quicquam videtur eſſe Enthimema totius in modo, aut ſuæ partis, & non eſt.

I Dictũ ſimpliciter, eſt terminus ſumptus ſine determinatione, in comparatione ad ſeipſum ſumptum cum determinatione qualicunque, ſiue diminuente, ſiue non diminuente. Vt homo ad hominem mortuum, ſiue ad hominem album. Sumitur diminuens etiam pro diſtrahente.

Dictum ſecundum quid, eſt terminus ſumptus cum determinatione diminuente, ſiue non diminuente in comparatione ad ſeipſum ſumptum ſine tali determinatione. Vt homo pictus, homo ſanus ad hominem, vel aliter.

Dictum ſecundum quid, eſt aggregatum ex dicto ſimpliciter, & determinatione diminuente, ſiue non diminuente conſtitutum.

Differt dictum ſecundum quid à parte in modo, quia in parte in modo debet eſſe tantummodo determinatio non diminuens, neque diſtrahens.

Regula.

Quando fit argumentatio à toto in modo particulariter ſumpto ad eius partem, fit ſallacia à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter. Vt Aethiops eſt homo, ergo Aethiops eſt homo albus.

Quando fit argumentatio à parte in modo ad ſuum totum vniuerſaliter ſumptũ, fit fallacia à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter. Vt Aethiops non eſt homo albus, ergo Aethiops non eſt homo.

Quando fit progreſſus à dicto ſecundum quid cum determinatione ampliante ad dictum ſimpliciter, fit fallacia à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter. Vt Cæſar eſt homo mortuus, ergo Cæſar eſt homo. Similiter ex oppoſito conſequentis. Vt Petrus non eſt homo mortuus, ergo non eſt homo.

V Quando determinatio eſt diminuens, non determinans maiorem partem, vel certam partem, fit fallacia ſecundum quid, & ſimpliciter. Vt Petrus eſt albus ſecundum dentes, ergo eſt albus.

Quando determinatio eſt diſtrahens, fit fallacia ſecundum quid, & ſimpliciter: vt Sixtus eſt homo pictus, ergo eſt homo: & ex oppoſito conſequentis, non eſt homo pictus, ergo non eſt homo.

Quando determinatio eſt diminuens ſecundum partem integralem, locum, aut tempus, eſt fallacia ſecundum quid, & ſimpliciter: vt Aethiops eſt albus ſecundum dentes, ergo eſt albus: Bonum eſt interficere porcos in macello. ergo bonum eſt interficere porcos: Bonum eſt proijcere merces in mare, imminente naufragio; ergo bonum eſt proijcere merces in mare.

Argu-

Argumentari à dicto ſecundum quid, cùm determinatione reſpectiua ad aliquid extrinſecum, ad dictum ſimpliciter, & è contrà, fit fallacia ſecundum quid, & ſimpliciter. Vt Franciſcus non eſt ſimilis Platoni, ergo non eſt ſimilis: currit in platea, ergo currit: quieſcit ibi, ergo quieſcit. eſt æqualis ſecundum latitudinem, ergo eſt æqualis, &c.

Omnis argumentatio enthymematica, quæ videtur eſſe ſecundũ aliquem locum Dialecticum, & non eſt, peccat ſecundum fallaciam ſecundum quid, & ſimpliciter; ſicut omnes ſyllogiſmi apparentes continẽtur ſub fallacia accidẽtis.

Quando fit fallacia à dicto ſecundum quid, vt plurimum fit affirmatiuè: ècontrà negatiuè..

Quando fit argumentatio ab eſſe de ſecundo adiacente, ad eſſe de tertio adiacẽte, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè, fit fallacia ſecundum quid, & ſimpliciter; ſimiliter &, ècontrà: Vt Socrates eſt; ergo Socrates eſt ſcitus. Socrates eſt cognitus, ergo eſt. Socrates non eſt, ergo non eſt cognitus a te. Socrates non eſt cognitus, ergo non eſt.

Solutio.

In fallacia à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter, cauſa apparẽtiæ, eſt conuenientia dicti ſecundum quid ad ſimpliciter, & èconuerſo: cauſa defectus eſt diuerſitas ſignificatorum.

Fallacia è dicto ſecundum quid ad ſimpliciter, ſoluitur conſequentiam negãdo, & defectum manifeſtando.

De Fallacia ignorantiæ Elenchi.
Cap. xij.

Elenchus eſt ſyllogiſmus contradictorius vnius, & eiuſdẽ, non nominis tantum, nec rei tantum, ſed nominis, & rei ſimul; non ſynonimi, ſed eiuſdem; & ex his, quæ data ſunt de neceſsitate, non connumerato eo, quod erat in principio, ad idem ſecundum idem, ſimiliter, & in eodem tempore.

Dicitur contradictorius, quia concludit propoſitionem oppoſitam poſitioni reſpondentis: vt ſi reſpondens teneat, omne corpus eſſe corruptibile; redarguẽs verò concludat, non omne corpus eſſe corruptibile. X

Dicitur vnius, & eiuſdem ſcilicet ſubiecti, & prædicati, quæ ambo debent eſſe eadem impoſitione reſpondentis, & concluſione redarguentis: eadem dico, nomine, & re ſimul. & ideò non debent eſſe ſynonima, quia licet ſint idem re ſynonima, tamen differunt nomine.

Dicitur de neceſsitate ad excludendam fallaciam accidentis, cuius concluſio nõ de neceſsitate ſequitur.

Non connumerato eo, quod erat in principio, ad excludendam fallaciam petitionis principij, in qua altera præmiſſarum, vel ambæ ſunt falſæ, vel non ſunt notiores concluſione.

Ad idem, ſecundum idem, ſimiliter, & in eodem tempore, ponuntur ratione contradictionis. Vnde iſtæ propoſitiones non contradicunt: eſt æquale ſecundum longitudinem, non eſt æquale ſecundum latitudinem: eſt ſimilis Pe-

 tro,

Digitized by Google

tro,non eſt ſimilis Ioanni.currit tardè, non currit velociter: mouetur in mane,non mouetur veſperi.

Primæ non ſunt ſecundum idem : Secundæ non ſunt ad idem : Tertiæ non ſunt ſimiliter : Quartæ non ſunt in eodem tempore.

Fallacia ignorantiæ Elenchi, eſt fallacia extra dictionem ex omiſſione alicuius quatuor;particulari,ad idem ſecundum idem,ſimiliter,& in eodem tempore.

Regula.

Y Ex omiſſione particulæ ſecundum idem, fit fallacia Elenchi : vt corpus, eſt bipedale ſecundum longitudinem,non eſt bipedale ſecundum latitudinem, ergo eſt bipedale,& non bipedale.

Ex omiſſione particulæ (ad idem) fit fallacia Elenchi : vt duo ſunt duplum, ad vnum, & non ſunt duplum ad tria,ergo duo ſunt duplum, & non duplum. Franciſcus eſt ſimilis Platoni,& non eſt ſimilis Ioanni, ergo eſt ſimilis,& non ſimilis.

Ex omiſsione particulæ,ſimiliter,eſt fallacia Elenchi: Vt Petrus mouetur tardè, non mouetur velociter,ergo mouetur,& non mouetur.

Ex omiſsione particulæ(in eodem tempore)fit fallacia Elenchi : Vt Clerici comedunt mane,non comedunt ſerò ergo comedunt,& non comedunt.

In fallacia Elenchi à duobus dictis ſecundum quid, ad duo dicta ſimpliciter proceditur.

Solutio.

In fallacia ignorantiæ elenchi cauſa apparentiæ,eſt conuenientia duorum dictorum ſimpliciter ad duo dicta ſecundum quid : cauſa defectus eorumdem diuerſitas.

Fallacia ignorantiæ elenchi ſoluitur, conſequentiam negando, & defectum manifeſtando.

De fallacia petitionis principij. Cap. xiij.

Fallacia petitionis principij,eſt fallacia extra dictionem, cuius antecedens, non probat conſequens.

R*egula.*

Z Quando antecedens ſiue altera præmiſſarum eſt falſa, vel ambæ, vel ignota, vel magis ignota, aut æquè ignota cum concluſione, eſt fallacia petitionis principij ; vt homo eſt Aſinus, Petrus eſt homo,ergo Petrus eſt Aſinus;Omne animal eſt planta : Omnis lapis eſt animal, ergo omnis lapis eſt planta : equus Regis ambulat,ergo equus ambulat. Rex ſedet, ergo aliquis homo ſedet: Aliquis homo nauigat in mare,ergo animal rationale nauigat in mare.

Qui dubitat antecedens,dubitat etiam conſequens.

Argumentatio à ſynonimo ad ſynonimum peccat ſecundum fallaciam petitionis

nis principij. Vt Marcus currit, ergo Tullius currit.

Argumentatio à definitione quid nominis ad definitum, peccat ſecundum fallaciam petitionis principij. Vt ignis eſt productiuus caloris, ergo ignis eſt calefactiuus.

Argumentatio à conuertibili propoſitione ad aliam, quarum vna non eſt prior altera, neque notior, peccat ſecundum fallaciam petitionis principij: vt nullus Muſicus eſt Grammaticus, ergo nullus Grammaticus eſt Muſicus.

In fallacia petitionis principij cauſa apparentiæ eſt diuerſitas antecedentis, & conſequentis cum neceſsitate conſequentiæ: cauſa defectus eſt identitas eorundem.

Antecedens, & conſequens idem ſunt in fallacia petitionis principij, quando antecedens non eſt probatiuum conſequentis, ſed eget probatione ſicut, & conſequens.

Fallacia petitionis principij ſoluitur, antecedens, aut alteram præmiſſarum, aut ambas negando, aut etiam dubitando, & conſequentiam negando.

De fallacia conſequentis. Cap. xiv.

Fallacia conſequentis eſt fallacia extra dictionem, ex eo prouenieus, quod conſequentia videtur conuerti, & non conuertitur: Vt homo eſt, ergo animal eſt, eſt bona conſequentia. Si verò conuertatur ſic: Animal eſt, homo eſt, eſt fallacia conſequentis. A a

Regula.

Conſequentia conuertitur, quando ſicut ad antecedens ſequitur conſequens, ſic ad conſequens ſequitur antecedens: vt homo eſt; ergo animal rationale eſt: & è diuerſo, animal rationale eſt, ergo homo eſt.

Conſequentia non conuertitur, quando ad antecedens ſequitur conſequens, ſed ad conſequens non ſequitur antecedens. Vt benè ſequitur; homo eſt, ergo animal eſt; ſed non ſequitur, animal eſt, ergo homo eſt.

Quando in conſequentia, quæ non conuertitur fit argumentatio, à poſitione cóſequentis, ad poſitionem antecedentis, eſt fallacia conſequentis: vt animal eſt, ergo homo eſt: animal enim eſt conſequens ad hominem, & homo eſt antecedens: nàm ad hominem ſequitur animal, non contrà.

In Conſequētia, quæ conuertitur, rectè fit argumentatio à poſitione conſequentis ad poſitionam antecedentis: Vt homo eſt, ergo animal rationale eſt: Animal rationale eſt, ergo homo eſt. A b

Quando in conſequentia, quæ non conuertitur, fit argumentatio à deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis, eſt fallacia conſequentis: Vt ſi homo eſt, animal eſt, ergo, ſi non eſt homo, non eſt animal, non ſequitur, nam Aſinus homo non eſt & tamen animal eſt.

In conſequentia, quæ non conuertitur rectè, fit argumentatio à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedens: Vt ſi homo eſt, animal eſt, ſed non eſt animal, ergo non eſt homo.

In Conſequentia, quæ conuertitur rectè fit argumentatio à deſtructione antece-

Digitized by Google

dentis ad deſtructionem conſequentis : Vt ſi homo eſt,rationale eſt;ſed non eſt homo,ergo non eſt rationale.

Quando ſit argumentatio à pluribus cauſis veritatis ad vnam tantum,eſt fallacia conſequentis: Vt nulla veritas eſt,ergo verum eſt,nullam veritatem eſſe : non ſequitur;quia in antecedente negatur veritas in re,& in intellectu : in conſequente negatur tantùm veritas in re ; ſed benè ſequitur. Nulla veritas eſt,ergo non eſt verum aliquam veritatem eſſe .

Argumentari ab inſufficienti ſingularium enumeratione , eſt fallacia conſequenti : Vt Petrus currit . Franciſcus currit , Socrates currit , ergo omnis homo currit .

Argumentari à termino ſtante determinatè , vel confusè tantum , ad eundem ſtantem confusè diſtributiuè,eſt fallacia conſequentis . Vt Socrates videt non omnem hominem,ergo non videt hominem .

Argumentari à communiter accidentibus , quæ non ſemper ſe conſequuntur,eſt fallacia conſequentis,vt comptus eſt,ergo adulter eſt .

Argumentari ab inferius diſtributo,ad ſuperius diſtributum , eſt fallacia conſequentis : vt omnis homo currit,ergo omne animal currit ,

Quotieſcumque in argumentatione committitur defectus contra regulas conſequentiarum,vel alicuius vnthymematis,ſemper eſt fallacia conſequentis:ideò eſt bonum ſcire regulas .

Solutio .

In fallacia conſequentis cauſa apparentiæ , eſt conuenientia vnius conſequentiæ veræ,ad aliam non veram ; cauſa defectus,eſt earundem diuerſitas.

Fallacia conſequentis ſoluitur negando conſequentiam,& defectũ manifeſtãdo.

De Fallacia non cauſa, vt cauſa. Cap. xv.

Ab Fallacia non cauſæ,vt cauſæ,eſt fallacia extra dictionem ex interemptione præmiſſæ ſuperfluæ proueniens in ſyllogiſmo ad impoſſibile .

Præmiſſa ſuperflua ſyllogiſmi ad impoſſibile eſt,qua poſita , vel remota, nihilominus remanet ſyllogiſmus ad impoſsibile . Vt anima, & vita ſunt idem,qua poſita,ſic poteſt duci argumẽtum.Anima,& vita ſunt idem;Mors, & vita ſunt contraria,& mors contrariatur generationi, ergo & vita contrariatur corruptioni : iſta concluſio eſt falſa,ergo anima.& vita non ſunt idem, quia ſine iſta propoſitione,ſequitur eadem concluſio . iſta ergo propoſitio, Anima , & vita ſunt idem , eſt non cauſa,vt cauſa .

Quandò præmiſſa ſuperflua conuenit cùm medio,maiore , & minore extremitate,eſt non cauſa,vt cauſa .

Quandò accipitur præmiſſa,quæ licet non ſit ſuperflua, tamen propter eius falſitatem , illa concluſio non eſt falſa.eſt non cauſa,vt cauſa : Vt prædeſtinatum poſsibile eſt damnari,ponatur in eſſe, qua poſita ſequitur impoſsibile , iſte eſt prædeſtinatus , iſte eſt damnatus , ergo prædeſtinatus eſt damnatus ; concluſio eſt

eſt impoſsibilis, ergo & illa, prædeſtinatum poſsibile eſt damnari, eſt impoſsibilis.

In hoc Argumento eſt non cauſa,vt cauſa: nam concluſio impoſsibilis, hic non ſequitur,quia prædeſtinatus poteſt damnari,nec quia ponitur in eſſe: Sed quia in antecedente accipiuntur duæ propoſitiones incompoſsibiles,nempe,iſte eſt prædeſtinatus,iſte eſt damnatus.

Solutio.

In fallacia non cauſæ,vt cauſæ,cauſa apparentiæ eſt conueniētia eius, quod apparet eſſe cauſa,& non eſt,cum eo,quod eſt verè cauſa: cauſa defectus eſt, eorumdem diuerſitas.

Fallacia non cauſæ,vt cauſæ ſoluitur, conſequentiam negando, & defectum manifeſtando.

De Fallacia ſecundum plures interrogationes, vt vnam. Cap. xvi.

FAllacia ſecundū plures interrogationes,vt vnam,eſt fallacia extra dictionē, ex eo proueniens,quod ex vna reſponſione ad plures interrogationes data, non bene concluditur.

Regula.

Interrogationes plures, vt vna, ſunt,quandò plura de vno,aut vnum de pluribus, aut plura de pluribus interrogantur,aut in ſingulari, aut in plurali numero. A c

Exemplum primi, ſit ſcutum media parte album,media parte nigrum,& interrogetur: eſt ne hoc ſcutum album, an nigrum? Recta reſponſio eſt, quod nec eſt album,nec nigrum; vel quod ſecundum partem eſt album, ſecundum partem eſt nigrum.

Exemplum ſecundi. Si ſint duo,quorum alter ſit cæcus, & alter videns,& interrogetur,ſunt ne iſti videntes? Recta reſponſio eſt: iſte eſt videns,ille cæcus.

Exemplum tertij Demonſtratis duobus cæcis, & duobus videntibus: interrogetur; ſunt ne iſti, & illi videntes? vel cæci? Recta reſponſio eſt,iſti ſunt videntes,illi ſunt cæci.

Solutio.

In fallacia ſecundum plures interrogationes, vt vnam; cauſa apparentiæ eſt vnitas interrogationis complexæ: cauſa defectus eſt eius multiplicitas.

Soluitur hæc fallacia,conſequentiam negando, & defectum manifeſtando.

De Reductione omnium fallaciarum ad ignorantiam Elenchi. Cap. xvij.

AEquiuocatio, Amphibologia, & figura dictionis reducuntur ad ignorantiam Elenchi,& quòd duplicitas, ſiue multiplicitas dictionis, & orationi-

impe-

Digitized by Google

impedit ſyllogiſmum, & contradictionem.

Compoſitio, Diuiſio, & Accentus reducuntur ad ignorantIam elenchi, quia non eſt eadem oratio, vel non eſt idem nomen, ſed differens.

Fallacia accidentis reducitur ad ignorantiam elenchi, eo quod concluſio non ſequitur de neceſsitate.

Fallacia ſecundum quid, & ſimpliciter, reducitur ad ignorantiam elenchi, quoniam de eodem non eſt affirmatio, & negatio.

Fallacia petitionis principij non cauſæ, vt cauſæ, reducitur ad ignorantiã elenchi, quia præmiſſæ non probant concluſionem.

Fallacia conſequentis, reducitur ad eandem, quia concluſio non ſequitur de neceſsitate.

Fallacia ſecundum interrogationes plures, vt vnam, reducitur ad eandem, quia peccat contra vnitatem propoſitionis.

Quòd omnes Paralogiſmi deficiant à natura veri ſyllogiſmi. Cap. xviij.

Ad Sciendum, quòd non ſolùm penes iſtas fallacias peccant omnes paralogiſmi ſtrictè ſumpti, qui ſunt ex duabus præmiſsis, & vnà concluſione, ſed etiam omnes falſæ conſequentiæ, ſiue illæ ſint enthimemata ſiue inductiones, ſiue exempla, qua hac ratione poſſunt vocari paralogiſmi, quia in paralogiſmos reduci poſſunt. Qui paralogiſmi ſic appellantur, quoniam cum videatur ſyllogiſmi veri, & perfecti, à natura veri ſyllogiſmi deficiunt.

Paralogiſmus ſecũdum æquiuocationem, vocaliter vero ſyllogiſmo aſsimiletur: Vt omnis Canis habet rabiem, ſydus cæleſte eſt canis, ergo ſydus cæleſte habet rabiem. In quo nullus eſt defectus, niſi quòd aliqua propoſitio eſt diſtinguenda.

Ae Paralogiſmus ſecundum amphibologiam, vocaliter verum ſyllogiſmum imitatur: vt quicumq; vendit oleum, eſt mercator. iſte adulator vendit oleum, ergo iſte adulator eſt mercator. Vel ſic. Omnis propoſitio vera, ſi eſt neceſſaria, eſt poſsibilis: Te eſſe lapidem eſt propoſitio vera, ſi eſt neceſſaria; ergo te eſſe lapidem eſt poſsibile. In his nullus eſt defectus à conditionibus veri ſyllogiſmi, niſi quòd aliqua oratio multiplex eſt diſtinguenda.

Paralogiſmus penes compoſitionem, & diuiſionẽ videtur eſſe verus ſyllogiſmus, à quo tamen deficit ob multiplicitatem orationis. Vt quicquid viuit, ſemper eſt: iſte viuit, ergo ſemper eſt.

Paralogiſmus figuræ dictionis videtur eſſe bonus ſyllogiſmus, & tamen non eſt. Vt, omnis ſubſtantia corporea eſt ſubiecta accidentibus. Animal eſt ſubſtantia corporea, ergo animal eſt ſubſtantia ſubiecta accidentibus, vel ſic. Quicquid heri emiſti, hodie comediſti carnes crudas heri emiſti, ergo carnes crudas hodie comediſti: In quibus, vt vides, forma ſyllogiſtica ſeruatur.

Paralogiſmus ſñ accidẽs, ſuo modo verũ ſyllogiſmũ repræſentat. vt in hoc exẽplo: iſte canis eſt pater, iſte canis eſt tuus, ergo iſte canis eſt pater tuus: videtur. n. eſſe ſyllogiſmus expoſitionis: quia præmiſſæ debito modo, diſponũtur: at concluſio perperam infertur, cum medius terminus concluſionẽ ingrediatur.

Para-

Digitized by Google

Paralogiſmus ſecundum conſequens ſic formari poteſt: omnis homo currit, omnis homo eſt animal, ergo omne animal currit. Defectus tamen apparet ex eo, quòd infertur concluſio vniuerſalis, quæ debet eſſe particularis.

Paralogiſmus ſecũdum quid ad ſimpliciter, ſic, vel conſimiliter deducitur: Nullus verus Chriſtianus interfecit inimicum: Iſte Iudex eſt verus Chriſtianus, ergo iſte Iudex non interfecit inimicum propter Charitatem: In hoc ſyllogiſmo nullus defectus contingit, niſi quod in cõcluſione aliqua adijcitur particula, quæ in præmiſsis non aderat.

Paralogiſmus iuxtà ignorantiam elenchi ſic: Nullum album eſt nigrũ, Aethiops eſt albus ſecundum dentes, ergo Aethiops non eſt niger. Iuxtà alias fallacias non formantur argumenta, quæ peccent in forma, ſed penes eas peccat opponens aduerſum reſpondentem; idcirco ab eorum exemplis ſuperſedeo. Huiuſmodi ſunt; Petitio principij: Non cauſa, vt cauſa: & fallacia ſecundum plures interrogationes, vt vnam.

De Regulis generalibus pro Fallacijs dignoſcendis. Cap. xix.

AD cognoſcendum autem, Vtrum in argumento fallacia ſit, nonnullæ ſunt animaduerſiones conſiderandæ. Prima eſt, quòd reſpondens, ad nullum argumentetur ex certis terminis non variatis, nec aliquo pacto mutatis, nec tranſmutatis, & ex certis propoſitionibus, quas diligenter perpendat, an earum aliqua multiplex ſit penes aliquam ex aſsignatis fallacijs; Deinde diſcutiat, an huiuſmodi argumentum per aliquam certam regulam moderetur, poſtea reſpondeat, omnia diligenter conſiderans.

Secunda animaduerſio ſit iſta Omnis Paralogiſmus voce formatus, vel ſecũdum vocem, aſsimilatur verò ſyllogiſmo quantum ad pluralitatem incomplexorũ, qualitatem, & quantitatem propoſitionum, vel ſecundum vocem, non aſsimilatur verò ſyllogiſmo. ſi aſsimilatur: non poteſt ibi eſſe defectus, niſi propter alicuius orationis multiplicitatem, aut incongruitatem, vel quia idem terminus ſine multiplicitate pro aliquo ſupponit in vna propoſitione, pro quo in alia non ſupponit.

Si primo modo, poteſt eſſe dupliciter: aut quia multiplicitas illa idem prouenit, quod aliqua vox incomplexa multiplex eſt, nec tamen variata, quantum ad modum proferendi, & tunc eſt fallacia æquiuocationis, aut eſt multiplicitas iſta dictionis incõplexæ, quia varijs modis eadem manens poteſt pronunciari: vt Populus, & Ara: vel quia ſecundum diuerſum pronunciandi modum poteſt eſſe dictio, vel oratio, vt in vite, & ſic erit fallacia accentus. Vel tota oratio ſine partium multiplicitate multiplex eſt: idque dupliciter: aut quia oratio in vtroque ſenſu vniformiter pronunciatur: vt, aio te Aeacida Romanos vincere poſſe, & tunc eſt Amphibologia; vel non eſt vniformiter pronunciata, & erit compoſitio, vel diuiſio. Vt ibis, redibis, non morieris in bello. A f

Si ſecundum modo, ſ propter ſolã incongruitatẽ accidit defectus, tunc erit fallacia figuræ dictionis; vt omne animal eſt corporeũ. Omnis homo eſt animal, ergo

ergo omnis homo eſt ; corporeum vel ſic. omnis ſubſtantia eſt ſubiecta accidentibus ; omnis homo eſt ſubſtantia , ergo omnis homo eſt ſubiecta accidentibus .

Si tertio modo , videlicet , quia idem terminus ſine multiplicitate ſupponit pro aliquo in vna propoſitione pro quo non ſupponit in alia ; adhuc poteſt eſſe fallacia figuræ dictionis:vt homo eſt ſpecies, Petrus eſt homo, ergo Petrus eſt ſpecies .

Tertia animaduerſio ſit iſta. Quando paralogiſmus vocaliter expreſſus non aſsimilatur in omnibus verò ſyllogiſmo , quantum ad naturam terminorum , & qualitatem,& quantitatem propoſitionum, poterit eſſe defectus tribus modis. Nam vel eſt ibi defectus præcisè propter diſsimilem qualitatem, & quantitatem præmiſſarum. Vel ſecundo,quia plures termini ponuntur in concluſione, quam in verò ſyllogiſmo Vel tertio eſt ibi defectus propter exceſſum terminorum incomplexorum .

Si primo modo,vel ſecundo erit fallacia,aut conſequentis, aut accidentis, quod ex ſuperioribus exemplis facilè dignoſcis. Si tertio modo , videlicet , quia plura incomplexa ponuntur,quam deberent poni, tunc , vel illud additur in præmiſſa,vel in concluſione:& tunc vel illud,cui additur , accipitur tam in præmiſſa, quàm in concluſione, & tamen in vna ſibi additur,& non in alia, & tunc eſt fallacia ſecundum quid & ſimpliciter : vel additur in præmiſſa, quod non ponitur in concluſione , & erit fallacia ſecundum ignorantiam elenchi . Omnia, quæ dicta ſunt,& alia facilè innoteſcunt per regulas ſpeciales in ſingulis fallacijs ſuperius aſsignatas .

Quarta animaduerſio ſit iſta . In vno , & eodem argumento poſſunt quandoque concurrere plures fallaciæ, vt putà, conſequentis,accidentis,& figuræ dictionis,& huiuſmodi,quas reſpondens diligenter perpendat , vt omnes opponenti manifeſtare queat,ne videatur huius artis ignarus .

Cuius ſyllogiſmi , ſophiſticus ſit obliquitas , & defectus. Cap. xx.

Ag SYllogiſmus ſophiſticus habens, vel vnam, vel ambas præmiſſas falſas, vt eſt petitio principij , dum tamen ſit in modo & figura conſtitutus,non eſt obliquitas , ſeu defectu ſyllogiſmi ſimpliciter ; ideſt non peccat contra ſyllogiſmum, vt ſyllogiſmus eſt . Ratio eſt , quia de ratione ſyllogiſmi , vt ſyllogiſmus eſt,non eſt,quòd procedat ex veris,neque ex neceſſarijs,neque ex probabilibus : nam veritas,neceſsitas,& probabilitas ſunt rerum proprietates : ſyllogiſmus autem ſecundum ſuum eſſe formale eſt ens rationis,cui accidit,quod ſit in materia probabili,vel neceſſaria : ſicut accidit circulo eſſe in materia ærea,aurea,vel argentea. Peccat ergo ſophiſticus ſyllogiſmus , qui eſt petitio principij habens vnam,vel duas præmiſſas falſas,ſed in debito modo, & figura diſpoſitas , contra ſyllogiſmum probantem , non contra ſyllogiſmum ſimpliciter,de cuius ratione eſt habere duas præmiſſas benè diſpoſitas,& tres terminos ritè ordinatos .

Ah Syllogiſmus ſophiſticus peccans in forma, peccat contrà ſyllogiſmum ſimpliciter,

Digitized by Google

ter,vt ſyllogiſmus eſt,atque etiam contra ſyllogiſmum Dialecticum : ſicut enim ſyllogiſmus dialecticus addit ſupra ſyllogiſmum ſimpliciter quandam localem habitudinem,ſiue maximam veram, ſuper quàm decurrit , vt ſuo loco dictum fuit;ſic ſyllogiſmus ſophiſticus peccãs in forma decurrit ſuper quandam habitudinem localem falſam .

Exemplum adducatur in hoc ſyllogiſmo : Omnis canis currit , ſydus cœleſte eſt canis,ergo ſydus cœleſte currit: hic ſyllogiſmus ſophiſticus eſt, decurrens ſuper hanc maximam falſam.Vni nomini ſoli,vna res ſola reſpondet : ex quo conſequens fit , quòd ſyllogiſmus ſophiſticus peccat contrà vtrumque . Nec eſt ſyllogiſmus ſimpliciter,nec dialecticus : quatenùs enim innititur maximæ falſæ locali, peccat contrà ſyllogiſmum dialecticum; quatenùs autem in ea maxima locali falſa, non poſſunt ſaluari principia ſyllogiſmi ſimpliciter , vt ſyllogiſmus eſt;quæ ſunt,dici de omni,& dici de nullo , peccat contrà ſyllogiſmum ſimpliciter : Ob id omnis ferè fallacia medium variat , & variando medium,argumentatur in quatuor terminis . Omnis ergo ſyllogiſmus ſophiſticus peccans in forma vtriuſque ſyllogiſmi tum ſimpliciter, & dialectici obliquitas eſt,& defectus .

Syllogiſmus ſophiſticus peccans in forma non eſt defectus , & obliquitas ſyllogiſmi demonſtratiui , vt demonſtratiuus eſt : nam priuatio nullius particulæ requiſitæ ad ſyllogiſmum demonſtratiuum,vt talis eſt , eſt cauſa non exiſtentiæ in ſyllogiſmo apparente : hoc patet diſcurrendo per omnes locos ſophiſticos:Nàm diuerſitas rei,latens ſub vnitate vocis, eſt cauſa non exiſtentiæ in æquiuocatione ; ſed vnitas rei , nòn eſt aliquid appropriatum ſyllogiſmo demonſtratiuo , vt demonſtratiuus eſt;ideò ille defectus non eſt contrà ſyllogiſmum demonſtratiuum; ſic in alijs idem patere poteſt . A i

Reductio ad Sacram Theologiam. Cap. xxi.

Nunc Frater Amantiſſime, ne te pigeat ea , quæ dicta ſunt ad Sacram Theologiam,& animi mores transferre , vt ex his omnibus , & ad Dei laudem, & ad propriã tui ipſius ſalutem fructum non exiguum quaſi apis argumentoſa decerpas. quòd facilè aſſequeris , ſi non oſcitanter perpendes , Tria eſſe , quæ in toto vitæ curriculo , ſuis fallacijs , & deceptionibus,tùm apertis,tum occultis hominem impetunt . A k

Quæ ſunt { Dæmon / Mundus / Caro. } —— dupliciter { Verbo / Facto }

Dæmon decipit,& ſæpenumero verbo decepit incautos, diuerſis vtens fallacijs , quas ſuprà pertractauimus : Vt fuit illud Dæmonis reſponſum , Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe, Amphibologiam continens : & quale illud , ibis,redibis,non,morieris in bello , per fallaciam compoſitionis , & diuiſionis decipiens . Et non longè ab hac tempeſtate noſtra , quidam maleficus Diabolum ſciſcitan , quonam pacto Iuſtitiæ Miniſtros , & mortem violentam ab illis infligendã vitare poſſet,reſpondit ei, vt à Campo Floræ ſecederet, qui

Digitized by Google

cum Campum Floræ Vrbis Romæ effugeret, in alterum quendam Campum Floræ alibi exiſtentem,incautus incidit, quo in loco Miniſtros Iuſtitiæ offendens,ab illis depræhenſus, ac infelix laqueo ſuſpenſus, æquiuocatione deceptus,interijt. Diſce igitur aliorum periculo,Dæmoni non adhibendam fidem, qui cum ſit Pater mendacij,ac humanæ naturæ truculentus hoſtis, ſemper ſuis artibus,& fallacijs homines ſupplantare nititur.

Hic primus noſtros Parentes in Paradiſo Terreſtri, formam ſerpentis induens,ab illa fœlicitate,& voluptate deiecit,dum dixit; Nequaquam moriemini, fallacia vſus petitionis principij, propoſitionem falſam proponens Euæ, quam illa negare debuiſſet,cum ſciret,Deum,qui mentiri non poteſt, affirmaſſe,eos morte morituros, quotieſcunque de interdicto ligno comediſſent: vel æquiuocatione vſus eſt, cùm mors tùm de corporali,tùm de ſpirituali poſſit intelligi. Aut ſi primam mortis ſignificationem, & propriam accepit, perſuadere volens, eos non eſſe morituros,cũ morituri eſſent;fallaciam à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter admiſit:Non enim conſequens erat,ſimpliciter illos non eſſe morituros,eo quòd ſtatim non eſſet morituri.

Cum Sathanas Chriſtum tentaret in Deſerto Matth.4.dicens,ſi filius Dei es,dic, vt lapides iſti panes fiant,fallaciam conſequentis inuexit, quaſi à duabus cauſis argumentando: Chriſtus autem omniſciens, & defectum argumentationis agnoſcens reſpondit; Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo,quòd procedit de ore Dei.

E contrà impius Lutherus,qui ſe à Diabolo ſuam doctrinam accepiſſe gloriatur, cum multis argumentis fallaciarum plenis eſſet ab illo impetitus, quas quilibet adoleſcens in Paralogiſmorum doctrina mediocriter eruditus, & facilè agnoſcere,& probe diſſoluere potuiſſet,miſer,& ignarus ad metam redactus, firmam,& indubitatam fidem adhibuit hoſti,cui victori victus manum dedit.

Si Dæmon te in extremis laborantem ſuis fallacibus argumentis auertere conetur à fide,non cures cum illo inire diſputationem: ſufficiat reſpondere, non eſſe tunc diſputationi locum,ſed in aliud tempus reſeruanda: Nunc te firmiter credere, & profiteri,ſicut ſemper credidiſti, & profeſſus fuiſti, quicquid Sancta Mater Eccleſia, Magiſtra veritatis,credit,& profitetur.

Ad D. Bonauent. par.3. ſtimuli amoris c. 3.

Cum tibi ſuggerit callidus humani generis hoſtis,non eſſe laboribus,ieiunijs,vigilijs,cæteriſque bonis operibus inſudandum, hac vſus fallaci ratione, quòd prædeſtinatus ſis,aut præſcitus: ſi prædeſtinatus, abſque tui corporis afflictatione, & deſtructione,imò voluptates, & delicias amplexus,ſaluaberis; ſin præſcitus; etiam ſi totius mundi labores ſubſtinueris, nihilominus infelix damnaberis: nonne præſtat,ſaltem in hac vita fœlicitate frui? Statim cum Doctore Seraphico argumentum eludes, ita reſpondens: quicquid ſit de me, certum eſt te eſſe damnatum: Ego verò, ſi præſcitus ſum, & Deum meum poſt hanc vitam habere non debeam, totis tamen viribus laborabo, vt ipſum ſaltem habeam in præſenti, ipſumque poſſideam quantum poſſum,ne in vtroque ſtatu caream tanto bono. In Cauernis vulnerum ſuorum me abſcondã: Dixit enim Ioannis 6 Eum qui venit ad me,non eijciam foras. Quod ſi prædeſtinatus ſum, & æternam patriam debeam cum Angelis poſſidere;certè debeo nunc Angelicam vitam ducere, non humanam, multò minus diabolicam: Totum me illi debeo, qui ſe mihi totum præparauit in præmium. Quicquid igitur de me futurum ſit, à ſeruitio Dei non deſiſtam: Veh ſibi,

qui

qui tanto Domino miniſtrare nequis,nec eius dulci præſentia delectari.

Tentat Dæmon etiã facto.
- Terrores incutiendo.
- In Angelum lucis ſe transfigurando.
- Senſus illudẽdo 3.
  - Quod non eſt præſens,præſens eſſe oſtendendo.
  - Rẽ aliter quã ſit demõſtrãdo.
  - Quod eſt præſens abſcõdẽdo.

Ad has,& huius generis fraudes eludendas, remedium præſentaneum eſt Sanctiſſimum Ieſu Chriſti nomen inuocare; ſe Crucis ſigno munire: Sanctorum, & Sanctarum auxilium implorare: Non facilè credere: tantùm ſemper eſſe, ne ſimilitudo rei, pro reipſa accipiatur, rectè ratiocinando, rectèque iudicando,virôs ſpirituales, & doctos conſulendo; imprimis ſe à peccatis immunem conſeruando.

Tentant quoque Mundus,& Caro: quicquid enim eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt,& concupiſcentia oculorum,& ſuperbia vitæ.1.Io.2. Contra quæ tria,ſi obedientiam,paupertatem,& caſtitatem obijcies,victoriæ palmam reportabis.

Mundus,& mundi diſpoſitio eſt liber naturæ, ſingulas creaturarum ſpecies pulcherrimo ordine complectens,luminum omnium auctorem ex ipſis quoquomodo dignoſcendum inſinuans: In quo ſi fideliter, ac ſapienter legeris, ſcalã habebis appoſitã ad Deum aſcendendi,& eius inuiſibilia contẽplandi.Rom.1. At ſi perperam,& ineruditè in eo lectitaueris,in laqueos, & fallacias incides, iuxta illud Eccl.14. Omnes creaturæ factæ ſunt (ex occaſione videlicet) in odium,& in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Proinde caueto,ne adeò ſis peruerſus, vt à tua concupiſcentia abſtractus, & illectus, creatura vice Creatoris fruaris. Magna namque eſt peruerſitas, teſte D.Aug.Vtendis frui,& fruendis vti.

Obſerua quoq; quatuor leges Rom.7.quæ ſunt.
- Lex Dei. — Dei Præceptum.
- Lex mentis. — Conſcientia.
- Lex carnis. — Concupiſcentia, & voluptas.
- Lex peccati. — Dæmonis inſultus.

Adhibe omnem diligentiam, vt lege mentis tuæ conſentias legi Dei,ſecundum interiorem hominem,vt ſalueris: Nec patiaris, vt à lege carnis pertraharis in legem peccati,& damneris.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte æterni Patris ars,& ſapientia, ac infinita veritas, cuius oculis omnia nuda ſunt, & aperta,oſtende nobis in tenebris ignorantiæ inuolutis cunctas aduerſariorum noſtrorum fraudes, & fallacias, vt carnis illecebris,mundi cupiditatibus, Dæmonumque tentationibus ſuperatis,perſpicua æternæ veritatis tua luce tecum in ſæcula perfruamur. Amen.

Reductio totius operis ad Sacram Theologiam, ac totius operis intenta concluſio, ex Doctore Seraphico lib. de Reductione artium ad Theologiam.

Cap. xxij.

A Poſtquam huic opuſculo ſupereminenti lumine illuſtrante finem impoſui, (Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Princeps) vt vniuerſa, quæ diximus, ſummatim ad Sacram Theologiam, moreſque componendos, & in obſequium Chriſti reducamus, rationalis Philoſophiæ radijs, ac ſplendoribus illuminati; Cuius principalis intentio, teſte Doctore Seraphico circa ſermonem diuagatur: In quo iuxta triplicem ſermonis conſiderationem, tria nobis conſideranda occurrunt.

Scilicet { Reſpectu proferentis. Ratione prolationis. Reſpectu audientis, ſiue ratione finis.

1 Si ſermonem ſpectantes ad loquentem referamus, ſtatim acie contemplationis intuebimur, quomodo ſermo omnis interiorem mentis conceptum ſignificat, quem mentis internum conceptum, verbum mentis, ac eius prolem communi ſententia nuncupamus, quod ſanè ipſi concipienti notum, ac manifeſtum eſſe, omnes in ſemetipſis experiuntur. Ad hoc autem, vt audientibus innoteſcat, induit formam vocis, vt hoc pacto verbum intelligibile à ſenſibus remotiſſimum in mentis latibulo concluſum, fiat verbum ſenſibile, quod exterius ſonans auditur, & in aure cordis audientis ſuſcipitur, nec tamen ab intellectu proferentis recedit.

Ad eundem propè modum in verbo æterno licet intueri, quod Pater diuinus æternaliter ipſum generando concepit, iuxtà illud Prou. 8. Nondũ erant Abyſſi, & ego iam concepta eram; Sapientia nempè illa, quæ eſt verbum Dei. Hoc autem, vt huiuſmodi, qui in cognoſcendo ſenſibus indiget, ſenſibile fieret, induit formam carnis, & Verbum Caro factum eſt, Ioann. 1. & habitauit in nobis, à ſinu Patris omnipotentis, de cuius ſubſtantia gignitur, nunquàm abſcedens.

2 Si ſermonem ratione ſui penſemus, in eo tamquam in fulgentiſſimo ſpeculo viuendi ordinem intuebimur: Ad ſermonis enim complementum, neceſſario hæc tria ſimul concurrunt.

Scilicet { Congruitas. Veritas. Ornatus.

Penes hæc tria omnis actio noſtra debet habere { Modum, Speciem, Ornatus.

Vt ſit modificata per modeſtiam in exteriori opere: ſpecioſa per munditiam in

Digitized by Google

in affectione: Ordinatâ, & ornata per rectitudinem, in intentione: Tunc enim rectè, mundè, & ordinatè viuitur, cum eſt intentio recta, affectio munda, & operatio modeſta.

3 Si tertio loco ſermonem ratione finis contemplari velimus, inueniemus ad tria illum dirigi, & ordinari.

Videlicet { Ad exprimendum.
Ad erudiendum.
Ad mouendum.

Sed nunquàm exprimit aliquis niſi mediãte ſpecie, nunquam docet niſi mediante lumine arguente: nunquam mouet niſi mediante virtute: quod fieri non poteſt niſi per ſpeciem, lumen, & virtutem intrinſecam intrinſecus animæ vnitã. Ideò D. Aug. concludit, eum ſolum eſſe verum doctorem, qui poteſt ſpeciem imprimere, lumen infundere, & virtutem miniſtrare cordi audientis; Hinc eſt, quòd cathedram habet in cælo, qui intus corda docet.

Sicut ergo nihil per ſermonem rectè cognoſcitur, niſi mediante virtute, luminè, & ſpecie animæ vnitis. Sic ad hoc, vt anima erudiatur ad Dei cognitionem, neceſſe eſt, vt vniatur ei, qui eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia verbo virtutis ſuæ.

Ex dictis clariſſimè patet, quomodo multiformis ſapientia Dei, quæ lucidè traditur in Sacra Scriptura, occultatur in Logica facultate, ſicut in omnibus alijs ſcientijs, artibus, & naturis: & quomodo vniuerſa Dialectica, & ſcientiarum vnaquæque aliarum, earumque veritates, ac cognitiones, Sacræ Theologiæ famulentur. Patet enim quàm ampla ſit via illuminatiua, vt ait Doctor Seraphicus, & qua nàm ratione in omnibus, quæ ſub ſenſum cadunt, aut intellectu percipiuntur, interius lateat ipſe Deus.

Hunc igitur pro virili tua diligenter inquire, hunc agnoſce, hunc dilige, hunc adora, huic firmiſſimo charitatis glutino inſeparabiliter adhære. Hic ſit fructus omnium tuarum cogitationum, ſermonum, operationum, omniumq; artium, & ſcientiarum tuarum, vt in omnibus ædificetur fides, honorificetur Deus, componantur mores, hauriantur conſolationes, quæ non in terrenis voluptatibus, non in mundanis illecebris, non in Diabolicis pompis, quibus in baptiſmo renuntiauimus, ſed in vnione ſponſi, & ſponſæ, Chriſti videlicet & animæ, veraciſſimè conſiſtunt.

Hæc admirabilis vnio, nec vnquàm ſatis laudata coniunctio, vinculo transformantis, & perfectè aſſimilantis charitatis perficitur, ad quam tota Sacræ Scripturæ terminatur intentio, ac per conſequens quælibet, tum Logicæ, tum aliarum ſcientiarum illuminatio deſurſum deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio: ſine cuius lumine omnis noſtra cognitio vana eſt, & caduca: Propterea quòd nunquàm ad Patrem peruenitur, niſi per Filium; nec ad filium, niſi per Spiritum ſanctum, qui docet nos omnem veritatem, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen.

Finis Libri duodecimi, & vltimi.

LIBEL-

LIBELLVS

DE X. QVAESTIONIBVS

Nonnulla ſtrictim colligens, quæ in ſuperioribus Dialecticæ libris ſparſim & fuſius pertractata continentur.

Ad Dominum Aurelium Rugerium à Sora.

DVBITARE de ſingulis non eſt inutile, dixit Ariſtoteles: ſed quid mihi præſtabit vtilitatis ipſa dubitatio, niſi dubitandi modos prænouerim? Nec ſanè id aſſequi potero, niſi quæſtionum omnium genera earumque ſpecies perfectè nouerim: quæſtio enim eſt dubitabilis propoſitio. De quæſtionibus igitur agendum, ex quarum cognitione, & dubitationes proponere, ac propoſitas diſſoluere, facili negocio poterimus.

Quæſtio quid ſit.

QVæſtio eſt dubitabilis propoſitio alicuius medij cognitione terminanda.

Medium, quo quæſtio terminari poteſt.

A Triplex { Medium demonſtrationis. / Cognitio ſenſitiua. / Experientia. }

Quæſtionem terminari, eſt rem quæſitam aliquo medio demonſtrationis, ſenſus & experientiæ fieri notam.

Hoc quod diximus de quæſtionum terminatione, verum eſt de noticia certa certitudine euidentię: poteſt enim quęſitum alio modo fieri notum, vt puta coniectura, aut aliorum relatione, vel dictis.

Quæſtio

Digitized by Google

Quæſtio quid nominis, id eſt, quid per nomen rei intelligatur, cæteras omnes antegreditur quæſtiones, quæ ex vſu loquentium deſumenda eſt: vt ſi de vacuo intelligendus ſit ſermo, vel diſputando; præſupponêdum eſt ex vſu loquentium quid per nomen vacui intelligitur: ne forte per hoc vocabulum (vacuum) chimeram intelligat alter, cum quæſtio ſermo habetur, vel diſceptatio.

Præſuppoſito quid per nomen rei ſit intelligendum, prima inter alias quæſtiones, ea occurrit, quæ quæſtio verum ſit, vel an ſit, nuncupatur.

Quæſtio verum ſit, vel an ſit?

Quæſtio verum ſit, vel an ſit, vel ſi eſt, duo poteſt quærere.

An res poſſit eſſe,
An res actu exiſtat.

Primo modo quæſtio poſſibilitatis appellatur: ſecundo modo quæſtio exiſtentiæ dicitur.

Quæſtio, an ſit, terminatur per hoc, quod euidenter res eſſe cognoſcitur.

Res euidenter eſſe cognoſcitur, quando ea propoſitio ſcitur, in qua eſſe exiſtentiæ per propoſitionem de ineſſe, vel poſsibili prædicatur de ſubiecto, vt homo eſt, homo poteſt eſſe.

Si res eſſe quæritur, ſub ſenſu cadet, euidenter tunc eſſe, vel poſſe eſſe à me cognoſcitur, quando aliquo particulari ſenſu percipitur. Albedo namque eſſe, vel poſſe eſſe à me cognoſcitur, quia viſu illam modo video, aut quia aliquando vidi.

Non cognoſco euidenter pardum, aut leonem eſſe in rerum natura ex narratione tantum aliorum, qui viderunt; ſed ſi ſenſu, & experientia nouerim pardos, aut leones eſſe.

Ex narratione tamen aliorum, qui digni ſunt, vt eis fides adhibeatur probabiliter rem eſſe cognoſco. Idem quoque coniecturis aſſequi potero.

Ex reuelatione diuina certiſsimè rem eſſe cognoſcam: ſed aliquando cum rei euidentia, vt contingit B. Paulo vſque ad tertium cælum rapto, & noſtro B. Aegidio, qui reuelatione diuina fidei myſteria adeo certò ac euidenter nouerat, vt ea ſe non credere, ſed ſcire affirmaret.

Reuelatione quoque bonorum Angelorum multa certiſsimè cognoſcuntur: nec non ea, quæ totius Eccleſiæ, ac generalis Concilij determinationibus firmiter tenenda ſunt.

Quæcunque etiam ſummus Pontifex determinat ita eſſe vt Pontifex, non autem vt perſona priuata, aut vt ſimplex doctor.

Si res de qua verum ſit, dubitatur, ſub ſenſu, non cadit, tunc euidenter cognoſcitur eſſe, quando cognitione viſiua intellectus apprehenditur. Vt ſi anima intellectiua ſaltem ſeparata à corpore, videat Angelos, & Deum eſſe.

Sic etiam quia experior, me intelligere, me velle, me diſcurrere, vel recolere, cognoſco euidenter intellectionem eſſe, volitionem eſſe, diſcurſum eſſe, recordationem eſſe.

A poſteriori etiam rem eſſe euidenter cognoſcimus aliquando per eius effectus, & operationes: ſi namque effectus eſt, cauſa eſt.

Vnde per effectus probamus euidenter Deum eſſe, & per intellectionem experien-

Digitized by Google

quod rationes ad vnam ſunt fortiores,vel plures,quam ad aliam partem.

Nunquam ergo hæc quæſtio rectè terminabitur, aut diſſoluetur, niſi medio demonſtrationis,aut cogitatione ſenſitiua,aut certa experientia, aut aſſertione, & reuelatione diuina,aut etiam bonorum Angelorum, aut Eccleſiæ determinatione.

Tunc enim reſpondebitur aut affirmatiuè, ſi res ita eſſe cognoſcatur; aut negatiuè, ſi oppoſitum demonſtretur.

De Quæſtione quid ſit?

Quæſtio quid ſit duplex
- Simplex:vt quid homo ſit?
- Compoſita:vt quid homo habeat in ſe,vel in alio.

Quæſtio quid ſit. Primo modo eſt quæſtio, quæ definitionem,aut eſſentiale prædicatum de aliquo interrogat: vt quid eſt homo?poteſt quærere quodcumque prædicatum eſſentiale:vt an ſit animal,an corpus?an ſubſtantia? &c.

Quæſtio quid eſt ſecundo modo, reducitur ad quæſtionem quia eſt prius explicatam,& eodem modo eſt ſatisfaciendum,& eodem modo eſt terminanda.

Quæſtio quid ſecundo modo eſt multiplex.
- Quid ſit in ſe
  - Formaliter, ideſt per formam ſuam.
  - Eſſentialiter in ſua eſſentia,& ſubſtantia
  - Coeſſentialiter ideſt quid ſit cum alio.
- Quid ſit in alio, vt quid agat in illo, quid patiatur, quid operetur.
- Quid habet in ſe
  - Continenter,ſeu contentiuè,
  - Compoſitiuè.
- Quid habet in alio,quid ſcilicet agat, quid patiatur,quid operetur. F

Vt ſi quæratur quid eſt homo in ſe formaliter,ideſt per formam ſuam,poteſt dici quod eſt viuens,quod eſt rationalis,quod eſt animatus, quòd ſenſitiuus, vegetabilis,& alia plurima.

Item ſi quæratur quid ſit in ſe eſſentialiter, ideſt in ſua ſubſtantia, & eſſentia propria? poteſt dici quod eſt compoſitus, quod eſt corruptibilis, quod eſt materialis,& corporeus, &c.

Item ſi quæratur quid ſit coeſſentialiter,ideſt cum alio eſſentialiter, poteſt dici, quod cum aſino eſt animal,cum planta eſt viuens, cum lapide eſt corpus,cum Angelo eſt ſubſtantia,cum accidentibus eſt ens.

Si quæratur,quid homo ſit in alio,vel per alium,&c.exempli gratia,quod homo in Deo eſt beatus: in inferno eſt damnatus,& cruciatus:in mundo agit,& patitur multa,modo triſtis,modo lætus, &c.

Si quæratur quid habet homo in ſe contentiuè;dici poteſt, quod habet partes eſſentiales,vt animal,& corpus partes integrales vt caput,manus,pedes, &c.

Si quæratur quid habet homo in ſe compoſitiuè, ideſt quam mixtionem, & temperamentũ:ex materia,& forma?poteſt dici.quod habet diuerſa temperamenta.Primo habet mixtionē organicā: habet compoſitionē partium diſſimilariũ. Aliquis eſt bilioſus, alius ſanguineus:alius melāchonicus:alius flegmaticus,&c.

Si quæratur quid habet homo in alio?poteſt dici,quod in anima habet tres potētias,memoriam intellectum,& voluntatē. In corpore habet partes organicas, vt oculum, nares, aures, pectus, manus,pedes,&c. In agro ſegetes:in horto olera,in lecto quietem, &c. Hæc quæſtio coincidit cum quæſtione quid ſit in

alio,& parum,aut nihil differt ab ea .

Ad ſoluendas has quæſtiones multum confert ſcire , quot modis dicatur aliquid eſſe in alio .

G

Aliquid in alio 15. modis.

- Vt genus in ſpecie,& ſuperius in inferiori:vt animal in homine.
- Vt ſpecies in genere,& inferius in ſuperiore:vt homo in animali.
- Vt pars in toto integrali,vt digitus in manu,manus in brachio,brachium in corpore .
- Vt totum in partibus:vt domus in fundamentis,parietibus,& tecto .
- Vt accidens in ſubiecto:vt albedo in cigno,& calor in igne .
- Vt forma in materia,vt anima in corpore .
- Vt effectus in cauſa formali,finali,efficiente,materiali, exemplari .
- Vt cauſa in effectu per ſuã ſimilitudinẽ,& virtutem,alijſque modis,vt Deus, in creaturis per eſſentiam,præſentiam,virtutem,ſeu operationem .
- Vt locatum in loco:vt vinum in dolio:Sacerdos in templo .
- Vt temporale in tempore,vt Noe in tempore diluuij .
- Vt rectũ in rectore,& gubernatore,vt Ciuitas in Magiſtratu,nauis in nauta.
- Vt exceſſum in excedente,ſiue eminente:vt omnis res in Deo,ſenſitiua in homine,& in Angelo .
- Vt mixtum in commixtione:vt mel,& acetum in oxemille.
- Vt cognitum in cognoſcente,& volitum in volente .
- Vt repræſentatum in repræſentante:vt Sixtus in ſua ſtatua,res in ſpeculo .

Omnia vero dicuntur eſſe in mundo materialiter,& realiter:in anima rationabiter:in intellectu,intellectualiter:in Deo ſupereſſentialiter,& idealiter .

Quæſtio quid eſt primo modo,definitionem , aut eſſentiale prædicatum interrogat,vt ſupradiximus .

Definitio duplex. { Quid nominis, / Quid rei .

Definitio quid nominis ſemper præſupponitur, & eſt neceſſaria cuilibet cum alio diſputare volenti .

Quando quiſpiam ſignificata vocum,& terminorum addiſcit,addiſcit etiam definitiones exprimentes quid nominis .

H Definitio quid rei duplex. { Importans aliquod extrinſecum . / Nihil importans rei extrinſecum .

Definitio ſecundo conſtat ex genere,& differentia, vel differentijs: vt animal rationale,definitio hominis; ſubſtantia animata ſenſitiua,definitio animalis.

Prima pars definitionis , nec à priori,nec à poſteriori demonſtratur propriè loquendo, ſed iſta pars prima quæ eſt ipſum genus acquiritur notitia intuitiua ſine omni ſyllogiſmo .

Fit autem ad hunc modũ exempli gratia. Primo homo cognoſcitur aliquo ſenſu particulari.Secundo idẽ homo cognoſcitur ab intellectu,quo cognito habetur notitia generalis,& communis omni homini, quæ vocatur cõceptus hominis, ſtatimq;intellectus ſine diſcurſu ſcit,quod homo eſt aliquid.Tertio apprehenſo aliquo animali,alio,vel alijs animalibus acquiritur vna notitia,& vnus conceptus communis omni animali ; quo conceptu in anima exiſtente ſtatim intellectus componit,vel poteſt componere hunc conceptũ cum priori, quibus compoſitis adinuicem mediante copula verbali(eſt) ſtatim intellectus aſſentit illi propoſitioni,homo eſt animal ſine omni ſyllogiſmo .

Quæ-

Digitized by Google

Quæſtio ergo, quæ genus de definito interrogat notitia intuitiua terminatur.

Differentia verò eſſentialis per effectum à poſteriori cognoſcitur de ſpecie euidenter: ſic arguendo: homo ratiocinatur: ſed omne ratiocinans,eſt rationale, ergo omnis homo eſt rationalis: ex quibus concluditur, vel habetur definitio hominis,iſta ſcilicet:homo eſt animal rationale.

Tota autem definitio propoſitione docta,ſcilicet,quæ non eſt per aliquod rei extrinſecum à ſubſtantia rei,non poteſt demonſtrari: ſed benè partes eius ſic ſe habent,quod genus cognoſcetur notitia intuitiua,& differentia per effectum oſtendetur à poſteriori.

In definitione verò quæ eſt data per aliquod extrinſecum à ſubſtantia rei, genus ſcitur notitia: differentia verò aliquando ſcitur ſenſu, & experientia: Vt albedo eſt color diſgregatiuus viſus,diſgregare viſum ſcitur per ſenſum, & experientiam: Aliquando verò demonſtratiuè poteſt concludi: Vt Angelus eſt ſubſtantia incorporea,incorruptibilis: Vbi incorruptibile poteſt demonſtrari de Angelo,etiam à priori ad hunc modum.

Omne ſimplex eſt incorporeum eſt incorruptibile: Angelus eſt ſimplex, ergo eſt incorruptibilis.

Dicitur definitio data per additamentum,ſeu per aliquod extrinſecum, in qua ponitur aliquid,quod non eſt de eſſentia definiti: ſicut in definitione albedinis ponitur viſus,qui non eſt de eſſentia albedinis: & in definitione Angeli ponitur incorruptibile,quod dicit negationem per ſeparationem formæ à materia,quæ ſunt extrinſeca Angelo.

Itē definitio duplex	Alia ſecūdū ſpeciē,quæ eſt duplex.	Per cauſā formalē. Per finalem.
	Alia ſecundum materiam duplex.	Per cauſam materialem. Per efficientem.

Definitio ſecūdum ſpeciem eſt definitio data per cauſam formalem,aut per cauſam finalem: Exemplum primæ: Vt homo eſt animal rationale: Exemplum ſecundæ. Ira eſt paſſio propter appetitum vindictæ.

Definitio ſecundum materiam eſt definitio data per cauſam materialem, aut per cauſam efficientem: Exemplum primæ.Ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor: Exemplum ſecundæ. Creatura eſt res,à Deo de nihilo producta. In qua aliquid loco maximè exprimitur.

Definitio materialis ſcitur demonſtratiuè à priori per diffinitionem formalem, ſiue ſecundum ſpeciem: Exemplum: Omne prohibens nos à ventis, frigore, grandine,pluuia, &c.eſt compoſitum ex fundamentis,parietibus,& tecto:Domus eſt huiuſmodi, ergo domus eſt compoſita ex fundamentis parietibus, & tecto.

Definitio verò formalis probatur à poſteriori per definitionem materialem: Vt omne compoſitū ex fundamentis,parietibus,& tecto, defendit nos à ventis, frigore,grandine,& pluuia,&c.Dominus eſt huiuſmodi,ergo,&c.

De quæſtione quotuplex ſit?

Tertio loco ſequitur quæſtio quotuplex ſit:Nā poſtquā rē eſſe oſtēderis, & quid ſit demōſtraueris,opus eſt,vt quotuplex illa ſit oſtēdas,an vna,vel plures. 1

Hæc quæſtio terminari poteſt tripliciter.
- Diuiſione
- Enumeratione
- Partitione.

Quibus omnibus conficiendis adminiculatur ſenſus, & experiētia

Diuiſio poteſt fieri per omnia loca topica, ex quibus magna dicendi copia paratur ſecundum Rodulphum Agricolam.

A Genere, vt animalium,
- Aliud Brutum.
- Aliud Homo.

A forma, & differentia vt corporum
- Aliud animatum.
- Aliud inanimatum.

A materia: vt Arborum
- Aliæ ex ſemine.
- Aliæ ſpontè naſcuntur.

Ab adiacētibus Vt animalium
- Aliud manſuetum.
- Aliud ferum.

Ab his quibus adiacent, vt feritas
- Alia Serpentis.
- Alia Auis.
- Alia cæterarum beſtiarum.

Ab actibus, vt hominum
- Alius ſtudio.
- Alius lucro.
- Alius voluptati operam dat.

Ab efficientibus: vt animalium
- Aliud fœtum parit.
- Aliud ouum producit.
- Aliud vermem gignit.

Ab effectibus: vt animalium.
- Aliud parentis efficacia.
- Aliud calore Solis.
- Aliud putrefactione generatur.

A fine: vt rerum domeſticarum
- Aliæ ad neceſſitatem,
- Aliæ ad voluptatem,
- Aliæ ad vſum pertinent.

A deſtinatis, ſeu ad finem ordinatis: vt opum parandarum cauſa.
- Alij iuſtam operam nauant.
- Alij fœnerantur.
- Alij vi rapiunt.
- Alij fraude ſubducunt.

A loco: vt animalium.
- Aliud Terra.
- Aliud Aqua.
- Aliud aere vitam degit.

A tempore: vt florum
- Alij Hiberni.
- Alij Verni.
- Alij Aeſtiui.
- Alij Autumnales.

A connexis: vt hominum
- Alij Serui.
- Alij Domini.
- Alij Neutrum.

A con-

Digitized by Google

A contingentibus: vt Muſicorum
- Quidam literati.
- Quidam ignari. K

A pronunciatis: vt hominum
- Quidam laudati,
- Quidam vituperati.
- Quidam ſilentio latent.

A comparatis: vt populorum
- Quidam infra Reges ſunt opibus.
- Quidam pares.
- Quidam ſuperiores.

A ſimilibus: vt hominum.
- Alij vitæ propoſito formicam imitantur.
- Alij deſidia, & ſegnitie laborant, vt Muſcæ.

Enumeratio eſt quoties multa quæ vni inſunt numerantur.
- Vni rei: Vt Cicero fuit eloquens, prudens, ſapiēs, Vindex, puſillanimus, &c.
- Vni voci: vt canis, alius.
  - Sidus Cœleſte.
  - Piſcis Marinus.
  - Canis latrabilis.

Partitio eſt cum totū in proprias diuiditur partes integrales, aut diſſimilares, ſiue diuerſarum formarum: Vt cū homo diuiditur in caput, manus, pedes, &c.
Aut ſimilares, ſiue eiuſdem formæ: Vt cum vinum diuiditur in tot cados, &c.
Poteſt fieri etiam partitio totius in partes eſſentiales; licet non ità propriè, vt cum homo diuiditur in animam, & corpus.
Poteſt etiam aliquando diuidi in ſuas poteſtates, & facultates: vt anima in memoriam, intellectum, & voluntatem: Animal in potentias ſenſitiuas, vt in potentiam viſiuam, auditiuam, &c. Vegetatiuum in nutritiuam, augmentatiuam, generatiuam, & huiuſmodi.

De Quæſtione de quo?

Quarto loco poteſt eſſe quæſtio de quo aliquid ſit, & propoſitione materiam quærit, & interrogat.

Dicunt aliqui hanc quæſtionem habere tres ſpecies, ſcilicet de quo ſit. L
- Primitiuum, ſeu originaliter,
- Materialiter,
- Poſſeſſiuè, ideſt cuius ſit.

Poteſt reſpōderi quæſtioni de quo, vel ex quo tripliciter
- Non ab aliquo, nec de aliquo vt Deus.
- Non de aliquo, ſed ab aliquo, vt ſubſtātiæ incorporeæ, Angelus, & aīa rōnalis.
- De aliquo, & ab aliquo: Vt corpora generata producta, & facta, aut formata.

Fit

- Fit aliquid ex alio, vel
  - Ex materia ſenſibili, & corporali quatuor.
    - Materialiter mutata forma; vt ex panno veſtis, ex auro calix; ex argẽto patena, &c.
    - Tranſmutatiuè, ſiuè conuerſiuè, vt ex cibo, & potu caro, & ſanguis: ex argumẽto aurum.
    - Confuſiuè ſiuè permixtiuè, vt ex aceto, & melle oximel.
    - Cõpoſitum: vt Domus ex lapidibus, cæmẽto, & lignis.
  - Ex materia ſpirituali
    - Vt ſermo ex conceptibus, & Phantaſmatibus, & ſcientia dicitur fieri ex obiecto circa quod verſatur.
- Materia duplex
  - Prima, quæ eſt primum ſubiectum in generatione. Vltimum in reſolutione.
  - Secunda cõpoſitum ex materia & forma dupl
    - Immanẽs quę intus remanet: vt aurũ in calice: corpus in homine.
    - Tranſiens, quod tranſit in aliud: vt farina in panẽ, fili in vtrem.
- A quo aut per quem ſit aliquid originatiuè dupliciter.
  - Effectiuè
    - A cauſa principali agente, qui eſt Deus.
    - A cauſa ſecunda: Vt homo, Angelus, Ignis.
  - Inſtrumentaliter
    - Coniunctim: Vt manus, quæ eſt inſtrumentum coniunctum homini operanti, & humanitas inſtrumentum coniunctum Diuinitati, &c.
    - Separatim, vt baculus, inſtrumentum ſeparatũ ab homine cũ eo operante
      - Actionis vt
        - Bellica
        - Agriculturæ
        - Aliarum artium,
        - Sacramẽta; quæ ſunt inſtrumenta Dei.
      - Cogitationis vt
        - Pedagogi
        - Libri
        - Documenta
        - Præcepta, &c.
      - Inuentionis.
        - Ratio ſeu diſcurſus.
        - Caſus, fortuna, philoſophicè loquẽdo.
        - Experientia, &c.
- De quo poſſeſsiuè, ſiuè cuius ſit tripliciter.
  - Poſsidentis iuſtè, vel iniuſtè.
  - Detinentis iuſtè, vi, clam, occupatione, accommodato, & depoſito.
  - Eius in cuius eſt poteſtate, & auctoritate.
  - Vt vxor mariti, filius Patris, ſeruus Domini, &c. plurima.

Digitized by Google

De quæſtione quare, & propter quid?

Quinto loco agendum eſt de quæſtione quare, & propter quid, quæ circuit omne genus cauſarum; licet nonnulli in duas ſecuerint ſpecies, ſcilicet formaliter, & finaliter.

Huic quæſtioni poteſt reſponderi per omne genus cauſarum. M

- Materiam: Vt quare homo eſt corruptibilis? quia habet materiam.
- Formam: Vt quare homo diſcurrit? quia habet animam rationalem..
- Efficientem: Vt quare homo producit hominem? Quia virtutem producendi ſibi ſimile, vel quia habet potentiã generatiuam.
- Finẽ: vt propter q̃d pœnitet? vt beatificetur.

De Quæſtione Quantum.

Sexto quantum quærit quantitatem rei.

- Propriam
  - Continuam, vt quotus eſt homo? bipedalis, bicubitalis, &c.
  - Diſcretam, vt quot ſunt homines; Reſpõdetur finiti, vel infiniti: Põt ẽt reſpõderi de aliquo, q̃ ẽ prim⁹, ſecũd⁹, terti⁹. &c.
- Metaphoricam, quæ eſt cuiuſlibet rei gradus intrinſecus perfectionis: Vt quantus eſt Deus? Reſpondetur. Infinitus, ideſt infinitæ perfectionis, quantus eſt homo? finitus, vel limitatus.

Quantitas N

- Metaphorica tranſcendens, ſiuè virtutis, & eſt perfectio eſſentialis cuiuſlibet rei.
- Propria molis limitata, & prædicamentalis.
  - Per ſe
    - Cõtinua
      - Succeſſiua
        - Motus.
        - Tempus.
      - Permanẽs.
        - Linea.
        - Superficies.
        - Corpus.
    - diſcreta
      - Oratio.
      - Numerus æquiuocè triplex.
        - Numerãs, vt aĩa.
        - Numeratus, vt res ipſæ.
        - Formalis, quo numeramus, qui eſt propriè quãtitas.
        - Vt binarius ternarius, &c.
  - Per accidens, quæ eſt quanta per aliud, vt albedo, quæ tanta eſſe dicitur, quanta eſt ſuperficies in qua eſt.

Ordo

Digitized by Google

Ordo graduũ perfectionis.
- 1. Deus. 2. Angelus. 3. Homo. 4. Aĩa rationalis.
- 5. Brutum. 6. Aĩa ſenſitiua. 7. Planta. 8. Aĩa vegetatiua.
- 9. Cœlum. 10. Mixta. 11. Formæ mixtorũ. 12. Elementa.
- 13. Formę elementorum. 14. Materia prima. 15. Accidẽtia.

Quale ſit? quæſtio ſeptima.

Quale qualitatem interrogat: Vt an ſit albus, vel niger, calidus, an frigidus, &c.

O Qualitas duplex.
- Tranſcendens eſt cuiuslibet rei differẽtia eſſentialis, ſiuè ſubſtãtialis.
- Prædicamentalis, & limitata duplex.
  - Diſpoſitio exterior
    - Forma.
    - Figura.
  - Diſpoſitio interior duplex.
    - Paſsio ſenſibilis 2.
      - Paſsio, quæ cito tranſit.
      - Paſsibilis qualitas, quę eſt permanens.
    - Non primo ſenſibilis 2.
      - Principium innatũ operandi duplex.
        - Naturalis potentia.
        - Naturalis impotẽtia
      - Principium operãdi nõ innatũ dup.
        - Habitus.
        - Diſpoſitio

Qualiter ſecundum aliquos dupliciter.
- Propoſitione, ideſt formaliter, vt ignis eſt calidus.
- Appropriatè, ideſt virtualiter: vt Sol dicitur calidus.

Quando? quæſtio octaua.

Quæſtio octaua quærit tempus, & durationem: Vt quando eſt Deus? Reſpondetur ab æterno. Quando eſt meſsis? Reſpondetur in æſtate, &c.

P Duratio autẽ triplex.
- Aeternitas, quæ eſt menſura Dei.
- Aeuum, quod eſt menſura Angelorũ, & ſubſtantiarum.
- Tempus, quod eſt menſura temporaliũ, & ſucceſsiuorũ.

Inſtans triplex.
- Aeternitatis,
- Aeui, &
- Temporis.

Vbi ſit? Quæſtio nona.

Q Vbi quærit in quo loco res ſit locus autem eſt triplex.
- Communiſsimus, vt eſſe in mundo.
- Communis; vt eſſe in Ciuitate,
- Proprius: Vt eſſe in loco ſibi adæquato.

Item

Digitized by Google

Item locus duplex.	Simplex,vt locus Angeli Cōpoſitus,vt locus corporalis.	Item locus dupl.	Naturalis,vt grauiū locus, deorsū;leuiū, ſursū. Violētus, vt aeris,cenarū Terrę,Aquę,cōcauum Lunæ.

Quomodo, & cum quo? Quæſtio decima.

Quomodo,& cum quo quærunt modum , & inſtrumentum;de quibus dictum eſt ſuprà : Ideò parum differt ab alijs .

Quomodo ſe habet caput in homine . Reſpondetur , vt pars ſuperior ; quomodo manus in brachio ? vt pars in parte , ſcilicet minor in maiore . Quomodo ſe habent manus,caput pedes,& cateræ partes in homine ? Reſpondetur , vt partes in toto . quomodo ſe habet homo in capite,collo , pectore, brachiis , manibus.pedibus,& cæteris?Reſpondetur,vt totum in ſuis partibus .

Totum dicitur tranſmittere ex ſe ſuam ſimilitudinē,& ſuarum partium . Patet cum homo in ſpeculo ſibi obiecto tranſmittit ex ſe ſimilitudinem ſui,ac ſuarū partium.Patet etiam,quando homo generat hominem,&c.

Aliæ poſſunt vltra has fieri quæſtiones , ſed omnes ad aliquam iſtarum reduci poſſunt .

Reſtat,vt aliquo propoſito exemplo per has omnes quæſtiones diſcurrendo,breuem ſermonem habeamus .

Sermo de ignorantia iuxta propoſitas quæſtiones .

PROHOEMIVM BREVE.

SI de aliqua re habendus eſt ſermo , de ea potiſſimum haberi debet , quæ dilucide explicata,breuiterque tractata,vniuerſo generi humano plurimū eſt allatura vtilitatis,non ſolum in rebus gerendis , quas ad vitam tuendam nouimus eſſe neceſſarias,verum etiam ad ea perpetranda, quorum adminiculo beatam vitam,ac fælicitatem ſempiternam conſequimur Huiuſmodi autē cum ignorantia ſit,quippe cuius cognitione ad præfata maximè opus eſt: Idcircò de ignorantia nunc orationem habere inſtituimus .

Vtrum ſit ?

Ignorantiam autem eſſe in rerum natura,adeò eſt omnibus etiam lippitudine laborantibus explanatum , & manifeſtum : vt non defuerint præſtantiſsimi Philoſophi , qui nihil profectò ſciri affirmauerint . Nec Deus per Prophetam diceret;quia repuliſti ſcientiam,ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi,ſi ignorantia non eſſet,aut non poſſet eſſe . Vnuſquiſque etiam in ſemetipſo eſperitur , ſe infinitarum rerum ignorantia detineri ; ac proinde in omnibus fere egere pręceptore,cuius doctrina rerum notitiam ſibi comparet.

Yy *Quid*

Digitized by Google

Quid ſit?

Sed ne cæcutientes,ac ignorantes de ignorantia verba faciamus, rationi conſentaneum eſt,vt primo loco, quid per ignorantiam ſit intelligendum, explanemus. Omnis enim oratio debet à definitione proficiſci, vt illud, de quo ſermonem inſtituimus,non ignoremus. Cum vero ignorantia,ſcientiæ,priuatiuè opponatur,vt luci tenebra,& plano vacuum,&viſioni cæcitas,dicemus ignorantiam eſſe ſcientiæ negationem,atque priuationem.

Quotuplex ſit?

Quoniam verò ſcientia non vno modo dicitur, ita & ignorantia: Vnde alia eſt bona,alia mala,alia indifferens. Bona eſt eorum,quæ ſi ſciantur,ſunt peccandi occaſio,quæ melius eſt neſcire, quam ſcire: Mala, quando ea, quæ Dei ſunt,ignorantur.

Indifferens eſt eorum,quorum nihil intereſt ad Regnum Dei conſequendum,ſiue ſciantur,ſiue ignorentur.Item alia Iuris,alia facti. Item alia antecedens, quæ eſt cauſa peccati,alia concomitans,alia peccatum conſequens. Item alia vincibilis, alia inuincibilis. & vincibilis; illa affectata,alia craſſa. Item alia prauæ diſpoſitionis,alia puræ negationis; ac multæ aliæ reperiuntur diuiſiones, quæ ex Doctoribus petendæ ſunt,ne illas ignorando ignorantes inueniamur. Hæc enim exempli gratia dicuntur.

De quo ſit?

Sed vnde nobis tot ignorantiæ mala,& incommoda profecta ſunt? profectò non niſi ex peccato originali, & ex parentum noſtrorum iniquitate ortum traxerunt: ob id enim ignorantia, peccati vulnus appellatur. Eſt ergo à Deo, iuſtè iniquitates noſtras puniente, à Diabolo ſuggerente: & ab homine transgrediente.

Quare ſit?

Nec homo cum ſit ſubſtantia finita,& limitata,potuit, aut poteſt rerum omnium ſcientiam,ac cognitionem adipiſci; præſertim cùm omnia, quæ ſciri poſſunt multitudine ſint infinita,neque vllo valeant concludi numero,quo fit, vt vniuerſa,quæ ſcimus, aut ſcire naturaliter poſſumus,minima ſit pars eorum, quæ ignoramus.

Quanta ſit?

Ex hoc quod modo diximus, poteſt vnicuique manifeſtum eſſe, ignorantiam huma-

humanam non modò non exiguam, verum etiam immenſam eſſe, cum ea intantum excreuerit, vt totum terrarum orbem impleuerit, & occuparit.

Qualis ſit?

Adeò quoque mala eſt: Vt ſæpenumero ſit cauſa peccati, aliquando per ſe, aliquando per accidens, vt egregiè, ac doctiſsimè tradunt Theologi, quod modo nimis longum requireret ſermonem. Imò ignorantia articulorum fidei, peccatum eſt mortiferum, ſicut ignorantia decalogi. Sin ili quoque modo non ſolum ignorantia iuris, ſed etiam facti plerumque peccatum eſt ſecundum ſe, etiam ſi nullum inde ſequatur peccatum.

Vbi ſit?

Infœlix anima rationalis, quæ ob peccatum commiſſum eſt ignorantiæ ſedes, & habitaculum, propter quod tantis tenebris, tantaque caligine offuſa eſt, vt non ſolum ea, quæ ſunt extrinſecus non videat, ſed & ſeipſam penitus ignoret.

Quando ſit?

Quæ non ſolum toto vitæ noſtræ tempore perdurat, ſed à prima parentum noſtrorum tranſgreſſione cuncta ſecula percurrens, ac vires in immẽſum acquirens, vnà cum damnatis omnibus in Inferno perſeuerat perpetuò. Precemur Deum Optimum Maximum: vt ſua infinita pietate, ac ineffabili miſericordia, & ardentiſſima charitate, qua ſuum Vnigenitum miſit in mundum, omnium iniquitatum noſtrarum non recordetur amplius, ſed ad caleſtẽ gloriam ab Inferno ereptos, tempore deſtinato perducat, vt ipſum omnia videntem videntes, omnia nos quoque videamus.

Quomodo, & cum quo?

Ad hoc etenim Chriſtiani omnes vires, ac neruos intendere debent, propterea quod dùm in hoc ſeculo nequam vitam tranſigimus, maxima pars malorum noſtrorum, ne dicam totum ignorantia eſt, qua velut ſibi conuenientiſsimo inſtrumento Diabolus vtitur, quo animas noſtras ſua fraude deceptas, ad tartareas ſedes turmatim trahat, ibi in perpetua rerum ignorantia in perpetuum victuras.

Epilogus.

Quamobrem cùm tot, tantaque mala ex ignorantia prodeant, non inutile fuerit, imò perquam neceſſarium, ſæpius de ignorantia tractaſſe, vt illam

Digitized by Google

pro virili fugientes, Dei ſcientiam ac mandatorum eius notitiam nobis comparemus, ac demum ad beatitudinis habitaculum perueniamus, vbi Deo perfruemur in ſæcula. Amen.

Hæc habui præſtantiſsime, ac nobiliſsime Domine, quæ horis ſuccifiuis, quamuis magnis diſtentus occupationibus, colligerem, vt tibi imperanti quoquo modo ſatisfacerem, quoad eas, quas mihi propoſuiſti quæſtiones. Si diſplicet, igni trade: ſi quid boni agnoſces, Deum lauda: errata verò erranti mihi condona. Vale. Datum è noſtro loco Montis Sancti propè Tudertum. Die 18. Aprilis 1614.

Hæc omnia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ Magiſtra eſt veritatis, iudicio, examini, & correctioni ſubijciuntur.

FINIS.

TABV-

Digitized by Google

TABVLA LIBRORVM Huius Operis.

Dialecticæ Libri duodecim.

- Primus de Generali Artium Diuiſione.
- Secundus, de Terminis.
- Tertius, De Diuiſionibus.
- Quartus, de Suppoſitionibus.
- Quintus, De Prædicationibus.
- Sextus, de Vniuerſalibus, ſeu Prædicabilibus.
- Septimus, De Prædicamentis.
- Octauus, De Enunciatione, ſeu Propoſitione.
- Nonus, de Syllogiſmo in communi.
- Decimus, De Demonſtratione.
- Vndecimus, De Syllogiſmo Topico.
- Duodecimus, de Fallacijs.

Accedit Libellus de X. Quæſtionibus.

Tabula Capitulorum in quolibet Libro contentorum.

Liber primus de Artium Diuiſione.

Liber Primus continet Capita quinque

- In primo habetur
  - Præfatio Breuis.
  - Artis definitio.
  - Regula quædam.
- In ſecundo
  - Artium omnium generalis diuiſio.
  - Membri cuiuſlibet deſcriptio.
  - Regulæ.
- In tertio.
  - Artium omnium.
  - Altera diuiſio.
- In quarto.
  - Artis doctrinalis partes principales,
  - Ac earum deſcriptiones.
- In quinto.
  - Eorum, quæ dicta ſunt.
  - Ad Sacram Theologiam reductio.

Digitized by Google

Index Librorum.

Liber ſecundus de Terminis.

Secundus Liber tria continet.

- Præfationem.
- Caput primum. In quo terminorum diuiſiones explicantur.
- Caput ſecundum. Continens ad Sacrã Theologiã reductionẽ.

Liber tertius de Diuiſionibus.

Tertius Liber habet tria capita.

- In primo, poſt præfationem, habetur Diuiſionis definitio, & Diuiſionis variæ diuiſiones, & membrorum diuidentium deſcriptiones.
- In ſecundo, Regulæ ad diuiſiones ſpectantes, & Propoſitiones.
- In tertio, Dictorum ad Sacram Theologiam reductio.

Liber Quartus de Suppoſitionibus.

Liber Quartus de Suppoſitionibus in 6. capita diſtribuitur.

- Primum, ſuppoſitionem deſcribit, ſpecies eius omnes enumerat, & membra diuiuidentia manifeſtat.
- Secundum, Regulas omnes ad ſuppoſitiones ſpectantes proponit, & declarat.
- Tertium, Ampliationem edifferit, & eius ſpecies enucleat, & regulas.
- Quartum, Reſtrictionem aperit, eaque, quę ad illam pertinent, exprimit.
- Quintum, Appellationes, & appellationum Regulas dilucidat.
- Sextum, omnia breuiter ad Sacram Theologiam, & ad mores vtiliter reducit.

Liber Quintus de Prædicationibus.

Liber Quintus de Prædicationibus. nouem habet capita.

- Primum, ſignificata diſtinguit, & Prædicationem, de qua agendum definit.
- Secundum, Prædicationem, propriè dictam explicat, & ſpecies, tum propriè, tum impropriè dictas recenſet,
- Tertium, Superdiuiſiones quinque propriæ prædicationis declarat.
- Quartum, Primam ſuperdiuiſionem Prędicationis in communi, enumerat.

Quin-

Digitized by Google

Quintum, Prædicationem formalem, & cauſalem commemorat.
Sextum, Prædicationem ordinatam, inordinatam, & nec ordinatã, nec inordinatã, complectitur.
Septimum, agit de intrinſecã, & extrinſeca prædicatione.
Octauum, de ſignata, & exercita ſermonem habet.
Nonum, ad Theologiam reducendo, mores hominum componit.

Liber Sextus, de Vniuerſalibus.

Liber ſextus de Vniuerſalibus capita 12. continens.

- In primo, vniuerſale in ſua ſignificata diſtribuitur, & proprium aſſumitur.
- In ſecundo, De ſingulari tractatur, cuius ſpecies enumerantur.
- In tertio, Vniuerſale propriè captũ in ſimplex, & mixtum ſubdiuiditur.
- In quarto, Generis acceptiones adducuntur, & genus logicum deſcribitur, eius ſpecies enarrando.
- In quinto, De ſpecie, & eius ſpeciebus fit ſermo.
- In ſexto, De eodem, & Differentia differitur.
- In ſeptimo, De Differentia, eius acceptionibus, & ſpeciebus pertractatur.
- In octauo, Agitur de proprio, & eius quadruplici ſignificatione.
- In nono, De Accidente, & eius ſpeciebus habetur mentio.
- In Decimo, De Prædicabili mixto, ſeu de definitione diſcutitur.
- In vndecimo, Regulæ generales enumerantur.
- In duodecimo, Ad Sacram Theologiam fit ingreſſus.

Liber ſeptimus de Prædicamentis.

Liber ſeptimus de Prædicamentis, tres habet partes principales.

- Anteprædicamenta.
- Prædicamenta.
- Poſtprædicamenta.

Ante-

Index Librorum.

Anteprædicamentorum, 8. Capitula.

- Primum, continet æquiuoca, vniuoca, Denominatiua.
- Secundum, Propoſitiones, de æquiuoco commemorat.
- Tertium, explicat Propoſitiones de vniuoco.
- Quartum, elucidat Propoſitiones ad Denominatiua ſpectantes.
- Quintum, Propoſitiones de Abſtractione manifeſtat.
- Sextum, doctrinam tradit de Analogo, illius Propoſitiones enucleans.
- Septimum, Diuiſiones Anteprædicamentales enodat.
- Octauũ, duas regulas Anteprædicamentales ediſſerit.

Prædicamentorum pars ſecũda ſectiones vndecim continet.

- Sectio 1. cap. 2.
  - In 1. quid & quotuplex ſit prædicamẽtum.
  - In ſecundo, Regulæ quædam.
- Sectio 2. cap. 4.
  - In primo, quid & quotuplex ſubſtãtia,
  - In ſecundo, eius proprietates.
  - In tertio, quædam propoſitiones.
  - In quarto, diuiſionẽ generalẽ ſubſtãtiæ.
- Sectio 3. cap. 3.
  - In primo quid, & quotuplex ſit quantitas.
  - In ſecundo, eius proprietates.
  - In tertio, Propoſitiones.
- Sectio 4. cap. 4.
  - In primo, quid ſit Relatio, & Relatiuũ.
  - In ſecundo, eius proprietates.
  - In tertio, Multiplices relõnũ diuiſiones.
  - In quarto, Tres modi Relatiuorum.
- Sectio 5. cap. 3.
  - In primo, Qualitatis ſpecies,
  - In ſecundo proprietates.
  - In tertio, Regulæ quædam.
- Sectio 6. cap. 2.
  - Quid ſit Actio.
  - Actionis proprietates.
- Sectio 7. cap. 2.
  - Quid paſsio,
  - Eius proprietates.
- Sectio 8. cap. 3.
  - In primo, Quid ſit vbi, & quotuplex.
  - In ſecundo, Proprietates.
  - In tertio, Propoſitiones.
- Sectio 9. cap. 2.
  - Quid ſit quando, & quotuplex.
  - Ipſius proprietates.
- Sect. 10. cap. 2.
  - In primo, quid & quotuplex ſit ſenſus.
  - In ſecundo, proprietates.
- Sectio 11.
  - Quid & quotuplex ſit habitus.

Poſt-

Digitized by Google

Poſtprędicamentorum Pars tertia, nouem habet capita.

In primo, De oppoſitis, & de Relatiuis.
In ſecundo, De contrarijs.
In tertio, De priuatiuè oppoſitis,
In quarto, De contradictoriè oppoſitis.
In quinto, De Priori.
In ſexto, De ſimul.
In ſeptimo, De Motu.
In octauo, De Habere.
In nono, De Reductione ad Sacram Theologiam.

Octauus Liber de Enunciatione continet capita 41.

In primo, agitur De ſono, & voce, & eius ſpeciebus, ac de ſenſibili.
In ſecundo, de ordine eorum, quę ſignificant, & ſignificantur.
In tertio, De Nomine recto, & obliquo.
In quarto, De verbo recto, & obliquo.
In quinto, De oratione, & eius ſpeciebus, ac quibuſdam Regulis.
In ſexto, De varijs orationis, ſeu propoſitionis ſuperdiuiſionibus, ſecundum materiam, ſubſtantiã, qualitatem, tempus, quantitatẽ, per æquiuoca, & ſubdiuiſiones.
In ſeptimo, De compoſitione Propoſitionum.
In octauo, de veritate Propoſitionis ſingularis.
In nono, De veritate Propoſitionis indefinitæ, & particularis.
In 10. De veritate Propoſitionis vniuerſalis.
In 11. De veritate Propoſitionum de Præterito.
In 12. De veritate Propoſitionum de Futuro.
In 13. De oppoſitione Propoſitionum Cathegoricarum.
In 14. De conditionibus Oppoſitionum.
Id 15. De legibus Oppoſitionum.
In 16. De æquipollentijs, & earum Regulis.
In 17. De Conuerſionibus.
In 18. De Propoſitione Hypothetica.
In 19. De copulatiua, & eius Regulis.
In 20. De diſiunctiua, & eius Regulis.
In 21. De Cauſali, & eius Regulis.
In 22. De Temporali, & eius Regulis.
In 23. De Locali, & eius Regulis.
In 24. De quibuſdam Animaduerſionibus.
In 25. De Modalibus.
In 26. De modalibus Compoſitis Regulæ.
In 27. De Modalibus diuiſis.
In 28. De oppoſitionibus Modalium.

Z z   In

Digitized by Google

In 29. Regulæ æquipollentiarum.
In 30. De Conuerſionibus modalium.
In 31. De oppoſitionibus Modalium.
In 32. De Modalibus, De ſubiecto ſingulari.
In 33. De propoſitionibus exponibilibus.
In 34. De Reduplicatiua, Regulis, ſuppoſitione terminorum eius, & conuerſione, atque veritate.
In 35. De exceptiua, veritate, Regulis, ſuppoſitione, & Conuerſione.
In 36. De excluſiua, veritate, ſuppoſitione, Conuerſione, & Regulis.
In 37. De incipit, & Definit, veritate, ſuppoſitione, & Conuerſione.
In 38. De exponibili, in qua ponitur hoc verbum fit, factum, fiet, & eius veritate.
In 39. De nonnullis alijs exponibilibus, & Regula generali pro exponendis exponibilibus.
In 40. De propoſitione inſolubili, & ſolutione.
In 41. Fit Reductio ad Sacram Theologiam.

Nonus Liber de Syllogiſmo habet capita 45.

Caput primum. Docet. Quid ſit ſyllogiſmus, & eius partes.
Secundum. Quotuplex ſit ſyllogiſmus.
Tertium. De figuris, & modis ſyllogiſmorum, & primo de prima.
Quartum. De modis ſecundæ figuræ.
Quintum. De modis tertiæ figuræ.
Sextum. De ſyllogiſmis ex obliquis.
Septimum. De ſyllogiſmis ex Reduplicatiuis, & excluſiuis.
Octauum. De ſyllogiſmis ex terminis infinitis.
Nonum. De ſyllogiſmis ex propoſitionibus de præterito, & futuro.
Decimū. De ſyllogiſmis ex modalibus de neceſſario.
Vndecimum. De ſyllogiſmis ex propoſitionibus de poſſibili.
Duodecimum. De ſyllogiſmis ex propoſitionibus de contingenti.
Tertiumdecimum. De ſyllogiſmis ex modalibus inuſitatis.
Quartumdecimum. De ſyllogiſmis mixtis ex vna de neceſſario, & altera de ineſſe.
Quintumdecimum. De Mixtione ex vna de poſſibili, & altera de ineſſe.
Sextumdecimum. De mixtione ex vna de contingẽti, & altera de ineſſe.

Decimumſeptimum. De Mixtione ex vna de Modali inuſitata,& altera de ineſſe.
Decimumoctauum.De mixtione neceſſarij,& Poſsibilis.
Decimumnonum.De mixtione neceſſarij, & contingentis.
Vigeſimum.De mixtione neceſſarij,& impoſsibilis.
Vigeſimumprimum De Mixtione neceſſarij, & aliorum modorum inuſitatorum.
Vigeſimumſecundum.De mixtione poſsibilis,& cōtingentis.
Vigeſimumtertium.De mixtione poſsibilis,& modorum inuſitatorum.
Vigeſimumquartum. De mixtione contingentis, & modorum inuſitatorum.
Vigeſimumquintum. Non dari quartam figuram.
Vigeſimumſextum.De Reductione ſyllogiſmorum imperfectorum ad perfectos.
Vigeſimumſeptimum. Animaduerſiones,ad cōuerſiones faciendas.
Vigeſimumoctanum. De conuerſione cathegoricarū.
Vigeſimumnonum, qūo conuertantur propoſitiones de prçterito,vel de futuro.
Trigeſimum. De conuerſione propoſitionum de terminis obliquis.
Trigeſimumprimum De conuerſione modalium.
Trigeſimumſecundum, Regulæ quædam ne erretur in conficiendis ſyllogiſmis.
Trigeſimumtertium.Regulæ,quibus dignoſcitur ſyllogiſmum non regulari per dici de omni,vel de nullo.
Trigeſimumquartum. De ſingulis ſpeciebus primæ figuræ,ſecundæ,& tertiæ.
Trigeſimumquintum.De ſyllogiſmo expoſitorio.
Trigeſimumſextum.De inductione,& ſyllogiſmo inductiuo.
Trigeſimumſeptimum.De exemplo, Deductione, & Enthymemate.
Trigeſimumoctauum.De medij inuentione.
Trigeſimumnonum. De Poteſtatibus ſyllogiſmorum, & primo de Poteſtate plura concludendi.
Quadrageſimum.De Poteſtate concludendi,verum ex falſis.
Quadrageſimumprimum. De poteſtate ſyllogiſandi circulariter.
Quadrageſimumſecundum, De Poteſtate concludendi conuerſiuè.

Quadrageſimumtertium. De Poteſtate ſyllogiſandi per impoſsibile.
Quadrageſimumquartum. De Poteſtate ſyllogiſandi ex oppoſitis.
Quadrageſimumquintum. De Reductione ad Sacram Theologiam.

P A R S P R I M A.

Decimus Liber de Demonſtratione 8. continet capitula in priore parte 6. verò in Poſteriori.

Primum. Quid ſit demonſtratio. Quid ſcire, & quetuplex.
Secundum. De ordine cognitionis.
Tertium. De Præcognitionibus.
Quartum. De Præcognitis.
Quintum De conditionibus præmiſſarum Demonſtrationis.
Sextum. De conditionibus præmiſſarum Demonſtratiuæ.
Septimum. De Principiorum diuiſione.
Octauum. De demonſtrationum varietate.

P A R S S E C V N D A.

Primum. De quæſtionibus ſcibilibus, ſiuè quæſitis.
Secundum. Quomodo terminetur quæſtio (ſi eſt.)
Tertium. Quomodo terminetur quæſtio, quid eſt.
Quartum. Quomodo terminetur quæſtio, quia eſt.
Quintũ. Quomodo terminetur quæſtio propter quod.
Sextum. Reductio ſit ad Sacram Theologiam.

Vndecimus Liber de ſyllogiſmo probabili in 8. diuiditur capita.

Primum. Quid ſit ars Topica, quid locus, quid argumentum, Argumentatio, antecedens, & conſequẽs, Terminus inferens, & illatus.
Secundum. Quid ſit ſyllogiſmus Topicus, probabilis, & quòd nunquã peccat in materia, vel in forma, nec euidenter agnoſcitur de communi lege.
Tertium, eſt de conſequentijs in generali, & Regulis illarum.
Quartum De loco intrinſeco a ſubſtantia, & de Maximis, & Differentijs.
Quintum. De locis, & Maximis à concomitantibus ſubſtantiam.
Sextum. De loco extrinſeco, & eius ſpeciebus.
Septimum. De loco medio, & eius ſpeciebus, & Maximis.
Octauum De Reductione ad Sacram Theologiam, & de locis Theologicis.

Duode-

Digitized by Google

Index Librorum.

Duodecimus Liber de fallacijs cap. continet 22.

- Primum de neceſſitate huius Libri.
- Secundum. De differentia huius ſyllogiſmi ab alijs.
- Tertium Fallacia quid eſt,& quotuplex.
- Quartum De fallacia Aequiuocationis.
- Quintum. De Fallacia Amphibologiæ.
- Sextum. De Fallacia multiplicis Potentialis.
- Septimum. De Fallacia Accentus.
- Octauum. De fallacia figuræ dictionis.
- Nonum. De fallacijs extradictionem.
- Decimum. De fallacia Accidentis.
- Vndecimũ. De fallacia ſecundum quid & ſimpliciter.
- Duodecimum. De fallacia ignorantiæ Elenchi.
- Tertiumdecimum. De fallacia petitionis principij.
- Quartumdecimum. De fallacia conſequentis.
- Quartumdecimum. De fallacia conſequentis.
- Quartumdecimum. De fallacia non cauſæ,vt cauſæ.
- Sextumdecimum. De fallacia ſecundum plures interrogationes,vt vnam.
- Decimumſeptimum. De Reductione omnium fallaciarum ad ignorantiam Elenchi.
- Decimumoctauum. Quòd omnes Paralogiſmi deficiant à natura veri ſyllogiſmi.
- Decimumnonum. De Regulis generalibus.
- Vigeſimum. Cuius ſyllogiſmi ſophiſticus ſit obliquitas.
- Vigeſimumprimum. Reductio ad Sacrã Theologiam.
- Vigeſimumſecundum. Reductio totius operis.

Libellus de X. Quæſtionibus.

- An ſit.
- Quid ſit.
- Quotuplex ſit.
- De quo ſit.
- Propter quid ſit.
- Quantum ſit.
- Quale ſit.
- Quando ſit.
- Vbi ſit.
- Quomodo & cum quo.

Finis Index Librorum.

TABV-

TABVLA RERVM
notabilium.

SEquitur tertia Tabula,in qua citatur Liber, capitulum , & litera in margine notata,è cuius directo,vel paulo ſuperius,aut inferiùs habetur,quod quæritur.ſeptimus tamen liber diuiditur in tres partes principales,quarum ſecunda diuiditur in ſectiones,& ſectiones in capitula : prima verò,& tertia ſolum in capita diſtribuitur. Decimus quoque liber in duas partes diſſecatur , & vtraque in capita : Citationes igitur conformiter ad diuiſiones factas inuenies.Quòd ſi fortè capitulum, aut ſectio non citetur;litera tamen Marginalis te non decipiet .

A

Abſtractio.

In quo conſiſtat,& an in illa ſit veritas,vel falſitas.l.7.c.5.Aa
Quotuplex ſit.l.7.c.5.Ab
In accidentibus abſolutis quotuplex,ſimiliter,& in reſpectiuis.l.7.c.5.Ab
A quo prius fiat.Ibid. A c
Diuiſiua,& præciſiua.Ibidem.

Accidens.

Quid,& quotuplex.l.6.c.10. A L & A m. Item l.2.c.10. k
Separabile,& inſeparabile,quid.l.6.c.10.A m. communiter accidentia , quæ & argumenta ab eis ſumpta.l.12.c.5. O

Accentus.

Quid,quotuplex.l.12.c.7.M

Actio.

Quid,& quotuplex : eiuſque proprietates.l.1.c.3.A d
Item l.7.par.7.ſectione 6.cap.1.& 2 B t

Aequalitas.

Quid ſit,item æqualis quid.l.7.par.2.ſect.3.c.2.A z. & ſect.4.c.4.B k

Aequipollentia.

Quid l.1.c.16. A d. Reglæ Ibid. A d

Aequiuocatio.

Quid,& quotuplex l.12.c.4. E. Regulæ illam dignoſcendi.Ibid.F

Aequiuocum.

Quid,& quotuplex.l.7.par.1.c.1.B
A caſu,& à conſilio. l.3.c.1. H

Agens.

Agit ex præcognitione finis.l.1.in Præfatione. A

Amphibologia.

Quid & quotuplex.l.12.c.5.G
Regulæ illam dignoſcendi. Ibid.H

Ampliatio.

Quid.l.4.c.3.A a.Reductio ad Sacram Theologiam,ibidem,cap.6. A L

Digitized by Google

Index rerum notabilium.

Analogum.

Quid l.1.7.parte 1.c 6. A f
Propoſitiones ad ipſum ſpectantes. Ibidem. A g

Antecedens.

Quando ſit probatiuum conſequentis.l.1 1.c.1.A. quando inter ipſum, & conſequens ſit in forma conſequentia.l.8.c.36. B q

Antepraedicamentum.

Quid,& quotuplex.l.7.par. 1.c.1. A

Appellatio.

Quid,& Regulæ.l.4.c.4.A b.Reductio ad Sacram Theologiam.c.6.A n

Argumentatio.

Quid,& quotuplex.l.9.c. 1.A. Quando peccet in forma,vel materia.l.12.c.3. C

Argumentum.

Quid.l.1.c.1. A Quo differat à medio,& ab Argumentatione. l.9.c.1.A

Ars.

Quid l.1.c.1.A.Quibus acquiritur. Ibid.B. Quotuplex. Ibid.c.2.C. Item c.3.Ac. Materia finis,& ſubiectum. Ibid.c 2.E. & F. Mechanica c.2.C.& G Doctrinalis. Ibid.D. Seruilis.D.Fabrilis quid,materia,& finis.O.Liberalis,& non liberalis,quid & quotuplex.c.2.P.& Q. Sermocionalis.c.2.Q. Arithmeticę,ſubiectum,finis. Ibidē.c.2.S.Aſtronomiæ,ſubiectum,finis.c.2. V. Rationlis quotuplex.c.2.X Realis,quæ,& quotuplex.c.2. Aa. Supernaturalis quid, & quotuplex.c.2.Ab. Practica quid & quotuplex.c.3. Ac. & Ad. Theorica, quid & quotuplex.c.3.Ac.& Af.Factiua,& Actiua quid,& quotuplex. ibid. Ae,& Af. Rationalis quid & quotuplex.c.3.Af.& Ag Quomodo ſe habeat ars tota.c.4. Ai.Artis doctrinalis partes.c.4.Ah. Reductio ad Sacram Theologiam.c.5.Ak.

B

Bonum.

Bonum triplex.l.1 1.c.5.N

C

Canonicum.

Ius Ciuile,& Canonicum.l. 1.c.2. Z

Caro.

Tentatio lex.l.12.c.2 1.Am.& An.

Caſus.

Qui ſit.l. 11.c 7.V

Cauſa.

Cauſa quid: quotuplex: Argumenta ab ea ſumpta l.11.c.5.M. conuertibilis,& non conuertibilis.l.10.parte 1.c.8.T.

Chirurgia.

Quid,eius materia,& finis.l.1.c.2 N.

Conceptus.

Conceptus totales,non ſynonimi.l.7.c.1. C.ordinem quem habeat in ſignificando.l.8.c.C. Quando habeatur in prolatione orationis.l.8.c.12.S.

Concluder.

Directè,vel indirectè quid ſit.l. 9.c.3. E. concludere plura.l.9.c.39. B u

Concluſio.

Quid.

Quid.l. 1.c.4.A b.& l.9.c.1.B. Quomodo cognoſcatur.l.10.c.5. vna non poteſt niſi vnica Demonſtratione potiſſima demonſtrari;Sed pluribus non potiſſimis. l.10.par. 2.c.4 Am.eius cauſæ quotupliciter l.10.par.1.c.5.k. Demonſtratiuę conditiones.l.10.par.1.c.6.Quando dubitabiles.l.1.c.4.A i

Conditionalis.

Quid,& quotuplex,eiuſque veritas l 8.c.18.Af. Regulæ.ibid. Ag.

Coniunctio.

Copulatiuè & diuiſiuè,vel collectiuè ſumpta.l.4.c.2.S.
Inter terminos,& propoſitiones.l.8.c.14.An

Coniugata.

Quæ ſint.l.11.c.7.V

Connexio.

Efficacia connexionum.l.9.c.46.C h

Conſequentia.

Quid,& eius partes,quotuplex,& conditiones cuiuslibet.l.11.c.3.C. Bona materialis duplex.ibid.D.Regulæ generales 15.Ibidem E.

Conſideratio.

Conſiderationis Dialecticæ finis.l.2.c.1.A

Conſtantia ſubiecti.

An debeat poni in propoſitionibus accidentalibus.l.9.c.28.A r

Contradictoria.

Contradictio quid l.7.par.3.C f.Quæ contradictoriè opponantur.An detur medium inter illa;Quanta ſit eorum diſtantia.Ibid.

Contradictoriæ propoſitiones.

De forma,vel de lege,& Regulæ pro his dignoſcendis.l.8.c.15. Aa. Repugnant in veritate,& falſitate.Ibidem.X.

Contraria.

Quæ,& quotuplicia.l.7.p.1.c.2. Ci. Maximè diſtant,ſe expellunt,ſimul eſſe non poſſunt.Ibid.Vnum non definitur per alterum.l.1.c.12.A z.

Contrariæ propoſitiones.

Poſſunt eſſe ſimul falſæ.l.18.c.15.X. De forma,vel de lege.Ibid.Y.

Conuerſio.

Conuerſio quid,& quotuplex.l.8. c. 16. Ae. Quarumlibet propoſitionum quomodo facienda conuerſio.l.9.c.28.Ao.Nullus homo ridet, nullo ridente, quomodo conuertatur.Ibidem. A p.

Conuertibile.

Duobus modis dicitur.l.8.c.36.Bp

Copula.

Verbalis quid.l.2.c.1.C.quando abſoluatur a tempore l.4.c.1. k

Corruptio.

Quid illa ſit,& corruptum,& argumenta à corruptione.l.11.c.1.E.

D

Dæmon.

Tentat fallacijs vtens.l.12.cap.21.AK.
Tentanti de prædeſtinatione,quomodo reſpondendum.Ibidem. Al.
Tentat facto.Ibidem.Am.

Dedu-

Deductio.

Quid.l.9.c.37.Bm.

Definitio.

Quid,& quotuplex.l.6.c.11.Aq.Item l.10.par.2.c.3.Ac.Eiuſdem rei plures definitiones.l.6.c.11.Ay.

Eius partes qua arte ordinentur.Af.Pars prima demonſtrari non poteſt.Ibid. Ac. Propriè dicta non poteſt de definito demonſtrari.l.10.par.2.c.3.Ae.Poteſt euidenter cognoſci de definito.Ibidem Data per additamentum quomodo euidenter cognoſcatur.Ibid. Aq. Materialis per formalem, & formalis per materialem demonſtratur.Ibid.Data per additamentum.l.6.c.11.Al.Per differẽtias eſſentiales.Ibidem.At.Per genus proximum,vel remotum.Au. Regulæ generales.Ibidem.Formalis,materialis,compoſita.Ibid. Ay.

Demonſtratio.

Quid.l.1.c.4.Ai.Item l.10.par.1.c.1.A Quotuplex,& quid quæque illarum, & earum differentia.Ibid c.8.Q Propter quid.Ibid.S Quia. Ibid. & quotuplex. Vniuerſalis,& particularis.ibid.V.Affirmatiua,& negatiua,oſtenſiua, ad impoſsibile.Ibid.Potiſsima quæ ſit.Ibid.c.4.Al. Quomodo differat ab alijs ſyllogiſmis l.12.c.2.B.Reductio ad Sacram Theologiam.l.10.par.2.c.6. Ao.

Denotare,vel Deſignare.

Extrinſecè,vel intrinſecè l.5.c.3.F.

Deſcenſus.

Quid ſit,& quotuplex.l.6.c.11.Ar.Quænam cum definito conuertatur.ibid.Ay.

Deſtruere.

Conſequens deſtruere,vel antecedens.quid.l.8.c.18.Ag.

Determinatio.

Diminuens,nõ diminuens.l.3.c.1.Q Contrahens quando reſtringat.l.4.c.4.Ag.

Deus.

Finis humanæ naturæ.l.1.in Præfatione.A.Ineffabilis.l.5.c.9 X.Vnitrinus,& eius appropriata.l.1.c.5.Ak cognoſcitur ex creaturis.l.5.c.9.X.Rerum omnium terminus.l.2.c.2.Q.Sex diebus vniuerſa produxit l.3.c.3. S. Dona ſua diuiſit. ibid.T.Prædicamenta illi attribuuntur.l.7.c.vlt.Co. & Cp. Relucet in voce, terminis,& propoſitionibus.l.8.c.vlt.By & Bz.

Dialectica.

Initium aliarum ſcientiarum debet eſſe,in operis Præfatione B.

Dictio.

Recta cuius determinatio.l.4.c.2.Y.Reſtringens,& reſtricta quotuplex.l.4.c.3. Ag.Importans actum interiorem animæ.l.4.c.5.Ai.Dictio i quantum,& conſimiles quomodo teneãtur.l.8.c.34.Az.Excluſiua,l.8.c.35.Bh. Impropriè excluſiua. Ibidem. Bi.

Dictum.

Quid ſit in propoſitione modali l.8.c.25.Ao.Negatum, & affirmatum quid.l.8.c.26.Ap.ſecundum quid,& ſimpliciter,& quomodo differat à parte in modo. l.12.cap.11.T.

Differentia,

Quid,& quotuplex.l.6.c.7.Af.& Ag.Item ibid.c.7.Y.Maxima,&minima ibid.T. Differens tripliciter.Ibid.Separabilis,& inſeparabilis.Ibid.Aa.Diuiſiua,& cõpoſitiua.Ab.Tranſcendens,& materialis.lib.6.c.7.Ae.Differentia notabilis in-

ter terminum poſitum à parte ſubiecti, vel prædicati.l.9.c. 17.X.

Diſciplina.

Rationalis triplex.l.2.c.1.P.Fit ex præexiſtenti cognitione.l.10.c.2.C.

Diſiunctiua.

Quid, quotuplex, veritas, & falſitas & eius Regulæ.l.8.c.20. Ai.

Diſſimilitudo.

Quæ.l.7.par.2.ſect.4.c.4.BK.

Diſticon.

Eorum, quæ non ponuntur in prædicamento.l.7.p.2.c.1.Al.Item eorum quę ponuntur.Itidem.Am.continens modos habendi.l.7.p.3.c.8.Cl.

Diuerſitas.

Quæ.lib.7.par.2.ſect.4.c.4.Bk.

Diuiſio.

Quid & quotuplex.l.2.c.1.A.proprietas termini.l.3.Præfatio.A.Realis, Rationalis.Ibid.B.Eius differētia.B.Poteſt fieri per omnia loca topica.l.de X quæſtionibus.I.Diuiſio, Superdiuiſio, Condiuiſio, Subdiuiſio.l.3.c 1.C.& B.Rationalis quotuplex.l.3.c.1.E.Per ſe, & per accidens.Ibidem.Vniuoci diuiſio.Ibidem.F. Generis in ſpecies, ſpeciei in indiuidua.F.Quæ à diſciplinis reiecta Ibidem. Aequiuoci diuiſio.Ibid.G.A caſu, & à conſilio.ibid. I.Totius in partes.ibid.k. Totius eſſentialis.L.Per accidens, quid & quotuplex. M. Subiecti in accidentia, &c.A.Totius in modo quid. O.Diuiſiones anteprædicamentales.l.7.p.1.c. 70.Ah.& Ai.Diuiſionum Regulæ, & propoſitiones.l.3.c.2.R. Reductio ad Sacram Theologiam.c.2.S.

Diſtribuentia.

Quomodo ſe impediant.l.4.c.2.V.

Dignitas.

Eius præcognitio l.10.& par.1.c.4.E. Habere illam à natura quid. L. 10.par. 1. c.70. P. comparatur maiori lumini.Ibid.

Duratio.

Quotuplex.l.7.par.2.ſect.9.By.

E

Economia.

Quid; ſubiectum: Finis.l. 1.c. 2.Y.

Effectus.

Quid, quotuplex, argumenta ab effectu ſumpta.l.11.c.5.M.

Enumeratio.

Quid ſit.l.de X.Quæſtionibus.K.

Enunciatio.

Quid ſit.l.8 c.5.H.Reductio ad Sacram Theologiam.c.vltimo.

Ens.

Non eſt genus ad X.prędicamēta.l.6.c.4.L.Eſſe in alio multipliciter.l.de X.quęſtionibus. K.omne ens omni enti comparatum, idem vel diuerſum, ſimile, vel diſsimile, æquale, vel inæquale.l.7.par.2.ſect.4.c.4. BK.

Exceptiua.

Quid ſit, cur ſit dicta, & eius veritas.l.8.c.34.Be. Regulæ.Ibidem.Bg. Terminorum ſuppoſitio, & conuerſio.Ibid. B f.

Ex-

Digitized by Google

Index rerum notabilium.

Excluſio.

Gratia alietatis,vel pluralitatis.l.8.c.35.Bi.A parte prædicati dupl.Ibid.BK.

Excluſiua.

Quid, quid.l.8.c.35.Bg.Negatiua,triplex,Ibid.Bl.Termini eius quomodo ſupponunt.Ibid.Bm.coouerſiones,& Regulæ quædam.Bn.

Exponibilis.

Cum verbo,fit,factum eſt,vel fiet;De eius veritate, & conſequentia.l.8.c.37.Br. Cum verbo differt,comparatiuo,& ſuperlatiuo.l.8.c.38.8ſ.Exponibilium explanandarum Regula generalis.Ibidem.

Exemplum.

Quid,& quot in eo termini.l.9.c.37.Bl.

Enthymema.

Quid,& quotuplex.l.9.c.37.Bm.

F

Fabrilis.

Quid,materia,finis.l.1.c.2.O.

Factio.

Quid fit.l.1.c.3.Ad.

Fallacia.

Quid,& quotuplex.l.12.c.3.C.In dictione quid,& quotuplex Ibidem. Compoſitionis,& diuiſionis.c.6.K. Regulæ dignoſcendæ fallaciæ compoſitionis, & diuiſionis.Ibid.H.Accentus quid, & Regulæ.c.7.M.& N. Figuræ dictionis.& eius Regulæ.c.8.O & P.Extra dictionem quid,cur ſic dicta,& quotuplex.c.8. Q.Accidentis quid,& Regulæ.c.10.S.A dicto ſecundum quid ad ſimpliciter. c.11.T.eius Regulæ.ibid.V.Ignorantiæ elenchi,quid,& Regulæ.c.12.Y.Petitionis Principij,& Regulæ.c.13 Z.Conſequentis,& Regulæ.c.14. Aa. & Ab. Non cauſæ,vt cauſæ,& eius Regulæ.c.15.Ab.Secundum plures interrogatione,.c.12.Ac.Reductio ad ignorantiam elenchi.c.17. Ad Regulæ generales,c. 19.Af.Cognitionis earum neceſsitas c.1.A.Reductio ad Sac.Theol.c.21. AK.

Falſum.

Falſa quoque veriſsimè connecti l.9.c.46.Ch.

Figura.

Forma,& figura quarta ſpecies qualitatis.l.7.par.1.Sect.5.c.1.Bn. Figura ſyllogiſmi quid,& quotuplex.l.9.c.3.E.Primæ figuræ modi.Ibid. An detur quarta figura.l.9.c.25.Ad.

Finis.

Deus finis humanæ creaturæ,ac Beatitudo.In operis Præfatione. A.

Finitum.

Finitum,& infinitum cui congruunt,& quomodo l.7.p.2.ſect.3.c.3.Az.

Futurum.

Quotuplex ſit.l.8.c.12.K.contingentis futuri veritas.Ibid.k.

G

Generatio.

Quid ſit, & argumenta ab ea deſumpta.l.11.c.5.N.

A a a 3 Genus.

Genus.

Quotuplex,l. 6. c. 4.I.Logicum quid.K. Quotuplex.L. Generaliſſima quot. Ibid. Item generaliſsima,ſpecialiſsima.ſubalterna.& indiuidua.quot num. Ibidem. L.Quomodo ſit totum & pars reſpectiua ſpeciei.c. 7.Ac. Non eſt differentia, ſed habet illam in potentia.Ibid.Ah Habet ſimilitudinem materiæ.Ibid. Quomodo prædicetur de differentia,& contra. c. 7.Ad.

Geometria.

Quid ſubiectum,& finis.l. 1.c.2.T.

Grammatica.

Quid,ſubiectum,& finis,l. 1.c.2.R.

H

Habitudo.

Intermediorum inter generaliſsima,& ſpecialiſsima,quæ ſit.l.6.c.5. Q.

Habitus.

Habitus quid.& quotuplex,& eius proprietates.l.1.c.40.Ah.Item l.7. p.2. ſect. 5.c.1.C2 Non definitur per priuationem.l.6.c.11.Az. Quarta ſpecies qualitatis.l.7.p.2.ſect.5.c.1.Bq.

Habere.

Quintupliciter.l.7.p.3.c.8.Cl.

Hypotheticæ.

Non complete expreſſæ,quomodo cognoſcuntur.l.8.c.24.Am.

I

Identitas,& Idem.

Maxima,& minima,quæ l. 6.c. 6.X.Idem tripliciter.Ibid. V.Idem nu.tripliciter. Ibid.X.Item Identitas,quid,l.8.par.2.ſect.4.c.4.BK.

Illatio.

Eius conceptum quando verè percipiat intellectus.l.4.c.46.Ch.

Imitatio.

Quid ſit.l.1.c.1.B.

Implicatio.

Quid ſit,& eius vis,l.4.c.3.Af.

Importantia.

Alietatem quomodo diſtribuant.l 4.c.2.Y.

Inæqualitas.

Quid,& inæqualitas.l.7.par.2.ſect.3.c.3 Az.

Indiuiduum.

Quotuplex ſit.l. 6.c.2.D.& E.

Inductio.

Quid ſit,Aliquid valet,& quomodo l.9 c 36.Bi.

Inſolubile.

Vnde dicatur,quod ſit,& quæ ipſius ſint Regulæ,& quomodo inſolubilia ſoluantur.l.8.c.39.Bu,& Bx.

Inſeparabile.

Secun-

Digitized by Google

Secundum rem,ſeparabile ſecundum intellectum l.7.c 11.Aa.

Intellectus.

Quid,& quotuplex;l.1.c.2.Ah.& Ai. Aſſentit rei ſignificatæ per propoſitionem per ſe notam ea ſola mediante, non autem rei ſignificatæ per propoſitionem non per ſe notam,l.10. par. 1.c.7 O.

Intentio.

Intentio quid,& quotuplex,l.2.c 1.P.Prima, & ſecunda,quæ.Ibid.

Intermedia.

Inter genus generaliſſimũ,& ſpecialiſſi nũ quam habitudinem habeant.l.6.c. Q.

Inuentio.

Medium in ſyllogiſmo,l. . c.38.Bn.

Inſtantia.

Quid ſit.& ſyllogiſnus inſtantiuus,l. 1.c.37.Bl.

L

Lanificium.

Quid,& materia,& finis,l.1.c.2.H.

Lex.

Lex,& Natura oppoſitionum,l.8.c.10.leges quatuor obſeruandæ,l.12.c.21.An. Lex Dei,lex mentis,carnis,& peccati.Ibidem.

Liber.

Triplex,l.2.c.2.R.

Localis propoſitio.

Quid ſit,& eius veritas,vel falſitas,l.8.c.22.

Locus.

Topicus quid,l.11.c.1.A.Triplex,& quid ſint.c.4.G.à ſubſtantia quotuplex, & maximæ.l.11.c.4.G.A concomitantibus ſubſtantiam quotuplex, & Maximæ, c.5.H.Totius vniuerſalis quid & maximæ,c. 1.I.Totius integralis Ibid.L.Totius in modo,& Maximæ.k.Totius in tempore,& loco.Ibid. A cauſa, & effectu quid,& maximæ.M.Ab vſibus,& maximæ.O.A communiter accidẽtibus. Ibid.Extrinſecus,quid & quotuplex.c.6.P.Ab oppoſitis.Ibid. A repugnantib. c.6.Q. A maiori,& Minori.K.A ſimili,& proportione.S. Ab auctoritate.Ibid. T. A tranſmutata proportione Ibid. Qui locus propriè vim habet in quantitatibus.Ibid.Medius quid quotuplex, & argumenta,Ibid.Loci Sacræ Scripturæ,qui quotuplices,& maximæ ſingulorum.c.8.Y.

Logica.

Quid.l.6.c.2.R.Logicæ totius reductio ad Sacram Theologiam.l.12.AO.

M

Malum.

Triplex.l.11.c.5.N.

Maior,& minor.

Propoſitio maior,& minor,quæ,l.9.c. 1.B.

Mathematica.

Quid ſit,& quotuplex,l. 1.c.2.Q.& S,

Materia.

Quotuplex ſit,l.de X.Quęſtionib.L.Pertinẽtia ad mãm,& formã,quę,l.11.c.3.D.

Maxi-

Maxima.

Quæ ſit,& Differentia Maximæ.l.1 1.c.4 G.

Menſura.

Menſura perfectionis,& imitationis.Item Menſurabile quid ſit,l.7. par.2.ſect. 4. c.4.Bm. Menſura omnium Deus,Ibidem. Menſuræ omnium ſcibilium,naturalium,& artificiatorum,& ſenſationum quæ Ibidem.

Metaphiſica.

Quid,ſubiectum,finis.l.1.c.2.Ab.

Medicina.

Quid,ſubiectum,finis.l.1.c.2.A2.

Medium.

Formæ,& ſubiecti quid.l.7.par.3 c.4.Cf.Medij inuentio in ſyllogiſmo.c.38.Bn.

Militaris.

Quid,materia,finis.l.1.c.2.k.

Mixtio.

Ex vna de neceſſario,& altera de ineſſe.l.9.c. 14.K.Ex vna de poſſibili, & altera de ineſſe.c 15.S.Ex vna de contingenti,& alia de ineſſe.c.16.T.Ex vna de neceſſario,& alia de Poſſibili.c.18.Y. Ex vna de neceſſario,& alia de contingēti. c.19.Ab Ex neceſſario & impoſſibili.c.20. Ad. Ex neceſſario, & alijs modis inuſitatis.c.21.Ad.Ex poſsibili,& contingenti.c.22. Ae. Ex poſsibili, & alijs modis non vſitatis.c.23.Af.Ex cōtingenti,& alijs modis non vſitatis.c.24.Ag.

Modalis.

Modalis abſolutè ſumpta,intelligitur diuiſa.l.8.c.27. Aq.Modalis tota vniuerſalis,quæ & quotuplex.c. 28.Ar.Tota particularis ibid.Aequipollentiæ, & Regulæ.c.29.Aſ.Conuerſiones.c.30.At.& Regulæ ibidem.De ſubiecto ſingulari. c.31.Ax.

Modus.

Quid,& quotuplex.l.8.c.25.Ao.Modus dandi contradictionem qui.c.16.Ac. In modalibus diuiſis,quid determinet. Modi habendi in quo prædicamento l.7. par.3.c.8.Cm.Modi eſſendi,cauſandi,& prædicandi.l.10.c,5.G.Modus ſyllogiſmi quid,& quotuplex.l.9.c.30.E.

Moralis.

Quid,ſubiectum,& finis.l.1.c.2.Y.

Motus.

Motus quotuplex,& quid ſit quilibet.l.7.par.3.c.7.CK.

Multiplex.

Triplex.l. 12.c.3.D.Quid vnumquodq; illorū.Ibid.Omne eſt diſtinguendū.c.4.F.

Mundus.

Tentat.l. 12.c.21.Am.Mundus,& mundi diſpoſitio liber.Ibid.

Muſica.

Quid ſit;eius ſubiectum;& finis.l.1.c.2.S.

N

Natura.

Quidditas ſiue natura vltimatè abſtracta.l.7.p.7.c.5.Ad.
De natura vltimate abſtracta quid prædicetur.Ibid.

Index rerum notabilium.

Naturalis potentia.

Naturalis potentia,& impotentia,quæ l.7.p.2.ſect.5.c.1.Bo.

Nautica.

Quid ſit,quæ eius materia,& finis.l.1.c.2 L.

Neceſſarium.

Sequitur ad quodlibet.l.11.c.30.F.

Negatio.

Negans,& infinitans,quomodo diſtribuant.l.4.c. 2. X. numero pari affirmant imponi negant.l 8.c.16.Ad.

Nemoraria.

Quid ſit,eius materia,& finis.l.1. c.2.I.

Nomen.

Quid ſit.l.8 c 3 E Poteſt ſignificare tempus.Ibidem eius partes non ſignificant: compoſitæ figuræ ſunt vera nomina,obliqua non ſunt nomina. Ibid. Nomina multitudinis in diuerſis prædicamentis.l.7.par.3.Cm.Nomina verbalia in bibe,& in iuuem,quæ l.4.c.3.Ad.Nominum ad Deum translatio, & quæ transferenda.l.5.c.9.Aa,& Ab.

Numerus.

Quid & quotuplex.l.7.par.2.ſect.3.c. 1. Ax.

O

Obliquus.

Quando ſit propoſitionis ſubiectum.l.9.c.6.H.

Omne.

Omnia redigenda in laudem factoris.l. 1.In Præfatione. D. Omnes hoïes vnus homo.l.6.c.7.Ad.Omne ens omni comparatum.l.7.p.1.ſect.4.c.4. BK.

Operatio.

Quotuplex l.1.c.3.Ad.Opus duplex,& quid,Ibid.

Opinio.

Opinionum multiplicitas,& contrarietas,vnde proueniant.l.12.c.1.A.

Oppoſitio.

Quid,& quotuplex.l.7.p.3.Cb.oppoſitio relatiua.Ibid.

Oppoſita ſunt in eodem prædicamento.l.7.par.3.Cm. Oppoſitio propoſitionum quid & quotuplex.l.8.c.13.T.Oppoſitionum conditiones.c.14. V. Oppoſitio modalium quotuplex.c.28.Ar.Secundum legem,& regulæ earum.c.31.Au.

Oratio.

Oratio quid & quotuplex.l.8.c.5.G.& H.Orationis prolatæ conceptus quando habeatur.c.12.S.In quo,& pro quo inſtanti ſit vera, Ibid. Regulæ cognoſcendi orationem imperfectam,c.8. G.Oratio quātitas.l.7.p.1.ſect.3. c.1.Af. Senſus orationis diuerſi quomodo aſsignandi.l.12.c.5.I.

Ordo.

Graduum perfectionis.l.7.p.2.ſect.3.c.1.At. Ordo eorum,quæ ſignificant, & ſignificantur.l.8.c.2.C.Ordo cognitionis.l.10.c.2.C.

P

Paralogiſmi.

Omnes deficiunt à natura veri ſyllogiſmi l.12.c.18.Ae.

Pars
Integralis quid,& quotuplex.l.11.c.5.L.Subiectiua quid.Ibid.I.In quantitate.H. Totius in modo K Pars in loco L.In tempore L.Idem pars in modo l.3.c.1.P. Partes artis doctrinalis.l.1.c.4.Ah.Partes quo ſint l.l.7.p.2.ſect.3.c.1. Ay.
Participia.
Non ſunt nomina.l.8.c.3.E.Non ſunt verba.l.8.c.4.F.
Partitio.
Quid ſit.l. de X.Quæſtionibus.A.
Paſsio.
Paſsio,& paſsibilis qualitas quid & quotuplex,& eius proprietates,l.7.p.2.ſec. 5.c.1.Bo & ſect.7.c.1.& 2.Bu.Paſsio diuerſa importans l.10.p.2.c.4.Ai. Quomodo de ſuo ſubiecto primo poſsit,vel non poſsit demonſtrari.Ibidem. Quando per definitionem poſsit demonſtrari.Ibid. Al. Paſsiones animæ quomodo eædem apud omnes l.8.c.2 D.Paſsio propoſitionis.l.8.c.13.T.
Permanens.
Non definitur per ſucceſsionem.l 6.c.11.Az.
Perſpectiua.
Quid ſit,eius ſubiectum,& finis.l.1.c.2.T.
Phyſica.
Quid,ſubiectum,finis.l.1.c.2.Aa.
Philoſophia.
Quid ſit,& Philoſophus.l.1.c.3.Ab.
Polytica.
Quid ſit,quid eius materia,& finis,l.1.c.2.Z.
Ponere.
Antecedens,vel conſequens.l.8.c.14.Ag.
Poſitio.
Quod & quotuplex.l.10.p.1.c.7.P Poſitio quantitatis.l.9.ſect.3.c.1.Ay.
Prædicamentum.
Quid,& quotuplex.l.7.par.3.Cb.
Potentia.
Actiua,& paſsiua,l.7.par.2.ſect.4.c.4.Bl.
Poteſtas.
Poteſtas ſyllogiſmi quid & quotuplex.l.9 c.39.Bp Plura concludendi quid, & quotuplex Ibid.Verum ex falſis.c.40.Bu Circulariter.c.41. Bx. Conuerſiuè. c.42.Ca Ex oppoſitis.c.45.Cf.
Præceptio.
Quid ſit,l.1.c.1.B.
Pręcognitio.
Quid,& quotuplex.l.10.c.3.D.Præcognitionũ ordo,ibi.Præcognita quæ c.4.B
Prædicabile.
Prædicabile quid & quotuplex l.6.c.3.N.Mixtum.c. 10. Ao. Reductio ad Sacrã Theologiam c.12.Az.
Prædicamentum.
Quomodo inter ſe diſtinguantur.l.7.p 2.ſect,1.c.2.Am.Eſt veſtigium Trinitatis, l.7.c.alt.Cm.Transferuntur ad diuina.Ibid. Co, & Cp. Chriſto conueniunt. Ibid.Cq.Reductio ad Sacram Theologiam.Ibid.c.vlt.

Prædi-

Index rerum notabilium.

Prædicari.

De pluribus l.2.c.1.L.Vniuocè,l.6.c.1.B.In quid l.6.c.3.N.

Prædicatio.

Triplex,l 5.c.1.A.Propria,& impropria.c.1. B. Regula coïs prædicationis propriæ,c 1.C.Propria, & impropria quotuplex,c.2.D.& E Eſſentialis,& accidétalis,c.3.F.In quid,& in quale,c.3 H.In quale eſſentiale.c 3 I.In quale accidentale,c.3.K.Vniuoca,æquiuoca.& Analoga.Ibid.L Quidditatiua. & Denominatiua c.3.M. Prædicatio quatuor modorum N. Concreti de concreto, & & Abſtracti.c.4.O.Formalis,& cauſalis,l.5 c.5 P.ordinata,& inordinata,c.6. Q.Identica.c.6.k.Intrinſeca.& extrinſeca,c.7.S. Signata, & exercita, c 8.T. Prædicationis quæſitiua.c.8.V Prædicationis in diuinis,quæ,c.9 Ac.Vltimata abſtracti de vltimate abſtracto.l.7 c.11.Ad.

Prædicatum Quid ſit,l.2 c.1 C.& l.8 c.6.I.Quomodo ſupponat, & amplietur, l 4.c.3.Ab Ac.Materiale,& formale.Ibidem.

Primum. Primum,ſiue ſecundum,quod ipſum,l.10.c.5. H. Primus modus primæ figuræ,quot conclusiones poſſit concludere l 9.c.34.Bq.

Principium. Principia ſcientiarum,quę ſint,l.1.c.4.Ah Præſupponuntur.Ai.Regulatiua ſyllogiſmi,quæ,l.9.c.32.Bd Regulatiua Syllogiſmi expoſitorij,c.35. Bh. Principia demonſtrationis,quæ & quot,l.10.c.7.M.Item c.5 H Quomodo demonſtrantur,vel non,l.10 par.2 c.5 An.

Priuatio,quid.& quotuplex,& regreſſus,an detur,l.7.p 3 c.3. Ce. Definitur per habitum,l 6.c.11.Az.

Prius,& poſterius. Quomodo amplietur,l.4.c.3.Ae. quotupliciter accipiatur,l. 7.p.2.c.5.Ci.Prioritas triplex.l 10.c.5.I.

Probabilia. Quæ,l.11.c.2.B.

Pronomina. Non ſunt nomina.l.8.c.3.E.

Propoſitio Quid ſit,l.2.c.1.B.illius extremum.Ibid.Duplex eſt,l.8.c.5 H Superdiuiſiones.ſex.l.8.c.6.I.Partes principales.quæ,Ibid Cathegorica quotuplex.Ibid Propoſitio plures,c.6.k Cõpoſitio,c.7 L Singularis veritas, c 7 M. Indefinitæ ex particulari veritas, c.9 N.Vniuerſalis veritas,c.10. O Cauſalis quid,& quotuplex,veritas,& Regulæ,c 18.AX Veritas propoſitionum de præterito c.11 De futuro,c.12 R. Illa in qua ſubiectum ſupponit ſimpliciter reducitur ad ſingularem,c 9.N. Subalternæ cur ſic dictæ,c 13.T Conuertens & conuerſa,quæ,c.17. Ae Hypothetica,quæ & quotuplex,c 18. Af Modalis, quid & quotuplex.c.25.Ao. Regulæ compoſitarum.c.26 Ap Diuiſa quæ, c. 27.Aq Exponibilis quid & quotuplex,c.34.Az Reduplicatiua Ibid.Ba, & Bc. Eadem poteſt eſſe vera,& falſa.Bc.Reduplicatiuæ negatiuæ veritas.Bd. Regulæ generales.Be Suppoſitio,& conuerſio.Bf. Sunt aliquæ contrariæ non habétes ſubcontrariæ.c 34.Bg. De incipit,& deſinit,c 36.Bo De ineſſe,duplex,l 9. c.15.S.Illa in qua ponitur modus inuſitatus,vt ſit modalis, quid requiritur.l. 9.c.17 V.De neceſſario infert illam de poſſibili.c.18 Z Qua quantitate ſint quantæ animaduerſiones,l.9 c 27.An.Particularis affirmatiua, quomodo cõuertatur,& inferat illam de terminis tranſpoſitis.c. 28 Aq Vniuerſalis affirmatiua,quomodo conuertenda,Ibid Quomodo negatiua particularis Ibidem. Aſ De præterito & de futuro quomodo conuertantur,& Regulæ.c. 29 At De incipit,& deſinit quomodo conuertantur.l.8.c.27.Bq. Illæ in quibus ponuntur iſta verba ſignifico,intelligo,&c.quomodo conuertendæ,l 9 c 29 Au Illæ

In quibus ponuntur impoſsibilia,& fictitia, quomodo conuertendæ. Ibid. De obliquis,quomodo conuertantur,& Regulæ, c.30. Ax. Modales compoſitæ, quomodo conuertantur,l.9 c.31.Az.& Ba. Sola particularis in omni figura concluditur.c.38 Bo. Quælibet poteſt oſtendi per impoſsibile in prima figura præter vniuerſalem,c.43 Cc. Quælibet poteſt per impoſsibile oſtendi in ſecunda figura.Ibidem. Cd.ſimiliter in tertia figura.Ibidem. Affirmatiua poteſt in ſyllogiſmo negatiuo,c 41.By Neceſſaria,quid,l 10.c.5 F. Primi,& ſecundi modi.c.5.G De omni duplex,c.6 F.Per ſe nota ſiue dignitas, quid, & quotuplex,c.7.M.Vnde dicatur per ſe nota.Ibidem.N.Propoſitio conſtantiæ, quid,l.11.c.5.N. Nulla propoſitio ſeipſam ſignificat, l.8.c.]39. Bt. Propoſitio immediata,quæ ſit.l 10.c.5.A.

Proprium,& Proprietas. Quid & quotuplex.l.6 c 8.Ai.propriè proprium,quotuplex e.8.AK Proprietates accidentariæ.l.6,c.7.Ad.

Q

Quadriuium,quæ ſcientiæ dicantur.l.1 c.2.V.

Quæ dicuntur,& quæ ſunt;Quædam cum complexione, quædam ſine, l.7.parte prima,c.7.Ah Quæ ſunt quadrupliciter,l 7 Ibid.Ai.

Qualitas quid,quotuplex,& eius ſpecies,l.7 par.2.Ba.Tranſcendens,& limitata. Ibid Qualitatis proprietates.Ibid.c.2.BV Regulæ Ibid c 3.Bſ.

Quando,quid,quotuplex,& eius proprietates,l 7.ſect.9 c. 1 & 2.By.

Quantitas,quotuplex ſit,& quid ſit,l.7.ſect 3.c.1 At.eius diuiſiones, & definitiones.Ibid Au.Proprietates Az Propoſitiones ibid.Eius ratio,& paſsio.Ibid.

Quæſtio quid ſit.l.9.c 1.B.Item l.de X.Quæſtionibus.A.Quæſtio ſcibilis quid ſit & quotuplex,l.10 par 2 c.1.Z.Ponens,vel non ponens in numerum. Ibidem. Aa. Ad quatuor genera omnes reducuntur Ibid. Aa. Quæſtionem terminari, Quid ſit Ibid.c.2.Ab.Quæſtio ſi eſt,quomodo terminetur.Ibid. Ab Quæſtio, quid eſt,quomodo terminetur.c.3 Ac Vtrum ſit,quid quærat l de X. Quæſtionibus.B ſit per quatuor modos.Ibidem.C.Simplex, & compoſita. D. Quando ſatisfiat dubitãdo. E.Quæſtio quid ſit,ſimplex,& compoſita,& hæc multiplex Ibidem.F.Quæſtio de quo,quid & quotuplex.Ibid.L. Quæſtioni propter quid ſatisfit per omne genus cauſarum.M Quæſtio,quantum ſit,quid ibid.N. Quale ſit Ibid Quæſtio,quando,P.Quæſtio, vbi ſit.Q.Quomodo, & cum quo. k. Quæſtio,quæ genus de definito interrogat,quomodo terminetur. l.10. par.2. c,3.Ac.Quæſtio(quia eſt)quomodo terminetur.c.4.Ai.Quęſtio,propter quid, quomodo terminetur.c.5.An.

R

Ratio.

Conceptus eſſentialis,l.2.c.1.E.Ratio ſubſtantiæ.l.7.c.1. C. Ratio propria quid ſignificet,l.4.c.5.Ai.

Regulæ.Anteprædicamentales.l.7.p.1.c.8 AK.Regulæ eorum,quæ ponuntur in prædicamento.l.7.p.2.ſect.1.c.2. Am. Regulæ quatuor de propoſitione affirmatiua,& negatiua.l.9.c.28.Ar.Generales ad conficiendos ſyllogiſmos.l.9.c. 32.Bb.Regulæ,per quas dignoſcitur ſyllogiſmum non regulari per dici omni, vel de nullo.l.9.c.33 Be.Regulæ ſpeciales trium figurarum.c.34.Bf.

Relatio.Quid ſit,quæ eius extrema ſubiectum,fundamentum,& terminus.lib.7. par.2.

Digitized by Google

par.2.ſect.4.c.1.Ba,& Bb.Proprietates Ibidem. B. Secundum eſſe, & ſecundi dici.Ibid c.3.Be,& Bſ.Realis quotuplex.Ibid.Actualis.Ibid. Intrinſecus adueniens.Ibid.Aequiparantiæ,& diſquiparantiæ.Ibid.Bg.Oppoſitæ, & diſparatæ, ibid.Bh.Tranſcendens,& limitata ibid.Bi.Primi modi.ibid.c. 40. BK. Secundi modi.Bl.Tertij modi Bm.Differentia iſtorum.ibid.

Relatiua Grammaticalia,quæ l.4.c.1 I.Logicalia,quæ.Ibid. I. Quando relatiuũ non ſupponunt.l.4.c.2.Z.A quo accipit ſignificationem, & ſuppoſitionem. Ibid Grammaticalia quando ſupponunt abſolutè.Ibid.Magis, & minus ſuſcipiunt,& quando.l.7.par.2. ſect.4.c.2.Bc.Non ſuſcipiunt per ſe Ibid. Bd. Dicuntur ad conuertentiam,ſunt ſimul natura;cognito vno, cognoſcitur alterum:mutuo definiuntur.Ibid.Bd & quomodo.l.6,c,11.Az.

Reſtrictio quid ſit.l.4.c.4.Ag.Reductio ad Sacram Theologiam.Ibid.c.6.Am.

Res quando euidenter eſſe cognoſcatur,l.10.par.2.c.2.Ab.

Rethorica quid ſit,eius ſubiectum,materia,& finis.l.c.2.R.

S

Scientia.

Quid l.1.c.40.Ah.quotuplex.Ai. Scientia diuina eſt menſura omnium ſcibilium creatorum.l.7.par.2. Bm. Noſtra verò eſt menſurabilis à rebus naturalibus. Ibid.Practica noſtra eſt menſura Artificiatorum ſcientia dupl.l.10.p.1.c.8.R.

Scire quadrupliciter,l 10.par.1.c.1.A ſcire ſimpliciter.Ibid.B.In particulari, & in actu nobilius,ibid.B.

Scriptura,cui ſubordinetur in ſignificando,l.8.c.2.C.

Secundus modus primæ figuræ,poteſt inferre quatuor cõcluſiones. l.9.c.39.Bq.

Sedes argumenti,quid ſit.l.12.c.1.A.

Senſibile,quid eſt,quotuplex.l.8.c.1.A.Eſt menſura ſenſationis,l.7.p.2.Bm.

Senſus orationis,diuerſi quomodo aſſignandi.l.12.c.5.I.

Significare,naturaliter propriè,l.4.c.1.G.Cùm tempore, vel ſine tempore.quid ſit.l.8.c.3.E.& c.4.F.Quale quid,vel hoc aliquid,l.7.ſect.2.c.2.Ao.

Significatio,quæ ſit immutabilis à voce ſignificante.l.8 c.1.B.

Significatum Primarium,& adæquatum.l.4.c.1.F.vltimatum,& non vltimatum. G.Formale,& materiale,c.5.Ah.

Signum,quid quotuplex,l.8.c.2.C.Item ſignum duplex,l.2.c.1.N.Reale,& Doctrinale,ibid.Signum vniuerſale quotuplex.l.8.c.10.O.

Signa confuſiua,quæ l.4.c.2.S.Quæ vniuerſalia includunt,ibid. Signum vniuerſale affirmatiuum,quomodo diſtribuat.l.4.c.2.X.

Similitudo,quid ſit,vel quæ relatio l.7.ſect 4.c.4 BK.

Simul, quotupliciter.l.7.par.c.6.Ck.

Singulare,quid & quotuplex.l.6.c.2.D.vt ſignum E.Itẽ triplex.l.4.c.37 Bl.

Situs,quid & quotuplex,& eius proprietates,l.7 p 2.ſect.10. Bz. In oratione magis,vel minus debitus,quando,& quomodo,l.12.c.6.K.

Sonus,quid ſit,l.8.c.1.A.

Species,Dupliciter data,l.6.c.5.M.Logica quid, ibid. Dicit totam eſſentiam Indiuiduorum,ibid.H.Sub genere tripliciter.ibid O.Species Logica duplex,ibi. O.Oĩs de tantum numero differentibus prædicatur, ibid. R. Totum reſpectu generis,l.6.c.7.Ae.& pars eiuſdem,ibid.Quadruplex definitio,l.6.c.5.N.Quę ſit ei eſſentialior,ibidem S.

Digitized by Google

Sphæra, vniuerſæ Philoſophiæ,l.9.c.38 Bo.

Subalternæ, De lege, vel de forma,& Regulę pro his dignoſcendis l.8.c.15.Ab.

Subcontrariæ, poſſunt eſſe ſimul veræ,l.8.c.15.X.De forma, vel de lege,& Regula pro his dignoſcendis.l.8.c.15.Z.

Subiectum, Propoſitionis quid,l.2.c.1.C.& l.8.c.6.I.Quomodo ſupponat,& ampliëtur,l.4.c.3. Ab,& Ac. Quando dicatur priuatum forma,l.7 par.3.c.3. Ce. Aſſimilatur materiæ,& prædicatum formæ l.8.c.6.I.Subiecti præcognitiones l.10.par.1.c 8 A.Subiectum logicæ l.1.c.2.R.

Subſtātia, quid & quotuplex,l.7.par.2.ſect.2 c.1.An.Eius diuiſio, quomodo accipienda,ibid.Eius differentia,quid ſignificet,ibid.Eius proprietates, ibid.c.2. Ao.Non eſt in ſubiecto:ſubſtantiæ ſecundæ prædicantur vniuocè Prima ſignificat hoc aliquid,ſecunda quale quid:Nihil ei contrarium: Quomodo ſuſcipiat magis,& minus.Vna magis ſubſtantia, quàm alia: Maximè proprium eius;quod ſit:Omnia iſta,ibid.c.2.Ao,& Ap.Propoſitiones quædam, c.3. Ar. Subſtantiæ differentiæ,& partes,quomodo ſint ſubſtantiæ.Ibid Principia eius, & partes ſubſtantias præcedunt,ibid.Aſ.Primis corruptis,nihil aliorum remaner;quomodo intelligatur.Ibid.Aſ.

Superius, quodlibet,etiam tranſcendens, vt prædicatur de indiuiduis eiuſdem denominationis habet rationem ſpecialiſſimæ.

Suppoſitum, quotuplex.l.6.c.2.G.Suppoſitum quod Theologis quod ſit. ibid. D.

Suppoſitio, quid ſit,& vnde dicatur.l 4.c.1.B.Terminorum paſsio,l.4. in Præfatione A.Quotuplex c.1.E Propria,& impropria c.1.E.Propria triplex. F.Simplex, F. Materialis,G.Perſonalis quid,& quotuplex,H.Perſonalis duplex,Ibid. Relatiua,ibid.Abſoluta K.Abſoluta quotuplex.k.Naturalis quid, K. Accidentalis L.Naturalis duplex,L.Diſcreta,& communis,L.cõmunis duplex, M. Determinata,& confuſa,quæ M.& l.8.c.36.Bp.Determinata cur ſic dicta, l 4.c. 1.M Confuſa dupl.Ibid.P.Confuſa tantum,& diſtributiua quæ:P. Diſtributiua duplex.Q Suppoſitionum regulæ vigintiduæ.c.2.k Reductio ad Sacram Theologiam,c.5.Ak.Suppoſitio determinata,in qua licet aſcendere, vel non l.8.c.36 Bp.

Syllogiſmus.

Quid.l 9.c.1.A.Quotuplex.c.2 C.Hypotheticus,& Cathegoricus, quid,ibidem. Cathegoricus ſimplex,& compoſitus,D.Modi,& figuræ qui, & quot,c. 3. E. Ex obliquis c.6 H. Ex reduplicatiuis,& excluſiuis,c.7.K.Ex terminis infinitis c.8.L.Ex propoſitionibus de præterito,& futuro c 9.M.Ex modalibus de neceſſario c 10.N.Ex modalibus de Poſsibili.c.11.O Ex contingentibus, c.13. Q.Quod poſsit fieri ex puris negatiuis.c.8.L.& c.11.O.Primæ, & ſecundæ figuræ ſyllogiſmus ſi ad primam reduci non poſsit,& inutilis,c.18 Z.Qua imperfectione dicatur imperfectus.c.26.Ai.Perfectus qui:ibidem,& quotuplex. ibid.Regulæ reducendorum ſyllogiſmorum,ibid. Imperfectum reduci ad perfectum quid,c.26.Ak.Reductio tribus modis.ibid. Al. Quomodo cognoſcatur in qua figura ſit conſtruendus,& reducendus,Al Ex puris negatiuis, quando ſit bonus, c 32. Bb. Ex puris particularibus, ſingularibus,aut indefinitis, quando ſequitur,c.32 Bc Quilibet ſyllogiſmus regulatur per dici de omni, vel de nullo,immediatè,vel mediatè,c 33.Bf.Termini in quibus omni,vel in quibus nulli,c.32. Bd. Expoſitorius quid.& quotuplex, c.35. Bh. Inductiuus quid,& quotuplex,c.36.AK.Exemplaris,c.37.Bl.Enthymematicus, ibid. Bm.

Poteſt plura concludere in latus aſſumendo,imo & infinita , c.39. Bq. Poteſt plura in directum concludere,ibid.Bſ. Circularis quid,& cur ſic dictus,c.41. Bx. Poteſt eſſe probatio concluſionis, ibidē. Conficitur ex terminis conuertibilibus,ibid.Conuerſiuus quid;& cur ſic dictus, & quomodo in qualibet figura conficiatur.c.42 Ca.Eius Regulæ tres,ibid.Cb.Syllogiſmus ad impoſsibile,c.43.Cb Conuenit cum conuerſiuo,& differt,ab illo,& ab oſtenſiuo,ibidem.Syllogiſmus ex oppoſitis quid,& quid poſsit, c. 25. Cf. Reductio ad Sacram Theologiam,c.46.Cg.Syllogiſmus Topicus,qui l.11.c 2.B,Nunquam peccat in forma , nec de communi lege cognoſcitur euidenter , quod aliquis ſyllogiſmus ſit Topicus,ibid.Syllogiſmus Sophiſticus cuius ſit obliquitas , & defectus,l. 2.c 20,Ag.Peccans tantum in materia eſt obliquitas tantum ſyllogiſmi probantis:ibid Peccãs in forma eſt obliquitas ſyllogiſmi ſimpliciter, & Dialectici,ibid.Ah.non eſt obliquitas ſyllogiſmi Demonſtratiui,ibid.Ai.

Syncathegorema,quid, & quando propoſitionis extremum,l.2.c.1.G.

T

Temporalis propoſitio.

Quid eius veritas,& Regulæ,l.8.c.22.Al.

Terminus,quid quotuplex,& variæ diuiſiones, & membrorum deſcriptiones , l. 2.B.Et per totum.Terminus complexus poteſt ſupponere,l.4.c.1. T. Termini ſupponentes non ſignificatiuè de quibus verificentur,ibid.D.Communis ſupponit copulatiuè,& diſiunctiuè,ibid.N.ſupponens pro ſingulis generum , vel pro generibus ſingulorum.Q.Terminus appellatiuus,l.4.c.5. Ai. Termini exponibilium quomodo accipiendi,ibid.Termini in ſyllogiſmo qui & quot, l.9. c.2.D.Termini in quibus omni,vel in quibus nulli,l.9 c.32.Bd.Terminus cõfuſus,& diſtinctus quid,l.10.par.1.c.7.M.Inferens , illatus , & communicans quid.lib.11.c.5.A.

Theologia,quid ſubiectum finis.l.1.c.2. Ab.

Totum,quotuplex,l.8.c.10 P.Totum in modo quid,l.3.c.1 O. & l.11.c.5.L.Integrale quid,l.11.c 5.L.Vniuerſale,ibid.I.In quantitate,ibid.H.In loco,ibi.L.

Tranſcendens quid ſit,l.5.c.3.F. Quando habeat rationem ſpeciei ſpecialiſsimæ, l.6.c.5.R.

Tranſmutatio proportio,quid ſit l.11.c.6 T.

Triuium,quæ ſcientiæ conficiant Triuium.l.1.c.2.R.

V

Vbi.

Quid & quotuplex,proprietates,& propoſitiones,l.7.par.2.ſec.8.c 1.2.& 3.Bx.

Verbum quid,l.8.c.4. F Finitum,& infinitum,Rectum,& obliquum,ibid.Imperſonalia,& exceptæ actionis non ſunt verba,ibid.F.Verba,& Participia in quo prædicamento,l.6.par.3 c.8 Cm.Verbum diuinum terminus humanæ naturæ, l.2.c.1.Q Verba importantia actum interiorem animæ, l.4 c 3.Ad.Verbum reſtrictum quid reſtringat.c.4.Ag.

Verificatio quid ſit,l 4.c.1.C.

Veritas,& falſitas.In quibus reperiantur.l.8. c.5.H.

Ve-

Index rerum notabilium.

Verum, vel falſum. Eſt paſsio diſiuncta propoſitionis l 8.c.5.H. Vera in Theologia ſunt vera in Philoſophia, & èconträ, l. 11 c 8 Y.
Veſtigium Trinitatis reperitur in ſyllogiſmo l.9 c.46.Cg.Item l. 1. c. 5. AK. & l.2.c.2 S.
Virtus ſignorum, & negationum, l.4.c 2.T.
Vniuerſale quotuplex, quid vnumquodque, l.6.c.1.A.& C.Logicum duplex.cap. 30 N.Item l.10 c.5.H.
Vniuocum quid ſit, & quotuplex.l.7.c 1.D.
Vna Propoſitio poteſt habere plures contrarias de lege, plures etiam ſubcontrarias, & ſubalternas l.8.c.15, Ab.
Vni contradictoriæ vna tantum contradicit.Ibid.Aa.
Vox quid, & quotuplex.l.8 c.1.B.Cui ſubordinatur in ſignificando, c.2.B. Nulla ſignificat conceptum mentis, ibid. Incomplexa quotuplex, ibid.D.Finita, & infinita, recta, & obliqua.c 3 E.
Vſus quid, l.1 c.1.B Argumentum ab vſibus.l.11.c.5.O.
Vtilitas concludendi plura duplex l.3.c.39.B.

F I N I S.

Non

Digitized by Google

Non pauca in hoc libello irrepſerunt errata, ex quibus infraſcripta adnotauimus, & correximus: cætera quæ à quolibet mediocriter erudito peruideri poſſunt, benignus lector emendabit.

	Errata.	Corrige.
Pag.8. linea vltima	Naturalis	Moralis
Pag.15.l.25.cap.	Vnitas Filio	Veritas filio
Pag. 33.35.38.48. 52.	viſibilis	riſibilis
	viſibile	riſibile
Pag.46 l.6.	ſpecies	Spiritus
Pag 48 l.vlt.	vltimum	vniuerſalium
Pag.49 l.11.	ſpeciem	Spiritum
Pag.62.nu 17.	pro ſignificato	pro vno ſignificato
Pag.82.l.25.	quæ	quia
Pag.133.c.30.l.12.	Poſſibile eſt eſſe hominem	Poſſibile eſt non eſſe hominem
Pag.141.l.6.	à ſuperiori ad inferius	ab inferiori ad ſuperius
Ibidem l.penult.	alius non fuerit	aliàs fuerit
Pag.153.l.32. adde in fine, vbi dicatur.	medij coloris,	ſed non valet, incipit eſſe albus
Pag 57.l.17.	videns	videbis
Pag.163.in 4.exemplo.	Et omnis homo eſt animal	Et ſi animal eſt, ſubſtãtia eſt
Pag.177.l.13.	animal	animatum
Ibidem l.15.	ex primis	ex præmiſſis
Pag. 185.	inueniſſe	innuiſſe
Ibidem l.7.	futilis	vtilis
Pag.196.c.19.l.6.	ſecundum principalem	quia ſecũdum philoſophu
Pag.68.l.11.	eſſe calidum	non eſſe calidum
Pag.201.c.21.l.8.	vſitato	inuſitato
Pag.203.c.23.l.8.	poſſibile	riſibile
Pag.204.nu.5.l.6.	animal	album
Pag.206.l.vlt.	reſponſa	reſpectu
Pag.219 l.38.	propter	profertur
Pag.220.l 30.	alba	non alba
Pag.221.l.42.	& currunt	& non currunt
Pag.223.c.29.l.25.	eſt	erit
Pag.228.l.20.	medium	modus
Pag 229.l:6.	modalis	modus
Pag.231 l.5.	non	vni
Ibidem l.11.	Adde poſt (motum)	ergo omne motum poſſibile eſt eſſe hominem.
Pag.232.l.39.	probatum	probabili
Pag.233.c.33.l.8.	ſentiens	ſapiens
Pag.235.l.2.	perſona diuina	Pater
Pag.237.l.18.	maior	minor
Pag.243.Regula 2.l.6.	animal	ſentiens
Pag.246.l.2.	veritatem	veritatum

Pag.

Pag.250.d 6.l.2.	contingente	con'equente
Ib dem l.8.	probatur	probabili
Pag 251 l.25.& 26.	poſſibile	ſenſibile
Pag.253.l.28.	ſubſtantia	accid ns
Pag 26 .l. 9.	conſequentibus	conſequentijs
Pag.263 l 5	aduenisſe	aduertiſſe
Pag.265 l.18. 2 .24.	quæſtionem	concluſionem
Pag.267.cap.5 l 2 & pag	Quæ ionem	con luſionem
270.per totũ,&pag.275.	quæſtionis	concluſionis
Ibidem pag.285 l.penult.		
Pag.270.ad calcem	adde iſta	ſubiecto, nec alicui prius conuen t. Vt homo eſt riſibilis, homo eſt animal rationalem
Pag.272.l 8.	ſignificatio	ſi propoſitio
Pag 28 .l.10.	etiam	animam
Pag.28 .l.penult.	etiam	eſſe
Pag 285.l.5.	primus	pars
Pag 30 .l 21.	eſt vigilans	eſt non vigilans.
Pag 309.l 32.	qualitatibus	quant tatibus
Pag 311.littera y	Romanæ	Humanæ
Pag 325 l. 6.	nunquam	vnumq;
Pag.3 9.l 28.	ſibi	tibi
Pag.3 7.l 1.	tantum	cau um
Pag.341.l.5.& l.7.	cum quæſtio	cum quo
	verum	vtrum
Item l 18.	ſi res eſſe	ſi res, quæ
Pag.355.l.6.	propoſitione docta	propr e dicta
Ibidem l.11.	notitia	not tia ſenſitiua
Ibivem l.30.	loco maxim	loco mater æ
Pag.357 lin.ante l.	& præpoſitione	hæc propoſitio
Pag.360 ante quæſtionem octauam.	Qua iter: præpoſitione	qualitas.proprie

REGESTVM.

✠ ✠✠ ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz.
Aaa Bbb.

Omnia ſunt integra folia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE. Apud Io. Paulum Profilium. MDCXIIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google